8052

Bibl. Jag.

IV

No 1113. F. 2 pt Circumcisionis
in Cracovia

1113. [6. I.] 1.

Ex Originali Archivi Wielopole
sciani in Pieskowa Skała.

Exdivisio Bonorum Wielopole per
Iascum et Vitalem de Wielopole
haeredes pro re Fratris sui Stanislai
Zaprzaniec dicti.

Nos Scarbimirus Palatinus
Cracoviensis et Exercituum Dux Ge-
neralis. Significamus tenore prae-
sentium quibus expedit universis
praesentem Literam inspecturis. Quod
cum pro tribunali sedebamus vene-
runt ad nostri nostrorumque univer-
sorum praesentiam Validi Militis
Domini Iascus et Vitalis de Wielopole
haeredes, una cum Stanislao dicto
Zaprzaniec Fratre suo, ex secundo
Matrimonio Benonis, Custodis Cas-
trorum Filii. Sani mente et corpore
debonoque amicorum suorum con-
silio recognoverunt. Quod cum di-
utino extra Patriam Dictus Stani-
slaus maneret, nec ullam notam
de Ipso quod viveret habuerunt, di-
viserunt inter se haereditatem Pater-
nam, nihil pro illo relinquentes, atque
redeunti difficultus, quod eum sta-
tim non agnoscerent, sed cum eviden-
tibus documentibus constaret Ipsum
Fratrem Eorum esse. Exdiviserunt Ipsi
Tertium Sortem Bonorum Wielopole,
metasque posuerunt, juxta quas

tenebit

tenebit cum Sua posteritate absq. omni impedimento. Insuper cesserunt Ipsi, de Centum septuaginta Marcis pecuniæ quam reliquit Pater illorum super Villa Stadty, idque respectu aliorum Bonorum Paternorum, quae dum Iascus et Vitalis possident, ut omnes seque gaudeant de haereditate Patris sui. Eodem Stanislao hanc Divisionem acceptante in omnibus. Actum et datum in Cracovia Feria Secunda post Circumcisionis proxima Anno Domini M.C.XIII. — Praesentibus his Testibus Dominis Iascone Succammerario, Leonardo Danfero Cracoviensi. Iaroslao Castelano Vislicinsi, Alexandro Pincerna Paulo Venatore Sandomiriensi, aliisque quam plurimis fide dignis et Philippo Notario Nostro per cujus manus datum est

NB. To pismo jest na parginimie formy ćwiartki papieru, a pieczęć wisi na kawałku tegoż parganimu. —

Sigillum pensile parvum rotundum in Cera coloris Palatini Scarbimiri (VI) literis nomen referentibus circumductum. Scarbimirus palati. Crac. —

1178.? CMP I, 1 2

Acta sunt hec in nomine domini, anno ab incarnacione M°C°LXX°VIII. Noverit presens etas omniumque hominum posteritas, quod ego Kazimirus dux Polonie contuli deo et capellanis meis de Sulco in elemosinam in perpetuo possidendam Sgimir coqualiz camerarium meum et fratres ejus cum hereditate eorum. Contuli eciam Sulco et fratres ejus cum hereditate eorum de voluntate et consensu fratris mei Mesconis sortem eciam Utrossonis et sortem Damiani eisdem contuli. Villam quoque Stanzor cambire cum Sthilin concessi. Chennam cum Siborio de mea voluntate pro Strassouiz cambierunt. pro qua eis Domassolouiz et Stampiz commutavi. Ut autem hec rata in evum permaneant testes sunt: Petrus Archiepiscopus Gnesnensis, qui ad meam petitionem (sic) dictis fratribus prenominatorum sorcium decimam contulit et sigillo proprio presens instrumentum munivit. insuper et Pholca Episcopus Cracoviensis, qui presens privilegium manu propria nostro precepto tam nostro quam suo sigillo roboravit. Quicunque hanc cartam aliquando violare presumpserit, anathema sit amen. –

Oryginał j. na małej ćwiartce pergam. dziwnie dobrze zachowany: wisiały u niego poprzednio 3 pieczęcie na paskach pergaminowych, wszystkie oderwane –

Kopia ta jak najdokładniej sprawdzona –

NB. Data mylna! – Arcybiskup Piotr po roku 1180 był arcybisk.
Biskup Pełka po r. 1185 Biskupem

Najprędzej to będzie rok M°C°LXXX°VIII – tylko omylony!

Stanzor = Stanzów – Stanowice par. Chomentów
Sthilin =
Chenna = Chanicra par. Kurzelów
Siborius = Stibor = Stobnica par. Sulejów
Strassouiz =
Domassolouiz = Domiechowice par. Bełchatów
Stampiz = Stępiew par. Wojków

CdMP I, 8

1192, b. d. i m.

f. ~~115v~~. Pełka biskup krakowski poświadcza, iż Niegosław dał klasztorowi jędrzejowskiemu wieś Niegosławice w zamian za Busków.

In nomine domini amen. Phulco dei gracia Cracouiensis ecclesie episcopus vniuersis fidelibus salutem et pacem. Quoniam mundus in maligno positus et amicus querencium que sua sunt, Crucifixi patrimonia violenter diripere, et ad vsus illicitos vendicare conatur, Idcirco pro curacione et defensione iuris ecclesiastici, notum facimus posteris et presentibus, quod dominus Nyegoslaus dederit villam suam Nyegoslawice monachis sancte Marie, sanctoque Adalberto de Andrzeiow in perpetuam elemosynam pro alia villa Buskow, et pro eodem beneficio accepit ab eisdem fratribus duodecim boues, duosque Oficarios et ambulatorem vnum et quinquaginta modios vel paulominus ad hyemalia sata, annonamque illius anni totam, sic vt hec omnia ad triginta marcas argenti estimarentur.

Huius rei testes sunt reuerendissimus dux Kasimirus, comes Stapocha, Jarocha filius Barani, et alij qui continentur in priuilegio sigillato. Nos autem suprascriptas donaciones vniuersas sub nostra proteccione suscipientes auctoritate pontificatus confirmamus in nomine domini et sacratissimo corpore et sanguine domini nostri Jezu Christi, et a sancte matris ecclesie membris segregamus et excommunicamus omnem hominem, qui hoc nostre confirmacionis decretum aliquatenus infringere presumpserit, quousque ecclesie dei iuste restituat, quod iniuste non formidauerit auferre, et digne de cetero deo nobisque satisfaciat. Fiat, fiat, amen, amen. Preterea quascunque possessiones, quecunque dona (?) idem monasterium in nostro episcopatu in presenciarum iuste et canonice possidet concessione ducum, liberalitate principum, vel oblacione fidelium, seu alijs iustis modis, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Cunctis autem eidem loco iura sua

serŭantibŭs, sit pax domini nostri Iesu Christi, qŭatenŭs et hic frŭctŭm bone accionis percipiant, et apŭd districtŭm iŭdicem premia eterne pacis interŭeniant. Sigillŭm domini Phŭlconis venerabilis Cracoŭiensis episcopi hoc factŭm confirmantis, sigillŭm reŭerendissimi dŭcis Kasimiri hoc ipsŭm approbantis et laŭdantis, sigillum Nichim (sic) palatini comitis hoc ipsŭm testificantis. Actum anno ab incarnacione domini ~~1192~~ MCXCII. a)

a) Ex antiqŭo Copiario descriptŭm, continetŭr folio 7.

Alterius rescripti patriarchæ Hierosolymitani pro conventu Miechoviensi, sed interdictum nonnullis particularibus additamentis et clausulis, quæ in Priori desiderantur, interiectis, sic habet.

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, patris et filii, et Spiritus sancti amen.

Monachus Dei gratia, sanctæ resurrectionis ecclesiæ patriarcha, et totum ejusdem ecclesiæ capitulum, universis archiepiscopis, episcopis, abbatibq, præpositis, et cæteris ecclesiarum prælatis, ducibus, comitibus, baronibus, militibus, ceteris sanctæ matris ecclesiæ filiis, per ducatum Poloniæ constitutis et in posterum constituendis, ad quorum noticiam scripta hæc pervenerint. Salutem et patriarchalem benedictionem. Cum labilis sit memoria hominum, cui non suffragatur perpetuitas literarum, universitati vestræ præsentibus literis innotescat. Quod cum Dominibus Iacto vir bonæ memoriæ, Dominicum adiret sepulchrum, et in loco ubi steterunt pedes domini adoraret: inter alia devotionis suæ insignia rogavit, ut ecclesia sancti sepulchri, unum de canonicis suis

secum

secum in Poloniam mitteret, quatenus ad solvendum votum quod fecerat, eum quibusdam haereditatibus investiret. Quia cum esset vir Christianissimus et praecipue circa Dominicum sepulchrum devotus, ecclesiam nostram suis volebat dotare patrimoniis, et apud remotas illius provinciae gentes Christi patrimonium ampliare, ut dum eius patrimonium amplificaret in terris, aeternae civitatis haeres a Christo conscriberetur in coelis. Cum ergo quendam canonicum secum in Poloniam perduxisset, Egregii ducis Boleslai consensu et voluntate omnimoda, tres villas videlicet Miechow, Zagaricz, et Comarowa in perpetuam eleemosynam canonico et suis successoribus assignavit. Et ne aliquis successorum suorum, donationes eius posset in irritum ducere, seu villas praenominatas a Hierosolymitanae ecclesiae dominio revocare, futurorum paci providens et quieti, praedictum ducem Boleslaum dominum suum, familiariter addidit, et ejus confirmationem, familiari precum instantia requisivit. Dux vero praestantissimus ejus preces devotas exaudiens villis ab eo donatis suam confirmationem adhibuit. Et talem insuper ecclesiae nostrae libertatem, et perpetuae immunitatis prerogativam

tivam

tivam concessit, ut omnes haereditates, quas Hierosolymitana ecclesia ibi posset acquirere propter Dominici sepulchri reverentiam, ab omnibus publicis exactionibus et servitus, quae in ducatu Poloniae fuerint, essent penitus absolutae. Statuit siquidem quod homines in villis nostris habitantis.

Ad expeditionem non eant.
Castrum non aedificent.
Poralne et Strozam non solvant.
Monetariae non obediant.
Powoz et Podwode non tribuant.
Propter quod ecclesia nostra tam eum quam successores suos orationum et beneficiorum, quae apud nos fiunt, participes esse concessit. Cui cum frater ejus Mesco successisset, in honore regiminis, factus est participes pietatis, dum libertatem, quam prior contulit, sequens nihilominus confirmavit. —

Post eum frater eius dux Casimirus priorum exempla secutus, donum libertatis a fratribus editum, ratum habuit, et illud suo privilegio roboravit unde factum est, ut processu temporis multi viri nobiles, eleemosynas suas ecclesiae nostrae conferent, et haereditates ac villas Dei intuitu largirentur, quorum nomine duximus annectenda. Inprimis dominus Getho venerabilis Cracoviensis episcopus, pro anima sua et successorum suorum dedit ecclesiae sancti sepulchri

in

in eleemosynam decimas istas quatuor villarum, scilicet Michow Lagorzyce, Komorowo et Coccza.
Dominus Sventoslaus dedit Cocczam inferiorem.
Dominus comes Stephanus dedit Cocczam superiorem.
Comes Nicolaus Palatinus dedit duas villas, Iaksicz et Repliczy. –
Frater Crecocha dedit villam quae est iuxta Meschow.
Hugoldus clericus dedit sortem unam quae erat super Cocczam.
Uxor Sneworiiri cum filio suo dedit Lanthowice.
Dominus Lasota dedit Dlubna.
Dominus Leonardus dedit villam iuxta Cocczam inferiorem.
Frater eius Vlodimirus dedit Betobrcze.
Dominus Ioannes dedit villam, quae decambita fuit a fratre eius Mathao pro Iostyredze.
Dominus Gierloch et uxor eius cum filiis suis dederunt villas suas scilicet Charcow et Cluczam.
Uxor Useborii pro eius anima, et sua, et filiorum suorum, dedit villam, quae dicitur Iotrchowo cum suis pertinentiis.
Dominus Cagnimirus dedit Bengarowo.
Comes Iacobus Sandomiriensis dedit villam Karoche.
Dominus Michora dedit nobis super Robam villam, quae dicitur

Quclme

Quelma, cum ecclesia et decimis, forum, et tabernam, et aliam villam Neskouice. Item addidit Sal de Bochegna. Aliud sal de Prevechna. Tertium sal Sidignam, et aliam tabernam Studencam.

Andreas frater Mathei dedit Bamvot in Sandomiriensi provincia.

Comes Radoslaus pro anima sua dedit nobis Skaryszow et ecclesiam, forum et tabernam.

Previctus vero dux Casimirus, talem huic foro contulit libertatem, ut ad ipsum venientes, morantes, et exeuntes, mercimonia libere contrahere posent. Insuper consilio suis et prece Monetariorum rogatus, tres marcas manualis argenti, de domo dicti Monetarii dari decrevit.

Domino vero terre de quolibet Plaustro, salis quinquaginta capita, domui vero duodecim capita salis accipere constituit.

De Alecys vero totivem Alecya. Hanc vero supradictam libertatem domino patriarche et ceteris fratribus per literas suas demandavit.

Eandem etiam libertatem coram Zdyslao archiepiscopo in pascha domini, in Spiczow, multis ibidem nobilibus astantibus. Domino Casimiro jubente, dominus Lupus episcopus in communi predicavit, tum etiam scripto et sigillo suo confirmavit. —

Decimas

Decimas vero ipsius ecclesiæ, praedictus episcopus Gedeco addicit scilicet decimam de commemorato Skaryszow, et aliarum quatuor villarum Modrelcze, et Verbice, Selinechowice, et Krampa. Item praedictus comes Radislaus dedit Repinam et homines morantes in ea.

Dominus Zyra et uxor ejus cum filio suo Otthone, dederunt duas villas Samogost, quæ est super Vislam, et prope hæc aliam.

Chystophorus dedit Zytnam, quam decambivit prefatus Cugninur pro Borowna et Comeow.

Dominus Otthon de Verbic dedit Dirskow.

Voyslaus frater Domini Gedkonis episcopi, in Vroclaviensi provincia, dedit duas villas, quæ decambitæ fuerunt ab episcopo Vroclaviensi, pro villa quæ dicitur Groskowicz, et pro Selavono et earum decimis.

Dominus Budywoy dedit Gorzeslawice.

In Gnevezne frater Preclavus dedit ecclesiam cum duabus villis.

Ducissa de Gnevezne dedit Grodzise, cum taberna.

Tuto Theutonicus dedit villam quæ est ante Rudam.

Igitur quoniam a filiis non debet revocari in irritum, quod a patribus ob animarum suarum salutem tam solemniter est concessum: et qui quia donationis istæ confirmatæ

a

a ducibus, perpetuam debent stabilitatem habere. Universos qui Deo et sancto sepulchro suas dederint eleemosynas, et ipsorum hæredes ac filios patriarchali, qua fungimur, authoritate, monemus diligentius obsecrantes, ut eleemosynas ecclesiæ nostræ a patribus concessas, omni tempore ratas habeant, et quod ab eis statum est, nullatenus violare præsumant, scientes quod si filii patrum donationes ratas habuerint et illæsas, omnium orationum et beneficiorum, quæ in nostra fiunt ecclesia erunt participes, bonum a Christo præmium recepturi. Si vero libertates infringere, vel possessiones auferre, illicitum temeritate præsumpserint, noverint se ante tribunal Iesu christi, districtum subituros judicium ab ipso, quem in crucis suspensum patibulo adoramus, cuius patrimonia invaserunt, in extremo examine fortiter puniendos. Factum est hoc anno Domini, millesimo centesimo nonagesimo octavo. —

1212, w maju.

~~f. 116~~. Leszek książę polski zatwierdza z powodu sporu przez Niegosława klasztorowi jędrzejowskiemu o wieś Niegosławice wytoczonego, wyrok w tej że sprawie niegdy przez wojewodę Pakosława wydany.

Ego dux Lesko cum fratre meo Con-
rado notum facimus omnibus in Christo
fidelibus tam presentibus, quam futu-
ris, Quod cum essemus in colloquio
(~~de Jecholin~~) constituti Nyegoslaus filius
Nyegoslai intulit causam in nostre
serenitatis consistorium, que versaba-
tur inter iam dictum Nyegoslaum et
fratres de Andrzeiow super villa de
Niegoslawicze, quam ab eisdem iudi-
ciaria sibi postulabat auctoritate resti-
tui. Cum autem super his diucius fuis-
set a partibus litigatum, nos ex eorum
dictis et confessionibus manifeste con-
iecimus, predictam causam per comi-
tem Pacoslaum palatinum diffinitiue
sentencie calculo fuisse decisam. Cuius
sentencie tenor est hic. Quum Nyego-
slaus et filij sui de libere sue volun-
tatis arbitrio receperunt a fratribus de
Andrzeiow recompensacionem predicte

./.

ville Nyegoslawicze, villam que vocatur Buskow cum duodecim bobus et tribus vaccis et duobus iumentis, et palefrido vno et quinque marcis argenti, et sep-tem acervis annone, et triginta modijs iuncti seminis hyemalis, decernimus per diffinitiuam sentenciam, quod si pre-dictus Nyegoslaus commutacionem il-lam velit rescindere, cetera supradic-ta, que a fratribus prefatis de An-drzeiow receperat, ex integro restituat, ab eisdem quintam partem tam ~~tam~~ ntum) ville Nyegoslawicze, que eum contingebat recepturum. Quod si facere negligeret, perpetuo se nouerit illa priuatum, si-lencio sibi super repeticione eiusdem de cetero imposito. Hanc ergo senten-ciam iuste et pie latam in pleno ap-probantes concilio, ratam et firmam esse decernimus, contradictoribus si qui forte fuerint, perpetuum silencium im-ponentes, et fratribus de Andrzeiow villam de Nyegoslawicze pacifice pos-sidendam adiudicantes. Huius rei tes-tes sunt hi, qui continentur in priui-legio sigillato. Acta sunt hec anno

./.

¹/ ab incarnacione domini ~~I.Z.I.Z~~ M. CC. XII. / mense Maio. – Continetur in antiquo Copiario folio 8. inde descriptum.

1212, dnia 24 maja w Mikulinie (?)

11

Quia habundans cautela non nocet. immo
quia malicie hominum est penitus occurren„
dum. Licet ego Vincentius cracouiensis episco„
pus olim ante pontificatum nostrum in prio„
ri priuilegio predia de Cyrnichou et de Goy„
cheu fratribus de Suluou contulerimus et
confirmauerimus.' nostram nunc uoluntatem,
primam. Secundam et ultimam inperpetuum
ualituram. super collacione eorundem pre„
diorum in presenti pagina exprimimus. co„
ram magnatibus ac uiris honestis et testi„
bus omni excepcione maioribus. nostris ne„
potibus filiis fratris nostri scilicet. Boguzlauo
et Sulizlauo. protestantibus nullum ad ea
penitus habere uel habituros respectum. Ne
ergo alicui deinceps hanc collacionem liceat
uiolare. sub interminacione excomunicacio„
nis inpressione sigilli domini Henrici polon„
archiepiscopi. ac nostri. et domini Gethcho„
nis plocensis episcopi. ac domini Ogeri cu„
iauiensis episcopi. roboramus. Est autem
hec confirmacio facta Anno ab incarnacio„
ne domini Millesimo. CC^{mo}. XII^{mo}. VIIII. kalen„
das Iunii. Pontificatus uero nostri Anno
IIII^{to} In colloquio de Mecholin. et hii fue„
runt presentes. Dominus Henricus archiepisco„
pus polonorum. Gethcho episcopus plocensis.
Ogerus. episcopus cuiauiensis. Dominus Cu„
stiuj dux pomoranie. Hugo decanus gne„
zdensis. Walterus abbas de bresk. Thomas
abbas de iutou. Alardus abbas de sancto
Vincentio: Henricus prior eiusdem loci.
Benedictus Magister cracouiensis. Gerardus
prepositus poznaniensis. Nicolaus canonicus
eiusdem loci. Stephanus decanus opatouie.

Johannes archidiaconus de Zawichost. Ber„
uoldus prepositus plocensis. Bartholomeus
custos lanciciensis. Vichardus custos Kylcien„
sis. Gaudencius canonicus eiusdem loci: Rad„
uanus. Zelanto. Martinus. Balduinus. Mi„
chael. Helyas. capellani curie nostre. Herman„
nus custos sancti Michaelis de cracouia.
Vitus canonicus gnezdensis. Laurentius Kame„
rarius noster. Mislibor camerarius episcopi
Gethchonis. Johannes filius Rozdali: Paulus de
Conusa. Vencek iudex noster. Paulus agazo
noster. Secech tribunus noster. Conradus. Sta„
nizlaus. milites nostri: Mirozlaus. Voyzlaus.
armigeri nostri.

Dyplom pargaminowy dobrze zachowany. Opa„
trzony był pierwotnie pięciu pieczęciami, któ„
rych dziś brak; pozostały tylko sznurki jedwa„
bne, mianowicie środkowej sznurek z białego
różowego i zielonego jedwabiu, zaś z czwartej
i piątej z pąsowego jedwabiu. Na stronie adre„
sowej napis tąż samą ręką: „Carta de Opa„
touia". Niżej zaś pismem XIV lub XV wieku:
„Super Goyczow".-

Damalewicz 12

Str. 132, 133.

1221. [24. IV.] In nomine Sanctae et individuae Trinitatis. Ego vincentius Divina Providentia Archiepiscopus Gnesnensis. Notum facio praesentibus et futuris, me roborando et innovando confirmasse, Ecclesiae Sanctae Mariae Sanctique Adalberti, in Andreow decimas villarum suprascriptarum Zlotniki, Skotniki, Zdanowice, Rakowice, Brezno, Breghe. Quarum villarum decimas bonae memoriae Joannes quondam Archiepiscopus Ecclesiae cui Deo annuente nunc praesideo, contulerat in consecratione ejusdem loci Ecclesiae perpetua donatione possidendas. Hoc autem feci de beneplacito et assensu Capituli Nostri Gnesnensis. Sunt autem isti testes. Ego vincentius Gnesnensis Archiepiscopus. Hugo Decanus ejusdem Ecclesiae, Lupoldus Praepositus, Christianus Archidiaconus, Nicolaus Custos, Balduinus Decanus de Lancicia, Salomon Archidiaconus ejusdem Ecclesiae, Bozo Praepositus de Caliss, Sangiwoy, Gostaus, Andreas, Mutina, Boguphalus, Canonici praedictae Gnesnensis Ecclesiae et alii quam plures. Quicunque igitur aliquid de istis omnibus abstulerit vel dempserit, praeter voluntatem Abbatis et Fratrum, anathema sit. Fac-

ta est autem ista innovatio sive Confirmatio anno Verbi incarnati Millesimo ducentesimo vigesimo primo, octavo Calend: Maij, Archiepiscopatus vero Nostri anno primo.

13

1222,[1] 23 maja, w Korytnicy na wie-
~~f. 55.~~ cach.

[1224, 23.V.]

1) właściwie r. 1224 pada świadectwo w kolonizacji Ożegrach i Sychodnicach

Leszek Biały książę polski wieś Cza-
czów klasztorowi jędrzejowskiemu nada-
(ę. a)

In nomine patris et filij et spiritus
sancti amen. Ego Lescho[1] dei gracia dux
Polonie, notum facio vniuersis presentem
litteram inspecturis, quod ego villam
seruorum meorum, que dicitur Czcha-
czow,[2] quam villam dudum cuidam
militi nomine Petro, tribuno Gnesnen-
si de gracia pro tempore concesseram,
dedi fratribus de Andrzeiow pro re-
medio anime mee, et pro salute[3] an-
tecessorum meorum iure perpetuo pos-
sidendam. Ne autem post mea tem-
pora aliquis successorum meorum pre-
dictam elecmosynam meam velit ir-
ritare, hanc eandem paginam sigilli
mei munimine studui confirmare.
Et in assercione vere fidei rogaui vene-
rabilem patrem meum dominum Iuo-
nem Cracouiensem episcopum, vt si-
gillum suum[4] huic carte dignaretur
appendere. Acta sunt hec anno do-

krak. kiel. jędrz. Czerw

/ominice Incarnacionis millesimo du-
centesimo vigesimo secundo, ~~IX~~ X kalen-
das Iunij, in colloquio habito in Cho-
ritnicia, in quo colloquio fuerunt
plurimi nobiles tam de Cracouia, quam
de Sandomiria: inter quos fuit Paco-
slaus palatinus Sandomiriensis, Mistuij
castellanus [5] predicti castri, Pacoslaus
iunior castellanus de Vislicia, Dobes-
sius castellanus de Malogost [6], Srzezecz [7]
pincerna, Tuaislaus castellanus de San-
dech [8], Miroslaus castellanus de Polani-
che, [9] Voychec castellanus de Lublin, Et
alij quam plures nobiles tam laici,
quam clerici, quorum nomina lon-
gum esset describere. Ibidem eciam
cum supradicto domino Iuone episco-
po fuerunt clerici tam generis quam
morum nobilitate laudabiles, videlicet
Lidfridus abbas de Fhincia, Gregorius
abbas de Vithouia, Vislaus [10] decanus
Cracouiensis ecclesie, Gimbertus Sando-
miriensis ecclesie scholasticus, Fulco
Gnesnensis ecclesie cantor, Blasius
archidiaconus de Lublin, Mattheus
subcancellarius domini ducis, qui

/. sigillavit hoc privilegium, et multi alij probi viri fide digni per omnia.

a) Zygmunt I zatwierdził na prośby Alberta z Kłodawy, opata jędrzejowskiego, przywilej powyższy w Krakowie, sabbatho ante festum ss. Trinitatis, r. 1533/ w którymto zatwierdzeniu ów przywilej Leszka, jako opatrzony dwiema pieczęciami, na jedwabnych sznurkach zawieszonemi, mianowicie jedną ks. Leszka, drugą zaś Iwona biskupa krakowskiego, jest opisany. Z tegoto zatwierdzenia wypisujemy następujące odmianki: 1) Lesko, 2) Czaczow, 3) salute animarum, 4) suum iuxta meum, 5) cancellarius, 6) Malogoscz; 7) Strzezec, 8) Sandecz, 9) Polancze, 10) Voislaus.

1228, miesiąca marca, w Skaryszowie na
f. 23 wiecach.

Grzymisława księżna polska podda-
nych klasztoru jędrzejowskiego od powołowego,
stróży, budowy zamków, wyprawy wojennej
i sądownictwa kasztelańskiego uwalnia. a)

In nomine Domini Amen. Ego Grzymy-
slawa diuina miseratione Ducissa Polonie
tam omnibus Ecclesie Prelatis, quam cunctis
Polonie Principibus virisque Nobilibus Salutem.
Summum in rebus humanis studium est
iusticiam colere et cuiuslibet boni princi-
pis constituta non inmutare. Cum ergo
omnimoda libertas a Duce Boleslao, et
a bone memorie Kazimiro, et a marito
meo Lescone[1] quondam Duce Polonie omni-
bus Andrzeiowiensis Abbatie[2] hominibus col-
lata fuerit, eandem libertatem a nobis re-
nouando corroboratam sciatis. Igitur con-
stituimus, vt ipsi nec solutioni de bobus
subiaceant, nec custodiam que Stroza dici-
tur soluant, nec ad aliquod Castrum con-
struendum ab aliquibus constringantur,
nec alicui intersint expedicioni: et a nul-
lo Castellano ad iudicium prouocentur, so-
lum modo cum sigillo meo[3] et litteris meis[4]
ante me Ducissam cum citra Piliciam vel

[ici]
Vislam fuerim, et non alias indicandi, pro-
vocentur: nec in Preseka, quod est incisio ne-
morum ire cogantur, neque Powoss ducere
coarcentur. Hoc quicunque constitutum me-
um infregerit, non solum sex marcas nobis
soluturum, verum eciam gracia nostra se
cariturum non ambigat. Hoc quoque notum
facimus tam presentibus quam futuris, quod
hec omnia, que presens pagina continet, co-
ram testibus in eadem pagina vel cartula[5]
denotatis indissolubiliter sigilli mei, cum
sigillo Domini Iwonis Episcopi Cracoviensis
muniminine roboravi. Actum est hoc Anno
ab Incarnatione Domini 1228 (MCCXXVIII) (indictione
prima, mense Martij (sic) in colloquio in Ska-
missowia celebrato. Isti sunt testes. Pacho-
slaus[6] Palatinus, Marcus Palatinus, Iacobus
Castellanus Sendomiriensis, Mistuij[7] Castel-
lanus de Wislica, Dobesius[8] Castellanus de
Malogosth, Nicolaus Cancellarius, Matthae-
us Subcancellarius, Pramdota Prepositus de
Tarse, Creslaus frater suus, Woychech Cas-
tellanus de Lublin, Gregorius Prepositus
S. Floriani, Miroslaus Castellanus de Po-
lancz, Abraham frater Marci, et alij
fuerunt multi, quorum nomina igno-

/.

ramus.-

a) Zygmunt I zatwierdził na prośby Alberta z Kłodawy opata jędrzejowskiego, przywilej powyższy w Krakowie, sabbatho ante festum ss. Trinitatis (r. 1533), wedle którego to zatwierdzenia przywilej ks. Przymisławy dwoma pieczęciami, mianowicie pieczęcią księżny Ludzieć Iwona biskupa krakowskiego był opatrzony. Odmiany w zatwierdzeniu następne: 1) nostro Leschone, 2) abbatis, 3) nostro, 4) nostris, 5) in eadem cartula, 6) Pacoslaus, 7) Mislui, 8) Dobeslaus.

17

1230. [23.X.]

scriptum

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens perve-
nerit. M. – dei gratia palatinus et C.
castellanus cracoviens. testimonium veri-
tatis acceptare. Ne gestarum rerum me-
moria processu temporis evanescat et
pereat, discretorum virorum prudentia
solet ea per litteras eternare. Inde est
q̊d universitati nostre* [ure] fore duximus sig-
nificandum quod** Vitus miles filius
Sdizlaui de Jaczit coram nobis ecclesie
mechouiensi sancto sepulchro pertinenti,
hereditatem suam de Jaczit libere et
plenarie in elemosinam contulit eo-
dem jure hereditario quo ipse posside-
bat possidendam, multis quidem presen-
tibus, sed nullo contradicente. Huius
facti testes sumus Marcus palati-
nus, Clemens castellanus, Buza venator,

* tak w oryginale – r. długie ſ. zapewne więc uestre
** w oryginale q̊d – jeśli to quod – to niże poprzednie q̊d znaczy quomodo?

Stephanus tribunus, petrus, Mirozlaus
cum fratre, petrus Wognonis filius, Hen-
ricus palatini capellanus, Reinerus mo-
nachus, Henricus Andree capellanus. Ac-
tum in die beati Seuerini in nouo ca-
stro. Anno domini M°. CC°. XXX°.

18

Z oryginału, bez pieczęci, tylko sznurek konopny w drzynający pargaminu wązki skrawek.

1231.

In nomine patris et filij et spiritus sti amen. Noverint universi presens scriptum inspecturi. quod nos Grimislaua dei gra Sandomiriensis Ducissa cum filio nostro Boleslao confirmamus donacionem comitisse Milozcelaue scilicet relicte comitis Gouoricij, que de consensu nostro contulit quandam villam nomine Mogilani comiti Theodoro cracovie Palatino hereditario jure sibi possidendam, sive alicui claustro pro anima sua libere conferendam, sicut eam libere id est hereditario iure tenuit dictus Gouoricius aut filius eius Dirsicraius ex donacione mariti nostri bone memorie Lesteonis Ducis cracovie, Sandomirie et Luchicie. Porro ut hec donacio firmiter in posterum teneatur, dignum duximus eam esse roborandam, tam nostro sigillo, quam presencium nobilium testimonio. Quorum hec sunt nomina. Jaroslaus filius Lassote, alius Jaroslaus filius Alberti, Clemens filius Clementis, precslaus zaya, Clemens filius Sulislaui cum suis tribus fratribus, Bucha filius vitalis, Getca, et alij multi. Actum est autem istud anno domini M°. cc°. xxx. primo.

Z oryginału w klasztorze Szczyrzyckim będącego

[r. 1233, luty.] R. 37 19

A. D. 1232 [3.] ~~Or~~ mense Februario in Skarysew

Pacoslaus palatinus Sandomiriensis testatur Sulislaum Canonicum Sandomiriensem partem hereditatis illius in Ciescovic (~~Dzierzkowek~~) in presentia sui Domui Mechoviensi Ordinis Sancti Sepulcri pro 13. marcis puri argenti vendidisse —

Omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis. Pacoslavus dictus junior] [2] Dei miseratione palatinus Sudomerie, post hujus vite curricula misericordiam consequi salvatoris.] [2]

[Margin, red:] właśnie z aktów współczesnych widzę, iż był zwany Major. np. r. 1231.] coś braku je.]

Quoniam que geruntur in tempore ne labantur cum tempore poni solent in lingua testium, et scripti memorie confirmari. – Ideo vestre universitati dignum duxi intimare, quod in presencia mei dominus Sulislaus Canonicus Sudomeriensis vendidit pro tredecim marcis puri argenti domui dominici Sepulcri de Mechow partem hereditatis sue que spectabat ei in villa que dicitur Ciscovic cum consensu

NB. omnium filiorum? suorum videlicet A. et P. et aliorum juniorum. – Et ne per processum temporis aliquis scrupulus litigii suscitatur facto ab heredibus predicti domini S. possit exordiri, in irritationem prenominate vendicionis, ipsam sigilli mei appensione roboravi ~~atti~~. – Testes vero qui eidem vendicioni interfuerunt sunt quorum nomina subarrantur. Comes Marcus castellanus de Radome[(a)] – Sudo Castellanus de Wognic,[(b)] Lasote fratis palatini – Petrus Dobesovic Sdeslaus judex palatini, Johannes Camerarius. Dominus Miculus filius Woyslavi – Rinerus sacerdos. Sulislaus capellanus palatini – Jacobus pincerna. Stronec judex de Radome – Nicolaus Wencestavic, Comes Nicolaus filius Chocemiri – Comes Crestaus de Brelacow[(c)]. ~~Will~~ Wilelmus Clericus – Johannes sacerdos de Scaresow, Magister Albertus. Actum ab incarnatione Domini anno M. CC. XXX III[o] mense Februario – Datum Scaresovic —

pieczęć oderwana, sznurek jedwabny czerwony — Gdzie oryginał. Sprawdzić należy

(a). Radom w Sandomierskiem (b) Wojnicz w Galicyi (c) u Pełkowca

jest to zdaje się prosty wypis z Nakielskiego p. 158.

Z oryginału w Czyrzyczy: na parg. pieczęć na czerwonym jedwabnym sznurku zepsuta; znać ślad stojącego księcia zbrojnego, z tarczą długą ~~przy~~ u lewego boku.

1234.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Nos Henricus dei gracia Dux Cracovie ac eciam Zlesie Notum facimus tam presentibus, quam eciam futuris, quod villam, que Mogilanj dicitur, Comiti Theodoro Palatino Cracoviensi dedimus iure hereditario possidendam; quam villam dux Leztco Comiti Gosorichio concesserat. Tandem autem mortuo Gosorichio ipsius uxor spontanea voluntate nobis dictam villam resignauit. Ne autem hec nostra libera donacio in posterum in fringi (sic!) valeat, ipsam presenti in stramento (sic) in seruimus (sic) et sigilli nostri munimine corroboramimus. Actum in Dancow ~~anno domini~~ an- no- do- mi- ni- ce In carnacionis. M°. CC°. XXX° Quarto. —

Rok winien być 1234 (jest w Kod. Małopols. str. 21-22)

1244. chyba 1234.

Privilegium libertatis locandi Teutonicos circa certos Fluvios Datum per Henricum Ducem Poloniae.

In nomine Domini Dei Aeterni Amen. Cum vota quae a rationis tramite non discordant effectu consequenti compleri desiderent; cum etiam iustis petentium de desiderijs iuris ratio facilem praeberi persuadeat assensum. Ea propter nos Henricus Dei gratia Dux Cracoviae ac etiam Silesiae notum facimus tam praesentibus quam etiam futuris quod petitione comitis Theodori Palatini Cracoviensis inclinati libertatem sibi Teutonicos locandi in Silva circa fluvios qui sic vocentur concessimus Ostrowsko Dunaiec, et Dunaiec niger Rogoznik, Lipietnica, Tona, Kataimcha, Nodelszka, Stradomca, quantum est de Silva ipsius. Dantes etiam sibi hic pacatis et

tis et his conditionibus uti
quibus Teutonici Slesenses
utuntur in Silvis locandis
in dicta Silva qualescunque
fuerint locandi inhabita-
tiores, praestantes sibi ab
omnibus in Silva nomina-
ta angariarum scilicet
et perangariarum absolutio-
nem. Ita etiam quod in
eadem silva homines locati
coram nullo alio, quam co-
ram suo Domino et eius
Sculteto iure Teutonico
ipsis in omnibus suffra-
gante cogendi sunt liti-
gare, excepto iure Ducali
quod est decisio capitis
vel membrorum mutilatio
quod nobis nostrisque Suc-
cessoribus reservamus. Ut
autem haec nostra concessio
in perpetuum robur authore
Domino firmitatis obtineat,
praesens proinde documentum
Sigilli nostri corroboravimus
impressione. Datum in
Danzow Anno ab Incarna-
tione Domini Millesimo
Ducentesimo Quadragesimo
Quarto. —

1234. Kyniese (?)

f. ~~114~~. Ceder wojewoda krakowski poświadcza, iż Wincenty syn Dziwisza de Lubicha sprzedał własność swą w Skoruszkowicach klasztorowi jędrzejowskiemu za dwadzieścia grzywien.

In nomine domini nostri Iesu Christi amen. Nos Chader dei gracia dictus palatinus Cracouiensis, significamus vniuersis presens scriptum inspecturis. Quod Vincencius filius Chwisty de Lubicha fassus est cum matre sua coram nobis, se vendidisse pro viginti marcis puri argenti totam hereditatem suam in Skoruskowicz scilicet cum molendino et alijs attinencijs Domui Andreouiensi, hereditario iure in perpetuum possidendam. Cui Vincencio ac matri sue dominus Theodoricus abbas predicte domus tunc coram nobis eisdem viginti marcas plenarie persolutis, addidit eis eciam vnum equum, et vnam vaccam cum clamide noua. Porro ne aliqui in posterum inuenta occasione calumniosa possint istud ad nihilum reuocare, dignum duximus hoc ipsum roborandum, tam

./.

./.

impressione nostri sigilli, quam eciam presencium nobilium testimonio, quorum hec sunt nomina: Clemens filius Vincencij, Clemens filius Andree, Clemens filius Marci, Buchiscelaus filius Buchiscelai, Ioannes filius Gallussij, Sobescelaus filius Prebescelai, Andreas filius Pancescelai, Iacobus Mvoisenich, qui tunc fuit inter eos mediator. Actum est hoc in Kyniese, que fuit quondam villa comitis Stephani, anno domini 1234 MCCXXXIV.

1235. [11.V.]

Privilegium Emptionis Villae Godusza et Gruszowiec.

In nomine Domini Amen. Omni calumniae ianua praecluditur, dum quid geritur, scriptis et testimonio posterorum commendatur. Noverit ergo aetas praesens et futura quod ego Nicolaus dictus Custos Ecclesiae Cracoviensis Hermanus Canonicus ejusdem Ecclesiae. Significamus universis praesentem paginam inspecturis quod Comes Sader Palatinus coram Nobis haereditatem a milite Zdislao quae vocatur Godussa ab eo loco ubi Gliniec intra Stradomiam cum tota Silva, Rubetis Siccionibus, Pratis, Campis cultis seu incultis, et totum quicquid a praedicto loco, ubi praedicti rivi confluunt usque ad Gades possesionis jam dicti Zdislai Comitis pro Septuaginta novem Marcis puri argenti, et una sorte quam habuit in Grussowiec pro decem Marcis monetae

Cracoviensis a milite Vimentio. Conferens eam sortem praedictus Palatinus cum praehabita Godusza haereditate cum omnibus pertinentijs jam dictae haereditatem adiacentibus coram nobis et alijs probis viris fide dignis proprio Claustro quod vocatur Ludzimierz iure haereditario iugiter possidendam. - Huius rei testes sunt Dyrsleus filius Joannis, Jacobus filius Jacobini, Tobias Petrus filius Pribislai, Libertus filius Simonis Wisoa filius Budivogij, Petrus, Alardus Baldvinus et alij qui hinc affuerunt Scholares et Vicarij Eclaesiae praenominatae. - Hoc autem Actum est in Octava sancti Floriani Anno Incarnationis Domini Nostri Jesu Christi Millesimo Ducentesimo Trigesimo Quinto. -

1235. [11.V]

Czeder (Teodor) wojewoda krakowski zapisuje dziedzictwo Goduszę i część w Szurowcu na rzecz klasztoru w Ludzimirzu *)

In nomine Domini Amen.
Omni calumniae ianua praecluditur, dum quod geritur, scriptis et testimoniis posterorum commendatur. Noverit ergo aetas presens et futura. Quod ego Nicolaus dictus, custos eccelesiae cracoviensis, Hermanus, canonicus eiusdem ecclesiae, significamus universis, praesentem paginam inspecturis. Quod comes Czeder, palatinus cracoviensis, emit coram nobis haereditatem a milite Sdislao, quae vocatur Godusza, ab eo loco, ubi Gliniecza intrat Stradomam, cum tota silva, rubetis, seccionibus, pratis, campis cultis seu incultis et totum, quicquid a praedicto loco ibi predicti rivi confluunt usque ad Gades possessionis iam dicti Sdislai comitis pro septuaginta novem marcis puri argenti et una sorte, quam habuit in Szurowiecz pro decem marcis monetae cracoviensis a milite Vincentio, conferens eam sortem praedictus palatinus cum prehabita Godusza haereditate cum omnibus pertinentiis, iam dictam haereditatem adiacentibus, coram nobis et aliis probis viris fide dignis proprio claustro, quod vocatur Ludzimirz iure haereditario iugiter possidendam. Huius rei testes sunt: Dirslaus filius Ioannis,

Jacobus filius Jacobini, Tobias Petrus filius Pribislai, Libertus filius Simonis, Wison filius Budivogii, Petrus Alardus Balduinus et alii, qui tunc affuerunt scolares et vicarii ecclesie prenominate. Hoc autem actum est in octava sancti Floriani, anno incarnationis Domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo trigesimo quinto. (11. Maja)

Porro ut ab omnibus posteris hoc ipsum actum certius observetur, maneat nostri sigilli atque predicte ecclesie inpressione inviolabiliter roboratum.

Ks. Oblat N 38 str. 2159

*) Zapis ten na pargaminie pisany trzema wiszącemi pieczęciami dla starości po większej części uszkodzonemi podał do oblaty w czwartek po święcie niepok. poczęcia N.P. Maryi (13. Grudnia) 1612 szlach. Jan Dzieglowski imieniem X. Stanisława Drohojowskiego, opata szczyrzyckiego

jest w Źródłach do dziejów polskich (z datą 1238 r.
M. Grabowskiego i Przeździec. I. 123)

1235. [5. X.]

Jn nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen.
Cum sit precepti euangelici et e * ilic
temporales recollocemus thesauros. ubi erugo aua.
ricie. et tinea eos non demoliatur humane inui.
dentie. profecto in uiro euangelico precepti et e.
xempli forma elucere debet euangelici. Nouerit
itaque uniuersitas fidelium. quod ego Gember.
tus cracouiensis ecclesie archidiaconus intuitu
diuine remunerationis. et animarum parentum
meorum absolutionis. necnon et consanguineorum
omnium et salute eterna. cenobio beate Marie
virginis de Wankozc. et fratribus ibidem deo
famulantibus. uillam nomine Blona que sita
est juxta luchiciam cum omnibus ad eam
pertinentibus. et capellam sancte Crucis in
ipsa luchicia. cum hiis que ad eam spectant
contuli. iure hereditario possidendas. de uolun.
tate et consensu fratris mei. comitis Mistuyo.
nis castellani de Osuecim et filiorum ipsius.
ita libere et absolute. ut nulli omnino ho.
minum et consanguineorum meorum. in eis
que contuli quodcunque iuris liceat uendicare.
que ego successione paterna. et portione legitima

* wycięte

possidens. in proprietatem prefati transfudi monasterij. Hoc autem feci in presentia domini Wislai cracouiensis episcopi et omnium canonicorum eiusdem ecclesie quorum hec sunt nomina. Salomon decanus. vitus prepositus. andreas scolasticus. Radulfus cantor. Nicolaus custos. pretzlaus archidiaconus sudomiriensis. Bogudzlaus. Vincentius. Walterus. Domanus. Nicolaus. Troianus. fredricus. michael. Hermannus. petrus. Dobeg(?)neus. Bernardus. Nicolaus rephol. Voycesec. Strachota. Gregorius. Miroslaus. cracouiensis ecclesie canonici. alexander. Gerardus. Johannes. alardus. petrus. Gregorius. elbordus. vicarij ecclesie. et alij quam plurimi affuerunt. Acta sunt hec anno domini millesimo ducentesimo XXX quinto in ecclesia beati Wenczlaij Tertio nonas Octobris et sigillis autenticis communita.

pod spodem cztery pieczęci. pierwsza oderwana. z napisami:

Sigillum Gumberti archid. cracouien. Sigillu comitis Mstuj.

Sigillu ecclie cracouien. bti Wenczlaij. Sigillum dni Wislaij cracou. epi.

Na odwrotnej stronie tylko z tego samego wieku napisane:

Priuilegium dnj Gumberti d Blone quomodo eam contulit

1236, 4 maja w Krakowie.

~~f. 164~~ Bolesław ks. krakowski i sandomierski poświadcza, iż Klemens Sulisławicz i bracia jego otrzymawszy od opata jędrzejowskiego 14 grzywien srebra, zrzekli się praw swych do wsi Polok.

Quoniam mundus caducus est, et di-
uersis casibus quotidie variatur, necesse
est acciones legitimas, que memoria indi-
gent, per scripti seriem in noticiam trans-
mitti posterorum. Ea propter nos Boleslaus
dei gracia dux Cracouie et Sandomirie,
notum facimus vniuersis presens scriptum
inspecturis, Quod cum abbas et conuen-
tus de Andrzeiow super villa de Pothok,
quam pro sexaginta quinque marcis
puri argenti emerant a Sulislao filio
Bartholomei et longo tempore nemine re-
clamante, quiete et pacifice possederant,
a nobili viro Clemente filio Sulislai et
fratribus suis Fulcone, Sezima, Fomca
coram nobis molestarentur; tandem
dicti nobiles inter se bonum pacis af-
fectantes a predictis abbate et fratribus
de Andrzeiow quatuordecim marcas
puri argenti in presencia nostra rece-
perunt, et sic coram nobis omni iuri

quod in dicta villa habuerunt, vel habere poterant, perpetuo renunciauerunt. Ita quod si dicta villa magis valuerit vltra dictum precium vel valere potuit, illud liberaliter pro sua suorumque salutifera memoria dicte domui in elemosynam contulerunt, dictos abbatem et fratres in possessionem quietam reponentes. Acta sunt hec anno domini MCCXXXVI ~~1236~~. in Cracouia in festo beati Floriani. His presentibus, quorum hec sunt nomina: Th. Cracouiensis palatinus, Pribislaus, Nicolaus filius Viti, Vuicego, Ioannes filius Virici, Siroclaus filius Pauli, Swantopelcus, Andreas Passer, Iacobus, Spantos, Ioannes capellanus. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli nostri munimine fecimus roborari. -

MB Obadwa przywileje z jednego roku i dnia 1236 lub 1237.

1237, 4 maja w Krakowie.

~~f. 164~~ Teodor wojewoda krakowski poświadcza, że Klemens Sulisławicz i bracia jego otrzymawszy od opata jędrzejowskiego 14 grzywien srebra, zrzekli się praw swych do wsi Potok.

Ne labantur cum tempore, que in tempore aguntur, dignum est, ut scripture memoria perhennentur. Notum sit uniuersis presens scriptum inspecturis, quod cum abbas et conuentus Andrzeouiensis villam de Pothok, quam pro sexaginta quinque marcis puri argenti emerant a Sulislao filio Bartholomei, et longo tempore nemine reclamante quiete et pacifice possederant, a nobili viro Clemente filio Sulislai et fratribus suis Fulcone, Sczima, Tomca coram nobis scilicet Th. Cracouiensi palatino molestarentur, tandem inter se bonum pacis affectantes, dicti nobiles a predictis abbate et fratribus ~~14~~ XIV marcas puri argenti receperunt, et sic coram nobis iuri omni, quod in dicta villa unquam habuerunt, vel habere poterant, perpetuo renunciauerunt, sepedictos abbatem et fratres in possessionem

/ quietam reponentes. Acta sunt hec anno domini ~~1.2.3.7~~ MCCXXXVII in Cracouia in festo beati Floriani. His presentibus, quorum hec sunt nomina: Pribislaus, Nicolaus Viti, Wiccego, Ioannes filius Wirici, Siroslaus filius Pauli, Swantopolcus, Andreas Passer, Nossec, Ioannes agaso, Iacobus filius Sdislaui, Venceslaus, Petrus Theodori filius, Wlostec, Iacobus, Spantos, Ioannes capellanus, cum quibus eciam nos testes sumus. In cuius facti testimonium presens scriptum sigilli nostri munimine vna cum sigillis predictorum fratrum filiorum Sulislai roborauimus. -

1239. w Wojniczu.

~~f. 109~~. Grzymisława Ks. sandomirska poświadcza, iż komes Pąkosław wieś swoją Olbrachcice Teodorykowi opatowi jędrzejowskiemu za 37 grzywien czystego srebra, sprzedał.

Quoniam dignum est, vt ab omnibus firmiter obseruetur, quod coram idoneis hominibus racionabiliter confirmatur, Inde est quod nos Grzymyslawa dei gracia ducissa Sandomirie notificamus vniuersis presens scriptum inspecturis, comitem venerabilis fame Pacoslaum nomine, filium Basoce (zapewne Lasote) fassum esse coram nobis et nobilibus nostris, quomodo vendiderit quandam villam suam que vocatur Vlbrachcice domino Theoderico abbati Andrzeiowiensi pro ~~37~~ XXXVII marcis puri argenti dicto abbati atque sue domui hereditario iure perpetualiter possidendam. Fassus est eciam tunc idem comes, istam villam habuisse ex donacione cuiusdam sue sororis, que fuit vxor Olbraczski, ex cuius eciam donacione dixit ipsam sororem suam plurimis annis ante hoc eandem vil-

tam libere possedisse. Porro quia ius racionis nobis indicat, quod quicquid libere possidetur, hoc eciam libere vendatur vel condonetur; ideo ne aliquis huius vendicionis factum posset maliciose infringere, dignanter duximus hoc ipsum roborandum nostri sigilli impressione atque presencium nostrorum nobilium attestacione, quorum hec sunt nomina: Pacoslaus tunc temporis palatinus Sandomiriensis, Florianus frater suus, ~~Woycech~~ Petrus alius frater suus, Iacobus filius Rathiborij, Rathybor filius suus, Woycech filius Stampore (sic), Adam filius Leonardi, Michael filius Michaelis. Actum est in Woynicz cum apportata esset filia Belle regis Hungarie nostro filio Boleslao in vxorem, anno incarnacionis domini ~~1239~~ MCCXXXIX.

De copiario antiquo: continetur folio 32.

[1241–1243.]

f. 180. Konrad ks. mazowiecki i krakowski dwa działy w Waślinie (?) klasztorowi jędrzejowskiemu nadaje.

Ego Conradus dux Masouie et Cracouie notum facio futuris et presentibus, quod ego contuli fratribus de Andrzeiow du-as sortes in Waslin iure hereditario pos-sidendas, de quibus centurio meus Go-lecz conquerebatur. Et ut hoc fixum ra-tumque permaneat, ego sigilli mei mu-nimine roboraui. Huius rei testes sunt: duo filij mei Casymerus scilicet et Sy-mouitus[1], cancellarius Volemerus, Vrba-nus de Chuaua, Boguslaus subiudex, Thomas capellanus, Pelka, Lexi capel-lanus, Domawes, Mistinge filius Goslai, Stephanus de Moschawa, Cristinus de Prelanc, Fabias filius eius, Bolestica filius Boleste, Suentoslaus Voisini, Petrech Voisini et alij quam plures. –

1) Kop. Symonicus.

Waryn Krak. kielec. jędrzej. Cierno.

Około 1241–1243

jest w kodeksie Rzyszczewskiego, tom III, nro XXIV, str. 47–48

1244. [30. VI.]

Privilegium Emptionis Villarum in Czyrzyc.

In nomine Sanctissimae et individuae Trinitatis Amen. Ut in omnis humanae opinionis penitus error in rebus praesentibus submoveatur varietate. Ego Sulislaus Joannis filius Canonicus Ecclesiae Cracoviensis notum facio praesentibus et futuris fidelibus, quod Patris mei et Patrui Dni Andreae Canonici Scholastici Cracoviensis postea Episcopi Mazoviensis venditionem quam cum Comite Theodoro tunc Palatino Cracoviensi de Villa quae Czyrzyc nominatur cum omnibus ejus appendiciis integraliter fecerunt gratam et ratam habens, praesenti scripto confirmo. Quae Villa quia pro Centum Marcis argenti est vendita, quibus meae necessitati per Patruum meum jam nominatum cum essem Paduae in studio est subventum, et majori hac ratione et pietatis opere, quoniam in proprietatem Monasterii in honore Beatae Virginis Mariae transivit, quod nominatus Comes Theodorus fundavit; et ita non solum venditionis, verum etiam donationis titulo libera et quieta jure haereditario permaneat. Ut nullus cognatorum meorum aliquem respectum ad ipsam habeat. Hanc formam venditionis, et meae totalem voluntatem consensionis praesentia Ducis Boleslai filii Leschkonis Sandomiriensis et Cracoviensis Principis voce protestatus et testibus praesentibus Sigilli quoque authentici communientur. Ista ergo nomina sunt qui praesentes affuerunt, Dux Boleslaus filius Leschkonis cum matre sua Domina Gremislava, Fulco Archiepiscopus Gnesnensis, Prandota Episcopus Cracoviensis, Clemens Palatinus Cracoviensis, Florianus Palatinus Sandomiriensis, Michael Castellanus Cracoviensis, Sudo Custos Vislicensis Stephanus filius Andreae de

Castellanus Prebeslaus filius Laurentii, Sulco frater Clementis. Clemens cum fratre ejus Filii Marconis, Sbigniew filii Egidii, Sdislaus de Grog et Magister Theodoricus Ducis Boleslai Cancellarius Cracoviensis. Acta sunt haec Anno Domini MCCXLIV in Colloquio habito Chroberzy Calendas Julii Indictione 2da.

1246, 30 marca, w Koniemłotach na wiecu.

f. ~~101~~ Przed Bolesławem ks. krakowskim i sandomirskim Sulisław kantor płocki przyznaje, jako ojciec jego Jan wieś swą Nawarzyce klasztorowi jędrzejowskiemu darował. a)

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Cum alique donaciones idonee aliquibus Christi ministris in elemosynam deuote conferuntur, ac deinde aliquorum nobilium principum auctoritate racionabiliter confirmantur, merito sunt in posterum a cunctis viris catholicis irreuocabiliter obseruande. Igitur ea de causa nos Boleslaus filius Leschonis diuina disponente prouidencia dux Cracouiensis et Sandomiriensis significamus vniuersis presens scriptum inspecturis, quod dominus Sulislaus, filius Iohannis comitis dictus cantor Plocensis atque canonicus Cracouiensis protestatus est coram nobis et coram dilecta matre nostra nomine Grzymyslaiua[1]; quod pater suus dictus Iohannes quondam contulerit in elemosynam villam suam nomine[2] Nawarzycze, domui

Andreouiensi hereditario iure perpetualiter possidendam. Similiter tunc eciam protestatus est, quod patruus suus bone memorie dominus Andreas quondam episcopus Mazouie confirmauerit ante mortem suam istam donacionem fratris sui, scilicet eiusdem Iohannis, excommunicando publice verbo suo et priuilegio, videlicet, quod quicumque dictam donacionem iniuriando domui dicte quoquomodo reuocauerit, perpetue damnacionis penam paciatur. Porro ut tam idonea donacio ista firmiter a nostris posteris in perpetuum conseruetur, roboramus eam tam nostro sigillo, quam ipsius Sulislai et sui patrui domini Werbente, quam eciam quorundam nobilium nostrorum, qui tunc in testimonium huius donacionis, suam[3] exhibuerunt presenciam. Quorum hec sunt nomina: Clemens palatinus Cracouiensis, Michael castellanus Cracouiensis, Sando palatinus Sandomiriensis, Stephanus castellanus Sandomiriensis, Sulech frater predicti Clementis, Pribislaus[4] filius

1) Laurencij, Adam pincerna, Dirsicellaus castellanus de Pollanch, Bromesius castellanus de Brzesech, Ianech castellanus de Chesco, Petrus iudex Sandomiriensis, Nicolaus iudex Cracouiensis, Idirszelaus filius Mlostonis, Zmil 5) filius Segothe, Moyscelaus 6) de Pichano, Petrus filius Dobessi, Preceslaus de Genoena. Actum anno domini M. CC. XL. Sexto, III kalen. Aprilis, cum ageretur in Comemcloth colloquium.-

a) Zygmunt I zatwierdził powyższy przywilej w Krakowie sabbatho ante festum s. Trinitatis 1533, z któregoto zatwierdzenia następujące wypisujemy odmianki: 1) Grymislaus nomine, 2) suam nomine brak, 3) suam brak, 4) Pribislaus, 5) Symil, 6) Wiscelaus.-

Wedle tego zatwierdzenia przywilej ks. Bolesława opatrzony był czterema pieczęciami na sznurkach jedwabnych zawieszonemi, z których jedna była księcia samego.-

1246, 15 lipca w Bobinie na wiecach.

~~f. 90~~ Bolesław ks. krakowski i sandomirski zeznaje, iż komes Mścigniew z Kurozwęk część swą wsi Przyłęk klasztorowi jędrzejowskiemu sprzedał za 4 grzywien srebra, za wieś Maciejowice i plac w Krakowie.[a]

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Quia consenciente racione humana exigit institucio[1] ecclesiastica, quod acta idonea roborantur literis et sigillis imperatorum, regum atque principum nobilium[2], ne videlicet quandocumque reuocentur in dampnum et in scandalum propter malorum inconstanciam hominum. Ideo nos Boleslaus filius Lestchonis[3] annuente diuina gracia dux Cracouie et Sandomirie, Significamus vniuersis presens scriptum inspecturis, quod comes Mistigneuus filius Martini de Kurozwansch[4], fassus est coram nobis et coram matre nostra dilecta et reuerenda nomine Grzymyslawa, quod vendiderit totam partem suam in Prelanch[5] cum omnibus ibi attinencijs, domui Andreouiensi hereditario iure in perpetuum pacifice pos-

sidendam, recipiens pro ea a domino abbate Andreouiensi nomine Theodorico, quinquaginta marcas argenti examinati, et quandam dicte domus villam nomine Macegeuici, cum annona hyemali et estiuali, cum sex bobus et vno iumento, cum duabus vaccis et tribus porcis et locum spaciosum in quadam platea ciuitatis Cracouie, in quo loco quondam fuit curia domini Verbente filij Clementis. Preterea significamus, quod eciam tunc temporis coram nobis vxor eiusdem Mistigneui voluntarie consenserit ad hoc factum cum suis filijs et [6] suis propinquis, cognatis et amicis.

Ob quam igitur [7] causam istud tam autenticum factum dignum duximus esse roborandum tam nostro sigillo, quam presencium quorundam nobilium testimonio, videlicet vt hoc ipsum factum sit omnibus in posterum ratum et irreuocabiliter conseruetur. Porro de predictis nobilibus primus est testis huius rei venerabilis episcopus Cracouiensis Dominus [8] Prandota, secundus est comes Clemens pallatinus Cracouien-

sis, tercius est comes Michael castel-
lanus Cracouiensis, quartus est co-
mes Abraham castellanus Vislicien-
sis, quintus est comes Sando (?) San-
domiriensis pallatinus, sextus est Ste-
phanus comes Sandomiriensis castel-
lanus, septimus est comes Pribislaus
de chalegosth castellanus.[9] Denique
significamus, quod tunc eciam do-
minus abbas et dictus chistigneuus
obligauerunt se nobis sub nomine
pignoris, videlicet quod si quis eo-
rum hoc factum infregerit, datu-
rus est nobis marcam auri omni
occasione postposita. Porro actum
est istud in colloquio, quod habui-
mus in Bolyn in die diuisionis
apostolorum, anno ab incarnacione
domini ~~1.2.4.6~~. M.CC.XLVI.

a) Zygmunt I zatwierdził powyższy przywilej w Krakowie sabbatho ante festum s. Trinitatis 1533, z którego to zatwierdzenia następujące wypisujemy odmianki: 1) institucio brak. 2) et regum, principum atque nobilium, 3) Leschonis 4) Curoswanch, 5) Przelank, 6) et cum, 7) ergo, 8) dominus brak. 9) sextus est comes Pribislaus de chalogoscz castellanus, reszty zaś „septimus itd".

*) brak.

Wedle tego zatwierdzenia, przywilej ks. Bolesława opatrzony był czterema pieczęciami, z których jedna była samego księcia.

35

1248. [25. III.]

P. dei gratia Cracoviensis Episcopus universis praesens scriptum inpecturis aeternam in Christo salutem. Quoniam labilis est humana memoria, et lapsu temporis recedit, ex facili, necesse est ea quae modernis aguntur temporibus, scripturae testimonio confirmare. Ea propter notum facimus tam praesentibus quam futuris, quod accedentes ad nos dilecti fratres in Christo, scil. Dominus A. Sendomiriensis Decanus et Rector domus Cruciferorum de Zagost, nobis humiliter supplicantur, ut cum idem Decanus quasdam res suas Decaniae pertinentes prope Zagost in Visliciensi districtu haberet, quas difficile erat sibi in Sendomiriam deducere pro expensis, – praedictus vero Rector de Zagost quandam villam similiter prope claustrum capuvicia habuisset, quae vulgariter Ruscha nuncupatur, quam propter devastationem trsecuecium regere seu ordinare nullatenus voluisset, nos Episcopali ordinatione de praedicti decani rebus memoratis cum jam dicta de Ruscha hereditate disponeremus prout nobis secundum Deum melius et commodius videretur. Nos vero utriusque partis in hoc commodum plenius attendentes, recepta in manibus nostris resignatione ab utroque tam supradicta de Reuscza hereditate quam super rebus memoratis, jam dicto Rectori de Vinar decimam, Domino vero A. Sendomiriensi Decano hereditatem de Reuscza contulimus sibi suisque successoribus jure perpetuo possidendam, Ne vero super hoc, postmodum dubietatis scrupulus aliquis oriatur, litteras nostras utrique in testimonium contulimus sigilli nostri munimine roboratas. Acta sunt haec in Ecclesia Beatae Mariae Sand in die annuntiationis eiusdem verginis sub testimonio testium subscriptorum, Domini videlicet Taschonis, Domini Petri Cantoris, Domini Benedicti Custodis, Domini Walteri Thesaurarij nostri, Domini Joannis filii Segre Canonicorum eiusdem Ecclesiae, Domini Miloslai praepositi Scarbimiriensis et Cracoviensis Canonici, Domini Petri Capellani S. Mariae in Cracovia et Canonici Majoris Ecclesiae in praedicta civitate Domini Walteri Procuratoris nostri, et aliorum quam plurimorum. Anno incarnationis Domini 1248.

1250, 3 sierpnia, w Zawichoście.

~~f. 63~~ Bolesław książę krakowski i sandomierski zwraca klasztorowi jędrzejowskie~~go~~mu wieśniaków wsi Tarszawy, i posiadanie tejże wsi zatwierdza.

Ne res gesta processu temporis evanescat, Ego Boleslaus dei gracia dux Cracovie et Sandomirie notum facimus presentibus et futuris, quod viso privilegio pie recordacionis patris mei ducis Leschonis, ducis inquam predictorum ducatuum, in quo privilegio continetur, quod ex donacione ducis Kazimiri avi mei, domus Andrzejowiensis villam de Tharszowa cum familia, que ad villam eandem pertinebat, legittime possidebat et possidet, servis eiusdem ville sub mea redigi volentibus servitute, deum habens pre oculis, tam villam dictam Tharszowa, quam omnes familias, que de eadem villa superesse dicuntur, Ioanne videlicet et Thoma filijs Venceslai, Mallech et Viancech filijs Martini textoris, Chollech filio Rage et alijs usque ad decem, quas mandato meo Przybislaus, centurio

tunc, filius Przenodowicz debuit assi-
gnare abbati et fratribus dicte domus,
quia tot esse de dicta villa in mea
presencia recognovit, eam dictis fra-
tribus et domui supradicte cum omni-
bus generacionibus suis successionibus
dictarum familiarum perpetua confir-
macione confero et confirmo, et hoc pro
salute anime mee et pro remedio ani-
marum patris mei superius memora-
ti, et illustris ducisse Grzymyslawe ma-
tris mee, que hanc donacionem meam
et ~~p~~ confirmacionem predictorum do-
mui de Andrzeiow perpetuam esse vo-
luit et quietam. Testes qui presentes fu-
erunt: Gosslaus castellanus de Sechecho-
ua, Petrus filius Dzirzecrai, Iacobus
filius Pacholai, Ianus gener Marcusso-
nis, Iohannes canonicus Sandomiriensis,
Bartholomeus frater predicti Gosslai,
Tassech subtetus (sic) de Zawichost, Zdigoth
subtezaurarius. Actum est hoc in Zawi-
chost anno domini millesimo ducen-
tesimo quinquagesimo, in die inuencio-
nis prothomartyris sancti Stephani.—

1250

~~f. 164 r.~~ Klemens wojewoda krakowski, roz-
strzyga spór między klasztorem jędrzejowskim
a Bertoldem, Wawryszem i Piotrem braćmi o dzie-
dzictwo w Połowu. –

In nomine domini amen. Nos Clemens
dei gracia palatinus Cracouiensis, notum
facimus presentibus et futuris, quod cum
filij Bach de Pothok, Bartholdus vide-
licet, Wauris et Petrus repeterent ab ab-
bate et conuentu de Andrzeow coram
nobis in iudicio, quandam hereditatem
que est in ipso Pothok, abbas Parinus
nomine pro se et pro conuentu suo
respondit, quod Bach pater illorum
illam hereditatem, quam repetebant,
vendiderat domui de Andrzeiow pro
quinque marcis puri argenti heredita-
rio iure perpetuo possidendam, quod
priuilegio Leschonis pie recordacionis
ducis Cracouie, Sandomirie et Lancicie (?)
et quorundam nobilium, scilicet Grego-
rij maioris (?) ecclesie Cracouiensis prepositi, et Boxe cantoris ecclesie sancti Flo-
riani testimonio legitime probatum
est coram nobis. Nos igitur intelligen-

(?) ~~czy Leszek biały rządził Łęczycą~~ ?

tes predictos filios sepe dicti Bach ob is„
tam iustam probacionem in sua defe„
cisse causa, omnino abiudicauimus
eis hereditatem ipsam, quam coram no„
bis iudicio repetebant: Decernentes nostri
iudicij sobria racione, quod predicta
domus de Andrzeiow sepedictam he„
reditatem perpetuo possideat, et habeat
pacifice et quiete. Et sciendum, quod
abbas antedictus et fratres sui moti
nostro consilio prenominatis filijs Bach,
ne in prefata hereditate aliquid re„
clamarent, duos boues et duas vaccas
pacis querentes remedium addiderunt.
Ideoque ut liti finis debitus imponatur,
nec domus Andrzeowiensis super pre„
dictis ab aliquo postea molestetur, hu„
ius rei processum sigilli nostri testimo„
nio communimus. Testes vero qui pre„
sentes fuerunt huic rei sunt hij: Flo„
rianus filius Vroconis, Voczlaus noster
iudex, Lucianus dapifer, Andreas mi„
les noster, Venceslaus Millech, Martinus
de Gostcha, Voizlaus noster capellanus.
Actum ab incarnacione domini ~~1250~~
M. CC. L. –

1251. w Leszka r. 1283

1241

F w Nak. Królew. wolęp

In nomine Domini Amen. Noscat praesens aetas et sciat postera. Quia nos Boleslaus, Dei gratia dux cracoviensis et sandomiriensis una cum nostra charissima matre domina Primislava, ducissa terrarum earundem, considerantes fidelitatem ac probitatem nostri fidelis militis Jasconis de Bresse, Matthiae filii, qui cum strenuo milite Clemente de Ruszcza, palatino cracoviensi, contra Conradum ducem, patruum nostrum, ad oppressionem terrarumque nostrarum subiectionem in fortitudine magna et exercitu gravi venientem in campo, qui dicitur Suchodol, tanquam strenuus miles et bellator fortis pugnavit atque cum Dei auxilio multos hostes et adversarios nostros profligavit, nosque in ducatu nostro consistere iuvit. Cuius nos fidelitatem de more repraesentantes damus et perpetuo tradimus (ei) et eius successoribus omnes libertates, quas nos in dominio nostro habemus, ita quod omnes haereditates suprascripti militis Jasconis de Bressie libere prorsus sint ab omnibus exactionibus et angariis, quocunque vocabulo censitis. Habeat insuper idem miles iudicandi homines suos potestatem ad omnes sententias iuxta formam curiae nostrae. Valeat praeterea in suis haereditatibus munitiones, castra, civitates prolibitu suae voluntatis erigere liceatque dicto Jasconi servire libere principibus quibuscunque vicinis et remotis, nulli obstante authoritate. Ut autem praemissa robur obtineant

neant perpetuae firmitatis praesentem pa-
ginam sigilli nostri munimine fecimus
roborari. Datum in Cracovia anno
millesimo ducentesimo quinquagesimo
primo. Praesentibus his: Michaele ca-
stellano, Clemente palatino cracoviensi-
bus; Sandone palatino, Stephano castel-
lano sandomiriensibus, Adamo ca-
stellano vislicensi, Nicolao pincerna
cracoviensi et aliis quam plurimis.
Datum et ordinatum per venerabilem
Prandotam, episcopum cracoviensem.

—

Na żądanie Andrzeja Wojeńskiego, skarbnika
nadwornego królewskiego, Przedbora
syna jego, Floryana Chrząstowskiego,
stolnika sandomirskiego i Pakosława
z Brzezia (milites de armis Płomień)
tak powyższy przywilej i oblatowany
przy nim list króla francuzkiego jak
niemniej i przywilej Bolesława z
r. 1283 zatwierdził Władysław, król
węgierski i polski w Krakowie w dzień
ś. Fabiana i Sebestyana męczenników
(20 stycznia) 1440 polegając na rela-
cyi Piotra ze Szczekocin, podkancle-
rza swego, że dokumenta owe nie pod-
padają żadnemu podejrzeniu „quod
iis omnibus indubitata iisdem fides ad-
hiberi debeat sintque omnia (privilegia)
sana, illaesa et omni suspitionis nota
carentia" —

Ks. Obl. 109. B. str. 2263

[illegible]

80

Dypl. [illegible]

1252. [14.V.]

In nomine domini amen. Nos Bo-
leslaus dei gratia Dux Cracouiae
et Sandomiriae, notum facimus
uniuersis tam praesentibus quam
futuris quod Sciborius miles et
Strachota frater eius et filii quon-
dam Nicolai haereditatem suam
super Dlubnam fluuium quae
Sciborzyce nuncupatur vendi-
derunt abbati et conuentui de
Scyrzyc cracouiensis dioecesis
ordinis cisterciensium, pro octua-
ginta et tribus marcis puri ar-
genti iure haereditario in perpe-
tuum possidendam, sicut in no-
stra et aliorum multorum praesen-
tia dicti milites sunt publice
protestati possessionem eiusdem he-
reditatis ibidem praedicto abbati
conferentes et asserentes nihilo-
minus sibi pro ipsa et integre
persolutam, in cuius rei testi-
monium et etiam firmitatem ad
petitionem utriusque partis prae-
sentes literas sigilli munimine

roboratas praedicto abbati duximus
concedendas. Actum in Vratis.
pridie Idus Maii Anno domini
millesimo ducentesimo quinquage-
simo secundo in praesentia ho-
rum testium. Nicolaus pin-
cerna Cracoviensis, Thomas The-
saurarius Ducis Sendomiriae suc-
camerarius Ianussius ✠ filius
Nawoi Boxa Marcus filius Je-
zeme Bozeta Nicolaus filius
petri, Martinus nepos Lucae,
Cristi, Sala, Dobes, Wilga, Praec.
laus, Woislaus filius Dionisii
et aliis multis.

Akt fundacyjny miasta Bochni
przez Bolesława V. Wstydliwego
r. 1253 wydany.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam Nos Sigismundus Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithvaniae, nec non terrarum Cracoviensis, Sandomiriensis, Siradiae Lanciciae, Cuiaviae, Russiae totius Prussiae Mazoviaeque, culmensis, Elbingensis, Pomeraniaeque etc. etc. Dominus et Haeres. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis et singulis, tam praesentiabus quam futuris harum notitiam habituris. Quomodo constitutibus personaliter coram Majestate Nostra Regia et Consiliariis Nostris circa Nos ad praesens existentibus, Generosus, Nicolaus Czikowski de Woyslawice, Castellanus Poloneccensis, Burgrabius Castri Cracoviensis et Advocatus Noster haereditarius, et Famati praeconsul et Consules suo et totius Communitatis Nostrae Bochniensis nominibus exhibuerunt originalitater privilegium infrascriptum fundationem Civitatis et Advocatiae Bochnensis in se continens de Titulo et sigillo divi olim Boleslai Cracoviensis et Sandomiriensis terrarum Ducis praedecessoris Nostri supplicaruntque Nobis humilliter quatenus hoc ipsum Privilegium de gratia et munificentia Nostra Regia innovare, ratificare, approbare et confirmare dignaremur, cuius tenor sequitur et est Talis

na sejmie Piotrkowskim 1528 potwierdzony w tej osnowie:

[1253 r., 27. II.]

In Nomine Domini Amen. Quoniam ut ait Sapiens non est priorum memoria, sed nec eorum quidem, quae postea futura sunt, erit recordatio apud eos, qui futuri sunt in novissimo necessarium est, gesta transitoria per testimonia scripturae commendari memoriae posterum. Noverint igitur universi praesentium notitiam habituri. Quod Nos Boleslaus Dei Gratia Dux Cracoviae et Sandomiriae attendentes fidelia grataque servitiae, quae Nobis fideles Nostri Nicolaus filius Volkmari quondam civis de Legnicz Nicolaus dictus de Kyjow, Egidius filius Henrici de Slups et Nicolaus de Gluptzicz Nobis impenderunt multipliciter, et adhuc impendent dante Domino in futurum valentes eos Nostris obsequendis beneplacitis reddere promptiores, et nihilominus conditionem Ducatus Nostri facere meliorem sufficienti deliberatione habita cum Illustrissima Domina Grimislava Matre Nostra charissima comunicataque Venerabilis in Christo patris

Domini Prandothe Cracoviensis Episcop. nec nonfidelium Baronum Nostrorum consilio pariter et consensu constituimus et facimus eos locatores civitatis quam fundare et construere intendimus in loco Salis fodinarum quae Polonicae Bachnia et Saltzberg Theutonicae nuncupatur, volentes, ut ipsi locatores incolae Civitatis eiusdem omnino utantur et gaudeant jure Theutonico quo Vratislaviensis Civitas est locata. Itaque ad alia iura et consuetudines, ac observantias quascunque, et alia quae civibus Vratislaviensibus sunt inconsueta, minime teneantur. Ad quorum etiam sustentationem, commodo et decentem sexaginta mansos franconicos in agris cultis et incultis eidem civitati ad culturam perpetuo applicamus, de quibus quemlibet quintum mansum praefati quatuor viri et eorum successores quales cunque libere absque solutione census, et decimae iure hereditatio possidebunt. Item pro remedio animae nostrae unum mansum ad congruam sustentationis Capellam Ecclesiae Sancti Nicolai ibidem a solutione census et decimae prorsus liberum deputamus, de reliquis vero mansis cultis per sex annos de incultis per duodecim cultores eorum a solutione census et decimae, plena gaudent libertate qua elapsa de quolibet manso, tam pro decima, quam pro censu mediam marcam argenti et duas mensuras tritici, duasqui siliginis et totidem avenae singulis annis solvere tenebuntur, de qua pecunia censuali et decimali Capitulum Cracoviensis Ecclesiae quindecim marcas habere debet, nomine decimae annualim ex ordinatione Venerabilis Patris Domini Prandothe episcopi memorati accedente ad hoc consensu capituli supradicti. Sane si futuris contingeret in agris, aut pratis, memoribus et pascuis per nos vel nostros successores civitatis praefatae aliquid superaddi idem locatores vel eorum posteri quintam, prout dictum est, de agris aliis percipient portionem similiter quamlibet quintam curiam in civitate praedicta quintamque camieram camorum quae sedecim erunt numero per mediam marcam annuam solvens pensionem. Item quintam institam quas sub duadeno comprehendimus numero et solvent censum annuum per fertonem et indifferenter omnes bancas panis et calciorum, et macella omnia, et generaliter omnes utilitates, seu proventus, qui in foro civitatis praedictae nunc possint fieri vel in posterum superaddi ab omni exactione, censu vel quamvis alia solutione in perquatuor partibus nostris quascunque recipimus solutiones


może in boris?

ibi etiam ipsi de suis porcionibus consimiles recipere poterunt soluciones. Unum tamen macellum et unam bancam panis excipimus, quae praedictae Ecclesiae Beati Nicolai ab omni solutione prorsus perpetuo applicamus. Praeterea dedimus eisdem quatuor viris unum mactatorium et duas stubas balneares. Insuper contulimus ipsis usum et domicilium tot molendinorum quod per spatium unius miliaris a civitate perascensum et descensum fluvii, qui vulgariter Raba dicitur super utraque eius littore, vel alios ubi ipsis magis expedire videbitur duxerint constituenda. In quorum constructione nullus omnino cujusque conditionis fuerit eos impedire praesumat, nec infra limites eorum nulli alteri aedificare sit licitum molendina piscinas etiam quotquot possunt et voluerint permittimus eos facere, prohibentes aliis infra terminos eorundem et hae omnia et singula, volumus ab omni pensione, et servitio et exactione fore libera penitus ext. exempla. Concedimus etiam ipsis et eorum successoribus, nec non incolis civitatis eiusdem per spatium unius miliaris, ad omnes eius partes in praedicto fluvio Raba, et in caeteris agris sui districtus, cum hamis egenis gurgasaris et retibus piscationem liberam nec non per campos et rubeta in vallibus et montibus, pascua suorum animalium libera. Item silvas et boras similiter per spatium unius miliaris ad omnes eius partes civitatem undique ambigens et ligna pro ignibus et aedificiis incidendi praesertim cum ex hoc Zuppa Nostra meliorari et augeri in utilitatibus dignoscatur, liberas eorum omnino usui deputamus perpetuo possidendas. Ita videlicet quoque nullus militum seu Nobilium vel quivis alius cuiusque conditionis existat praesumat ipsas aut eorum familiam per impignarationem vel quacunque aliam malesciam aliquatenus perturbare, quos etiam huius modi gaudere perpetua volumus libertate quoque merces et alias quascunque res suas mobiles, vel imabiles per totum nostrum Ducatum et Dominium in curribus bigis, caruçis vel summariis. et per aquas in navibus ad quascunque partes loca vel provincias maluerint. libere defferre valeant etiam ad nundinas et ad fora. Itaque de ipsis mercibus, et rebus aliis simul et de animalibus ipsas (de) vehentibus et portantibus et de pueris, seu famulis ad ea spectantibus ad solutionem Thelonei in quacunque Castellania, Districtu, Civitate, villa vel

loco fuerit, ad quemcunque etiam illud sive ad nos, sive alios mediate sive immediate pertineant nullo modo teneantur. Nulli etiam sit potestas judicare cives aut incolas civitatis praemissae ad quascunque partes Ducatus nostri cum mercibus aut aliis rebus suis devenerint, bona eorum per detentiones, quae anewank vulgariter nuncupantur, quomodo libet occupando, sive nostra vel Nostrorum Successorum licentia speciali extunc nonnisi jure Theutonico etiamsi super eo ad nostrum Tribunal ipsos evocari contingerit judicari debebunt. Praeterea cupiens praenotatum Nicolaum filium Volkmari propter merita ipsius eoque nobis multas utilitates prae ceteris atraxit specialis gratiae praerogativa benigno favore respicere et honoribus simul cum fructibus aliis, antefere donavimus ei, et suis successoribus pro araturis suis quandam peliam terrae, quae oberdsar vulgariter dicitur, supra quam villa Chodenicz est locata, liberam ab omni censu exactione et a quavis alia solutione, seu servitio quocunque vocabulu censeatur, jure haereditario perpetuo possidendam, sive per sui ipsam colat, sive tradat aliis ad colendam. Consideramus insuper quoque quaestiones, et causae, citius per unum quam per plures expediri consueverunt, hinc est, quod praenotatum Nicolaum filium Volkmari cum suis successoribus Judicem, et advocatum constituimus haereditarium in praehabita civitate, qui in omni causa criminali vel civili parva vel ardua, omnes incolas Civitatis eiusdem et villarum circumadjacentibus, simul et omnes advenas mercatores negotiatores et generaliter omnes homines casu, vel ex propositio de quacunque Provincia, Regno, Ducatu, comitatu, teritorio vel Districtu illuc venientes cuiuscunque conditionis status, nationis vel idiomatis existat militatis vel Ducalis existat dummodo ad Judicium pertineat seculare jure Theutonico quo civitas Wratislaviensis utitur judicabit Militibus Nostris seu Nobilibus dumtaxat exceptis, quos super contractibus et excessibus ibi factis ad nostrum volumus Judicium evocari. Famulos tamen ipsorum ipse Advocatus quemadmodum alios judicabit et de omnibus, quae nomine poenae vel satisfactionis pro contumacia vel excessu de huiusmodi Judiciis obvenerint ipse advocatus percipiet. In ipsa autem Civitate, neque Castellanus, neque Palatinus, vel quivis alius judex, cives ibidem, vel alios Ducatus Nostri homines vel etiam aliunde

venientes poterit judicare, vel aliquam ibidem Jurisdictionem seu juditium exercere, sed per Advocatum, et eius successores judicandi erunt, utpote superius est expressum, nisi forsan essemus ibidem personaliter constituti et eos contingeret ad nostram praesentiam evocari. Porro ipse Advocatus et sui successores una cum Ministris eorum a nemine, nisi a Nobis et Nostris Successoribus per Assessores, seu Scabinos qui Jus Theutonicum non ignorant in ~~ömni~~ omni generaliter causa jure theutonico iudicari debebunt, et tunc non aliter comparere teneantur nisi per Nostras literas fuerint evocati, et quidem si ~~Idem~~ idem Advocatus, vel ejus successores in judicio cum aliquo Nobilium contenderit, et in causa obtinuerit, eodem jure gaudebit, quo Nobilis si in causa victoriam reportasset. Sane Zuparii Nostri ibidem cum scriptoribus, et camerariis eorum non per ipsum Advocatum, vel eius successores, sed per nos erunt super contractibus et excessibus indicandi. Ipsorum tamen famuli Advocati judicio quando maleficia commiserint subjacebunt. Addicimus etiam supradictis quoque idem advocatus non ea maleficia et excessus, qui in Zuppa Nostra infra et intra montes seu schachtas et supra in domibus, casis et septis Zuppae committuntur, sed in aliis locis quibuslibet si fuerint perpetrata, in forma justitiae judicabit. Ne autem haec nostra donatio posset processu temporis a Nobis vel Nostris Successoribus irritari, et ne dubietas aliqua, quae plerumque animos ad lites et iurgia excitat, circa ipsam valeat suboriri et ut praesens scriptum vires obtineat publici instrumenti ipsum sigilli munimine duximus roborare. Acta sunt haec praesentibus his testibus ad hoc rogatis Domino Prandotha Episcopo Cracoviensi Pamiano Abbate de Płoczk, Michaele Cracoviensi Castellano, Clemente Palatino ibidem. Adamo Castellano Vislicensi. Domino Leszota Praeposito Skarbimiriensi. Nicolao Judice Curiae Cracoviensi. Sulcone Castellano de Brzeski. Thoma Thesaurario et multis aliis fide dignis. Datum in Corczin Anno Domini Millesimo Ducentesimo quinquagesimo tertio 1253 et tertio calendas Martii.

Akt fundacyjny miasta Bochni jest w księdze miejskich aktów, oznaczonej literą K p 132-137 z r 1530.



1256.
~~I 27.~~ Bolesław książę krakowski i sandomirski wraz z ks. Grzymisławą wsie klasztoru jędrzejowskiego od stanu uwalnia. a)

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Nos Boleslaus dei gracia dux Cracouie et Sandomirie notum facimus vniuersis hanc paginam inspecturis, quod vna cum consilio matris nostre domine Grzymyslaue in remissionem peccatorum nostrorum, animarumque progenitorum nostrorum remedio ac[1] salute, ecclesie et fratribus de Andrzeow, quos speciali fauore tanquam nobis deuotos et obsequiosos diligimus, talem contulimus libertatem; vt de villis eorum[2], quas nunc possident, videlicet Scowrodlno, Zezyche[3], Blonie, Dunaiche[4], Crezlauicze[5], Besgen, Gozcha[6], Gerezna[7], Nauariche[8], Negoslauich[9], Suchouiche[10], Scurocouich[11], Albrech[12], Prelanch[13], Slauosouo[14], Branichia, Preneslaue, Suchodol, Pothok, Choreua[15], Chachouo[16]

Lascouo, Brezerenda,[17] Racouo, Chelossi-
no, Thergouuche,[18] Lisacouo,[19] Lantchino,[20]
quosdam prouentus, qui vulgo stan
vocantur, ad mensam nostram per-
tinentes in posterum minime soluere
tenebuntur. Hanc quoque graciam
prefate ecclesie et predictis fratri-
bus de Andreow ex innata nobis
liberalitate nihilominus concedentes,
quod vaccas et oues, que de pre-
dictis villis pro mensa nostra
colligi solebant, nobis in posterum
non persoluant. Si vero ministeria-
les scilicet ~~camerarij~~ Carmnici[6] villas supe-
rius nominatas intrauerint, ibidem
vaccas et oues contra hanc nostre
liberalitatis concessionem accipere
volentes, homines earundem villarum
sine gracie nostre offensione dene-
gandi quod petitur, liberam habe-
ant facultatem. Vt autem hec nos-
tra donacio semper maneat illi-
bata, hanc literam conscribi, et
sigilli nostri, et domini Prando-
te dei gracia Cracouiensis episco-
pi fecimus munimine roborari.

Acta sunt hec anno domini M. CC. L. VI. Indiccione quartadecima.

a) Zygmunt I zatwierdził ów przywilej w Krakowie r. 1533, wedle którego zatwierdzenia przywilej oryginalny dwiema pieczęciami na jedwabnych sznurkach wiszącemi, był opatrzony, mianowicie pieczęcią ks. Bolesława i bisk. Prandoty.

Odmianki w zatwierdzeniu następne: 1) et, 2) illorum, 3) Zezsiche, 4) Dunaycze, 5) Crezslawice, 6) Goscza, 7) Gerelzna, 8) Nauarzyce, 9) Niegoslauice, 10) Szukouice, 11) Scurocowice, 12) Albrechcice, 13) Przelank, 14) Sławosowice, 15) Chorzewa, 16) Czaczeuo, 17) Biezorenda, 18) Tergowice, 19) Lyssakowo, 20) Danczyno,

b) W odpisie głównym ~~tego~~ przywileju stoji: „Carmini" tak iżby się zdawać mogło, że w oryginale stało: „Camerarij", co ~~tem bardziej wytłumaczyćby się dało, gdy właśnie w drug~~ obok wyrazu „Ministeriales" tem bardziej wytłumaczyćby się dało, gdy właśnie w drugiej połowie XIII wieku wchodzą ministeriales w ten urząd woźnych sądowych, jaki dotychczas camerarii zajmowali. Wszelako w potwierdzeniu króla Zygmunta czytamy wyraźnie „Carmnici" t.j. Karmniki.

1262 [29.I.]

In nomine Domini Amen.

Quia condicionis humane imminente necessitate ac mortis casu cunctis obeuntibus et generationis beneficio aliis succedentibus quantumcunque publice vel solempniter acta temporis mutabilitate et plurima distantia futurorum evadunt memoriam, si non instrumentorum serie fuerint declarate, hinc quod*) nos Boleslaus, Dei gratia maioris Polonie dux, universis Christi fidelibus in omne seculum presens prout futurum, presentibus facimus manifestum. Quod domini in conspectu nostro semper proponentes, a quo paternorum principatuum gubernacula presidemus et predecessorum nostrorum pio affectu devotis inherentes vestigiis, monasterio ordinis s^te^ Clare in Saviohost fundato pro sustentatione sororum**) et specialiter pro solatio illustris domine sororis Salomee, ordinis eiusdem, (quam tanquam matrem pio veneramus affectu)***) hereditates in nostro ducatu sitas, que Mitanow****), Ribna, Ptavanow nuncupantur, (cum omni iure ducalus)***) perpetuo contulimus possidendas, volentesque homines dictarum villarum et si qua plures locata fuerint, ibidem a nostrorum palatinorum.

---

*) w Księdze z r 1599 jest: hicque nos &

**) w tejże Księdze jest (widocznie mylnie) sororis.

***) wyrazy nawiasem objęte w transumcie z r 1599 zupełnie opuszczone.

****) w Księdze z r. 1599: Mikanow.

rum, castellanorum et aliorum iudicum presentium et futurorum iudiciis sint exempti. Quos et ab omnibus exactionibus et solutionibus terre inflictis seu pro aliqua necessitate vel utilitate postmodum infligendis, excipientes a stroza et stan et powor et prewod et powolowe et aliis servitutibus, quocunque nomine he eedem servitutes censeantur, liberos facimus et immunes. Adiicientes, quod predictas hereditates locandi iure theutonico, construendi molendina, tabernas edificandi, venandi castores et omnes alias bestias capiendi plenam habeant facultatem.
Ne igitur*) huiusmodi nostra donatio a clu temporis in oblivionem posset deduci, in robur et memoriam supradictorum presentem literam nostro sigillo duximus communiendam.
Acta sunt autem hec in Iwanowicze**) prope Daněow anno domini MCCLXII°, indictione quinta, 4to Kalendas Februarii
Presentibus testibus his: domino Boleslao cracoviensi et sendomiriensi duce, domino Janussio archiepiscopo gnesnensi, Joanne cancellario Polonie, Herkiebelko palatino Kalisgiensi, Joanne castellano calisiensi,

*) w Księdze nr. 1579 jest: ne vero.
**) " " jest Iuanouich.

Simone castellano gnesnensi, Fulcone, cancellario cracoviensi, Adam castellano cracoviensi Sulcone palatino cracoviensi et aliis quam pluribus clericis et laicis.

z Ks. Obl. 6 str. 392. *)

*) Przywilej jest dwukrotnie oblatowany: w r. 1579 w piątek po św. Macieju (   ) podał go szlach. Paweł Obrębski Ks. 6. str 392. w r. 1599 we wtorek przed św. Jadwigą (   ) podał go do oblaty w imieniu Klasztoru św. Andrzeja szlach. Prokop Rokosz (literas pergameneas cum sigillo cereo in serico flavo, cuius pendicula solummodo vetustate temporis consumpta extat). Ks. 26 str. 1615

1262. [10. IX.]

In nomine sancte et individue Trinitatis Amen.

Quoniam soli Divinitati convenit in nullo deficere et omnium memoriam habere ideo conditionis humane fragilitas artificio sibi remedium quesivit, in quo vigor fabrice naturalis defuit opificis voluntati. Ne igitur quod agitur in tempore cum evolutione temporis evanescat apicum characteribus et proborum virorum testimonio assolet æternari.

Proinde noverit ætas tam presens quam postera quia cum claustrum de Kopszywnica nuper sit totaliter a paganis Tartaris devastatum nec aliter adicere possit ut resurgat nisi proborum virorum consilio et auxilio sublevetur. Nos Boleslaus Dei gratia dux Cracovie et Sandomirie de communi consensu baronum nostrorum ob salutem nostram nostræque consortis domine Kunegundis ac pro remedio animarum nostrarum parentum, ut dictum claustrum per nostrum auxilium queat in melius reformari, omnes libertates quas post primum adventum Tartarorum abbati et fratribus ibidem Deo famulantibus iure perpetuo ac hereditario contuleramus, innovamus eas nunc et confirmamus per species distinguentes. In primis videlicet, quod omnes habitatores forensium locorum ipsorum, que eadem nomine Josiel. Kopszywnica nuncupatur, ab omnibus exactionibus, que nobis et successoribus nostris iure ducali debentur, perpetuo sint liberi et immunes, scilicet neque strozam, neque poradlne, neque powoz solvere teneantur. Nec exactores ipsius stroza in dicto loco valeant vel audeant pernoctare.

Damus

Damus etiam et concedimus eidem loco hanc gratiam libertatis, quod ad nullius iudicis praesentiam, nec palatini, nec castellani, neque iudicum ipsorum possint aliquatenus citatorié conveniri, nisi ad solam nostram et hoc tantum sigillo et literis nostris, nisi cum iudicati fuerint ad poenam trecentarum vel sex aut quindecim marcarum omnem solutionem abbas et fratres memorati coenobii pro se plenarié accipient, nullo zupano seu officiali aliquam recipiente aut exigente portionem. Vestigium autem, quod sklad vulgariter dicitur, habitatores locorum praefatorum non teneantur recipere. Sed si aliquando ad ipsos fuerit adductum ex ipsis aliqui ex senioribus exeant ad introitum locorum et cum eo fuerit adventum, singuli domos suas aperiant et apud se quaeri permittant. Si autem secus villas forenses vel ultra transierit, illi, qui adduxerint vestigium more suo sine impedimento civium, prout melius poterint persequantur.

Praeterea volumus homines praedictos liberos esse et immunes ab omni aedificatione et restauratione castrorum et quovis alio labore et expeditione aliqua et a pogon, excepto duntaxat cum exercitus aliquis terram nostram invaserit intraveritque occupando.

Concedimus insuper abbati et fratribus praenominatis potestatem convocandi cuiuslibet gentis et cuiuslibet artis homines, praeterquam Iudaeos ad praedicta loca et ipsis artes exercendi, qui etiam quotquot fuerint ibi congregati in transitu et descensu nostro neque vaccam nec aliquam expensam nobis dare tenebuntur nec teneantur. Si vero lis et controversia in praedictis foris fuerit exorta, et uterque rixantium de iure claustri fuerit, sive sanguis effundatur, sive homicidium perpetretur, hanc causam iudex de iure claustri iudicabit et huiusmodi solutionem abbas et eius conventus totaliter recipiat. Si vero homines extranei et ad claustrum non pertinentes inter se homicidium in eisdem

foris

foris vel circa loca perpetraverint, habitatores eorundem pro tali causa cuiquam minime respondere teneantur. Liceat autem iudici castri dicti fori ad causas extraneorum dirimendas in predictis foris sessionem habere, sed ob hoc nullatenus pernoctare. Ceterum monetarii ac thelonearii nostri nullam in ipsos ibidem habeant potestatem nec alicui solutioni in foris propriis sint subjecti. Verum quia claustrum sæpe dictum inter sylvas nostras est constitutum, damus et conferimus eisdem fratribus et hominibus locorum prælibatorum in ipsis sylvis nostris omnem usum et cunctam utilitatem in secco et in viridi tam ad ædificia quam ad alia sibi necessaria præparanda, quam etiam ad pascua cuiuslibet generis animalia nutriendi. —

Nulli ergo hominum liceat hanc nostram perpetuam donationem et perennem titulum libertatis nostræ munificentiæ pro[f]ringere aut ei casu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatæ gloriosæ virginis Mariæ et nostram se noverit incursurum. Acta sunt hæc anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo. Presentibus his nobilibus, quorum ista sunt nomina: Sangneus palatinus sandomiriensis, Falislaus castellanus sandomiriensis, Warsch castellanus de Lublin, Petrus castellanus de Sandecz, Thomas iudex sandomiriensis, Jacobus iudex cracoviensis, Bronisch castellanus de Biecz, Janussius castellanus de Radom, Zegota succamerarius sandomiriensis, Laurentius succamerarius cracoviensis, Jacobus canonicus sandomiriensis. Datum in Osiek per manus Swardoslai succancellarii curiæ nostræ, quarto Idus Septembris.

Przywilej ten potwierdzony przez następujących Królów aż do Augusta II razem z przywilejem tegoż Bolesława z r. 1277 – Zobacz r. 1277.

Ob. 140 str. 1188.

1263, 18 marca w Skaryszowie.

~~f. 114.~~ Bolesław książę krakowski i sando-
mirski klasztorowi jędrzejowskiemu wieś
Koruszkowice nadaje. a)

In nomine patris et filij et spiritus
sancti amen. Quoniam vt ait sapiens
non est priorum memoria, et suis spa-
cijs transeunt vniuersa, cunctaque
preterita operit obliuio. Ideo prudenti
consilio inuentum est, ea que sunt
recordacione digna et vtilia, scripture
perhenni testimonio commendare. Ea
propter nos Bolestaus dei gracia dux
Cracouie et Sandomirie per presentem
paginam notum facimus vniuersis
tam presentibus quam futuris, quod
pro spe salutis et incolumitatis nostre,
maximeque pro intencione ~~et~~ (sic) remunera-
cionis (sic) eterne, de consensu et bona vo-
luntate Domine ducisse Kunegundis
vxoris nostre, villam seruorum nos-
trorum totam, que dicitur Korusko-
wicz ex integro sine aliqua distraccio-
ne, et sine aliqua diuisione vel di-
minucione contulimus deo et beate ma-

./.

rie, sanctoque Adalberto in Andrzeiow et fratribus ibidem deo seruientibus iure perpetuo possidendam. Et quia ducis eleemosyna tam solemnis debet esse a condicione seruitutis liberrima, in ea libertate volumus eam esse, in qua possidet prefatum monasterium villas in prima fundacione donatas. Ne autem in posterum contra hanc eleemosynam nostram aliquis commentum malignitatis inueniat, presens scriptum nostri sigilli munimine decreuimus esse roboratum. Acta sunt hec anno domini ~~1.2.6.3.~~ M·CC·LX·III. XV kal. Aprilis, in Skarzeszow. Supradictorum testes sunt hi nobiles viri, tam morum, quam generis perspicuitate laudabiles, scilicet Sulek comes[2] palatinus Cracouiensis, Warcezlaus pincerna ducisse, Swantopelk filius Clementis, Ioannes subiudex Sandomirie, Nicolaus filius Stephani quondam palatini, Frandoxlaus subcancellarius curie.–

dalej

Król Zygmunt I zatwierdził ów przywilej w Krakowie r. 1533, z którego to zatwierdzenia widzimy,

./.

./.

że przywilej oryginalny pieczęcią ks. Bolesława był opatrzony. Odmianki znachodzące się w zatwier-dzeniu Zygmuntowem są: 1) Coruschowicze, ~~2) comes Clemens~~ (mylnie).

LXIX 53

1263, 14 maja w Krakowie.

f. 83v. Przed Bolesławem księciem krakowskim i sandomirskim, Sulek wojewoda krakowski wsie Łątczyn i Naglowice z klasztorem jędrzejowskim za wieś Krzesławice zamienia.

In nomine domini amen. Quoniam secum trahit cuncta, voluit, que volubile tempus, ne humana gesta labantur cum volubilitate temporis, opere precium est, ut voce testium vel testimonio apicum perhennentur. Proinde noverint tam presentes quam posteri, quia coram nobis Boleslao dei gracia duce Cracovie et Sandomirie comes Sulek palatinus Cracoviensis donavit et contulit fratri Hugoni abbati de Andrzeiow et ecclesie s. Marie eiusdem cenobij omnem possessionem camerariorum et agazonum de Lantczyn et in Naiglowice, terram quandam ad tria aratra extendentem, que nos omnia ipsi Sulkoni in retribucionem fidelis servicij dedimus iure hereditario possidendam; commutacionem de nostro consensu et voluntatem perpetuam faciens pro ipsius ecclesie villa Krze-

÷ slawice nomine nuncupata, seseque ex-
polians ab omnibus iuribus predicta-
rum terrarum, possessionibus et potesta-
te; constituens eundem abbatem et fra-
tres monasterij memorati tanquam
heredes legitimos sub hac forma, vt do-
mus eadem territoria in locis predic-
tis situata cum omnibus vsu fructi-
bus, iuribus et pertinencijs sub liberta-
te simili, que alie ville ipsorum fru-
untur, integre et sine aliqua dimi-
nucione possideant in perpetuum
iure hereditario libere et quiete in
perpetuum possidendam, se expolians
ob perpetuam commutacionem a qua-
libet possessione et eciam potestate.
Itaque quia hec perpetua commuta-
cio virorum predictorum coram no-
bis de nostro et coniugis nostre do-
mine Kunegundis grato consensu
et bona voluntate manifeste et pu-
blice est peracta, nos ex vbertate
munificencie nostre gracie dextra
? et sepedicti pallatini exigente multi-
plicis meriti probitate in perhen-
nem memoriam et testimonium
÷

presentem paginam super his con-
fectam nostri sigilli ac venerabilis
patris nostri domini P. Cracouiensis
episcopi munimine statuimus robo-
randam. Acta sunt hec anno domi-
ni ~~1263~~ M.CC.LXIII. indictione VI, presentibus
his nobilibus, quorum ista sunt
nomina: Dominus Prandotha episco-
pus Cracouiensis, Adam castellanus
Cracouiensis, Nicolaus de Brzeskie,
Symile dapifer Cracouiensis, Iohannes
dapifer ducisse, Marcus filius Sese-
me, Laurencius subcamerarius Craco-
uiensis et alij quam plures. Datum
Cracouie per manum Tuardoslai
subcancellarij II Idus mensis Maij.-

Ex Copiario antiquo descriptum, continetur
folio 21.

55

Metr: 98/106.

1266.

Drukowane w T. III. p. 87. 88 sqq.

Nicolaus Baranowski Consul Cracoviensis.

Baranow.

In nomine Domini Amen. Quoniam ea quae sub mutabili vicissitudine aguntur temporis contingit labente tempore a nobilia elabi futurorum, si non fuerint serie literarum cum expressione testium roboratae Hinc est, quod nos Boleslaus Dei gratia Cracoviensis et Sandomiriensis Dux Universis Christi fidelibus in omne seculum praesens pariter et futur~~um~~is praesentibus facimus manifestum. Quod nobilis mulier filia Joannis de Chrober relicta

relicta bonae memoriae Baroni de Pelchist. vendidit Catharinae germanae sorori nostrae germanae Salomeae Ordinis Sanctae Clarae haereditatem, quae Baranow nuncupatur quae sita est justa Stetnyow pro quindecem marcis argenti cum omnibus utilitatibus habitis et habendis iure haereditario in perpetuum possidendam. Ne igitur super hujus venditione et emptione aliqua dubitatio in posterum oriatur, in robur et memoriam supradictorum presentes litteras nostri Sigilli munimine fecimus communiri. Acta sunt haec in Cracovia 1266 indictione nona. Presentibus...

Dominus

Dominus Nicolaus Baranowski solus per se accepit litteras suprascriptas.

1267. [10. XI.]

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, patris et filii et spiritus sancti Amen.

Inter humanæ vitæ commoda nihil memoria dignum reperitur ab humana facilius elabitur memoria, quæ nec scripto nec voce testium continuatur: ne igitur gestarum rerum memoria processu temporis evanescat et ad lites pati aditum inveniatur malignandi, nos soror Salomea de ordine sanctæ Claræ de lapide sanctæ Mariæ, quondam Haliciæ regina, filia serenissimi principis bonæ memoriæ Lesconis, Cracoviæ et Sandomiriæ ducis, intendentes locare civitatem circa lapidem sanctæ Mariæ ad profectum nostri cœnobii et honorem cum auxilio et authoritate fratris nostri charissimi Boleslai, Dei gratia ducis Cracoviæ et Sandomiriæ et generosæ matris nostræ dominæ Cunegundis, ducissæ terrarum præfatarum, nec non fratris Alberti patris nostri in Christo reverendissimi ac totius capituli nostri grata et bona voluntate inculcando auribus singulorum tam præsentium quam futurorum, quod eam tali iure locare concedimus, quali iure civitas neoforiensis est locata, constituentes Digmarum, dictum Wolk, ibidem scultetum et iudicem sub hac forma, quod expirante libertate quinque mansos pro nobis retinentes sculteto et eius liberis sextum assignamus iure hereditario possidendi, de iudicio autem duo denarii nostræ cedentur domui, tertius ad iudicem pertinebit prædictum etiam authoritate

ger.

germani nostri charissimi, qui iudicium sanguinis et homicidii et aliarum offensarum, quae in memorata Giro civitatis aut tritorio fuerint perpetratae, exceptis hominibus domus abbatissae et totius nostri conventus cuiuscunque gentis, status aut conditionis homines sint, qui percussi fuerint, aut occisi ad scultetum eiusdem civitatis debeant pertinere; ita quod etiam si falsarii ibidem deprehensi, non per alium quam per eundem civitatis iudicem causae recipiet iustitiae complementum. Conferendo etiam insuper eidem iudici et eius successoribus dimidiam partem macellorum, pars vero media nostro conventui pertinebit. Curiam similiter sculteto concedimus cum horto contra Promnik et unum molendinum libere construendi. Ut autem plenarie dictus scultetus consoletur, vendendi et donandi sibi suam sculteti am, cui voluerit, liberam dedimus facultatem libertatemque per quindecem annos; concedimus omnibus huius civitatis habitatoribus et colonis ita quod ab omni censu exactionum omnino quolibet gravamine per quindecem annos liberi maneant et immunes concedentes eos nostra et dominio nostri fratris charissimi ab exactione thelonei absolutos, excepto quod post elapsam libertatem salis ductores nusquam alias, quam in Bochnia scotum argenti usualis de quolibet curru exsolvere tenebuntur. Postquam autem libertas fuerit terminata, quilibet tunc colonorum huiusmodi de suo manso franconico tenebitur solvere domui nostrae fertonem argenti purificati et pro decima quatuor mensuras tritici, quatuor siliginis et quatuor avenae, applicando etiam in perpetuum eiusdem usibus civitatis pascua, quae inter Promnik et metas sunt comitis Spicimiri, sylvam quoque magnam pro aedificiis et lignis incidendam libere concedimus et donamus. — Con:

Concedimus nihilominus, quod quicunque mercator alterius ducatus pannos duxerit ad eandem civitatem religandi et vendendi, pannos eosdem liberam habeant facultatem, hoc tantum salvo, quod ius telonei exsolvatur; ut autem omnis occasio turbationis, fraudis et calumnie de medio tollatur, presens scriptum in testimonium tradidimus, nostri sigilli munimine roboratum. (Datum in vigilia Sti Martini episcopi (10º Listopada) apud lapidem Ste Marie, anno incarnationis dominica millesimo ducentesimo sexagesimo septimo. (L. S.) –

Prot. man. obl. lib. 14 pag. 425.

Przywilej podali do oblaty w kopii r. 1789. Ignacy Piotrowski wójt i Dominik Susek mieszczanin miasteczka Skały.

I. XXVIII   a.   59

A.D. 1269 d. 23. Februarii in Osiek.

Boleslaus dux Cracovie et Sandomirie confirmat monasterio SSmae Trinitatis in Calvomonte ordinis Sti Benedicti commutationem villae Gregorovic pro villa Wojslaw cum Segota milite factam.

In nomine Domini Amen. Ne gesta humana per lapsum temporis a memoria hominum elabantur, solent scripto testium et testimonio apicum perhennari. Proinde tam presentes noverint quam futuri, quod nos Boleslaus Dei gracia dux Cracovie et Sandomirie una cum Serenissima conjuge nostra Kunegunde predictarum terrarum ducissa, nostrorum progenitorum vestigiis pie devotionis affectuosissime inherentes, ecclesiam Sancte Trinitatis de calvo monte specialis devotionis obsequio prosequendo, cupiendoque venerabilem in Christo patrem Jacobum abbatem cum suis fratribus ejusdem cenobii nostre singulari prerogativa libertatis in perpetuum congaudere, pro remissione nostrorum peccaminum, ac pro animabus nostrorum parentum, villam de Gregorovic quam predictus Abbas de nostro consensu et fratrum ipsius cum Segota milite nostro pro Voislaw commutavit, ab omni liberam? exactione et servitute, quas de verbo ad verbum ?volumus enarrare – videlicet: povoz, strose, poradlne, strosa, Gargove, naraz, a vaccis, ab ovibus, a statione venatorum et aucupum, a statione panificum, et braxatorum, et ab omni pogon et expeditione, excepto si pagani, vel alii homines in terra nostra volentes eam destruere steterint, ab edificatione omnium castrorum – Absolvimus etiam eos ab omni thelonio utriusque ducatus. Absolvimus insuper a juditio palatinorum et omnium Castellanorum utriusque terre, et cujuscunque alterius judicis secularis, et si per eos citati fuerint, impune non astabunt. Concedimus etiam sepedicto abbati et fratribus, ut eandem villam jure teutonico locet et libertate qua eorundem Sluhps in omnibus perfruatur.

[Margin: może liberamus.]
[Margin: sprawdzić!]

(może) perfruatur

atur. – Ut autem hec nostra libertatum concessio firma et
stabilis in perpetuum permaneat, presentem paginam nostri
sigilli munimine fecimus roborari. – Actum in Oseke pre-
sentibus Warsone palatino Sandomiriensi, Miroslao
pincerna Cracoviensi ducis, Laurentio venatore Cracoviensi,
Warcislao pincerna Cracoviensi ducisse, Segota milite
Nicolone subdapifero, Sandomiriensi ducis – Anno Domini
M°CC°LX° VIIII° XII° Kalendas marcii –

Od pieczęci pozostały tylko sznurki
czarnego jedwabiu –

Oryginał w [illegible]

1270, dnia 21 maja w Krakowie.

In nomine domini Amen. Quoniam labescit omne
tempus imprimens quandam infectionem rebus, a
qua ipse res corrumpuntur, ne humana gesta per
infectionem temporis a memoria elabantur, huma-
ne solercia providentie assolet ea scripto testium
et testimonio apicum perhennare. Proinde tam pre-
sens etas noverit quam futura, ~~quod~~ quia [1] nos Bolezlaus
dei gracia dux Cracovie et Sandomerie una cum ~~sta~~ ca-
ra nostra coniuge Kunegunde, dei gracia Illustri
ducissa terrarum earundem, filia super illustris Regis
Ungarorum, attendentes servicia per Hensirum
et Petrum fratres uterinos, filios Mathei dicti
(w) Hinsirowich, heredes de Dupe [2] sito in Castellania
Cracoviensi, nobis nostreque terre impensa multi-
pliciter ~~et~~ ac frequenter, nec non fidelia eorun-
dem subsidia, oportuna nobis admodum et ac-
cepta, ipsos, quia tales magnifica principum
celsitudo consuevit sue gracie munificentie (s) subli-
mare, nos specialis nostre liberalitatis munificen-
tia prosequentes, conferimus et donamus eisdem
Boykow [3] ac circumquaque parte nemoris et Silue,
que ad nostram venationem spectabat a loco, qui
Golubovi lazi (s) vulgariter nuncupatur circa Smy-
lou [4] usque ad locum, qui in vulgo Borunowska
Stza dicitur, et ab eodem loco ad viam de Rucce-
wych, atque ab eadem via per Pneunam usque
in montem, qui Ceremesna nominatur, hoc i-
psum totale territorium sic ex omnibus partibus
limitatum, habens reflectionem ab eodem monte
per Semitam ad locum dictum Golubowi lazi,
cum omnibus ibidem fluminibus, pratis, melli-
ficiis, ac aliis utilitatibus universis et singulis,
iure hereditario pacifice ~~et~~ ac quiete in perpetuum
possidendum, ita ut ipsum territorium excolendi,
ac ibidem Colonos cuiuscunque lingwagij et ydio-

1) qua 2) multiplicitant ac frequentant 3) gracia munificencie

malis seu nationis locandi, sub quocunque jure maluerint, liberam habeant facultatem. Et non solum Dictis. H. et P. ~~Hensiro et Petro~~ fratribus hanc donationem facimus, verum et omnibus eorum posteris, non solum masculini sexus sed etiam feminini, et quibuscunque aliis, qui per successionem legittimam siue ab intestatis siue ex testamento extiterint successores, integre ac sine ulla diminutione similiter jure hereditario donamus in perpetuum possidendum. Et quia hanc sibi quodammodo nobilitas legem imposuit[4]), ut debere se quod sponte tribuit, existimet, et nisi in beneficiis suis creuerit, nihil se prestitisse putet, inclinati fidelitate continua meritorum eorundem H. ~~Hensini~~ et P. ~~Petri~~ germanorum, cupiendo beneficia nostre nobilitatis crescere in eisdem, dictum totale territorium et prefatam ipsorum hereditatem de Dupphe, nec non tres sortes que Srebe vulgariter dicuntur, scilicet Bolechouski, Crisanouski, et Woynouski; quas Gregorius noster aurifaber[5]) sedentibus nobis pro tribunali per sentenciam rite latam eper nos sibi adiudicatas obtinuit, quas eadem sentencia abiudicauimus et in perpetuum abiudicamus Wenckoni, et Wenczlao, Matheo ac Myrozlao, et Golkonj atque Barkoni filijs Woynonis, ipsis et ipsorum posteris ~~super eisdem sortibus~~ perpetuum silentium omnibus[6]) super eisdem sortibus imponentes. Quas etiam ~~et~~[7]) ipsi ~~Hensi~~ et P. ~~Petrus~~ in nostra presentia emerunt, et certum appensum (!) argenti pro[8]) ea ex integro persoluerunt, per nos eadem emptione ratificata in perpetuum ac eciam[9]) confirmata. Facimus ab his seruicijs Scilicet Powoz. Stroza, Stan. Crowa. Oucha. Grod. liberas et immunes et ab omnibus venatoribus et expensa eorundem, ac omni procuratione canum qualiumcunque, ita quod nullus de venatoribus ibi maxime (!) in supradicto territorio ullam habeat potestatem, Sed prefati H. ~~Hensir~~ et P. ~~Petrus~~ cum suis posteris omnimode sint liberi tanquam veri domini exempti ab omnibus juribus Polonicis, angarijs et perangarijs, Solutionibus et exactionibus, sicut in predicta clau,

9) et
4) legere imponit 5) może curifaber! 6) omnibus 7) może ~~etiam~~ ut 8) per

sula continetur. Ita quod sepedictis fratribus ac eorum successoribus si voluerint prefatum territorium dictam hereditatem cum tribus sortibus 10) memoratis donare, vendere, commutare, et quocunque alio modo eis placuerit alienare, cum omnibus libertatibus memoratis. Insuper addimus incolis dicti territorij prefate hereditatis Duse, ac trium Sortium colonis universis et singulis hanc graciam libertatis, ut ad nullius alterius iudicis presentiam seu tribunal, nisi ad solam dominorum suorum dictorum fratrum et eorundem successorum, uel ad nostram si tanta necessitas emerserit, possint aliquatenus citatorie evocari. ~~Una~~ Qua etiam libertate dudum gaudere fecimus et nunc nostri dominij auctoritate in perpetuum facimus sepedictos fratres et ipsorum omnes prehabitos successores. Ut autem universe et singule nostre donationes ~~nostre~~ memorate semper inconcusse permaneant, ac robur perpetue obtineant firmitatis, in euidentiam pleniorem, et testimonium euidentius earundem, presentem paginam sigilli nostri munimine dignum statuimus muniendam. Actum publice in Cracouia, Anno Domini M° CC° septuagesimo. Presentibus hiis, domino Procopio curie nostre Cancellario, Laurentio de Kolucesk ~~Louchi~~ lovchý, Johanne Thesaurario, Jarchozlao. (11) Fravdozlao Subcancellario curie nostre, Goluchone de Sevor, et alijs quam pluribus. Datum in vigilia Ascensionis Domini.

Szelenyk 5/11 75. Z kopii zamieszczonej w tomie III tek Naruszewicza pod N 163 przepisanej z oryginału zachowanego niegdyś w archiwum głównem, u którego wisiała pieczęć na sznurku jedwabnym koloru żółtego.

10) hortibus 11) rap. Wirchoslaus pincerna ducisse

57 mil.

1270. [21.V.]

In nomine domini. Amen. Quoniam tabescit, omne tempus inprimens quandam infectionem rebus, a qua ipse res corrumpuntur, ne humana gesta per infectionem elabantur, humana solertia prouidentie assolet ea scripto testium et testimonio apicum perhennare. Proinde tam presens etas nouerit quam futura, quia nos Bolezlaus dei gracia dux Cracouie et Sandomerie vna cum cara nostra coniuge Kunegunde dei gracia illustri ducissa terrarum earundem, filia superillustris Regis vngarorum attendentes seruicia per Henricum et petrum fratres uterinos, filios Mathei dicti Hinsirouich, heredes de Dupe sito in Castellania Cracouiensi nobis nostreque terre inpensa multipliciter ac frequentes, nec non fidelia eorum subsidia, oportuna nobis admodum et accepta, ipsos, quia tales magnifica principum celsitudo consueuit sue gratie munificentie sublimare, nos speciali nostre liberalitatis munificentia prosequentes, conferimus et donamus eisdem Boykow ac circumquaque parte nemoris et silue que ad nostram uenationem spectabat a loco, qui Golubouii laui nuncupatur circa Smylou usque ad locum qui in volgo Bozunowska Stza dicitur, et ab eodem loco ad uiam de Ruccewych,

atque ab eadem via per Pneunam usque in montem qui Ceremesna ~~nuncupatur~~ nominatur, hoc ipsum totale territorium sic ex omnibus partibus limitatum habens reflectionem ab eodem monte per semitam ad locum dictum Golubowe laui, cum omnibus ibidem fluminibus, pratis, mellificiis, ac aliis utilitatibus universis et singulis, jure hereditario pacifice ac quiete in perpetuum possidendum, ita ut ipsum territorium excolendi, ac ibidem colonos cujuscunque linguagii et ydiomatis seu nationis locandi, sub quocunque jure maluerint liberam habeant facultatem. Et non solum dictis H et P. fratribus hanc donationem facimus, verum etiam omnibus eorum posteris, non solum masculini sexus sed etiam feminini, et quibuscunque aliis qui per successionem legitimam sive ab intestatis sive ex testamento extiterint successores, integre ac sine ulla diminutione similiter jure hereditario donamus in perpetuum possidendum. Et quia hanc sibi quodammodo nobilitas legem inponit, ut debere se quod sponte tribuit, extimet, et nisi in beneficiis suis creuerit nihil se prestitisse putet, inclinati fidelitate continua meritorum eorundem. H. et P.

germanorum, cupiendo beneficia nostre nobilitatis cresce-
re in eisdem, dictum totale territorium et prefatam ip-
T de sorum hereditatem T Duppe, nec non tres sortes que Sre-
be vulgariter dicuntur, scilicet Belechouski, Crita-
nouski, et Woynouski, quas Gregorius noster aurifa-
ber sedentibus nobis pro tribunali per sententiam
rite latam per nos sibi adiudicatas obtinuit, quas ea-
dem sententia abiudicauimus et in perpetuum abiudi-
camus Wenckoni, et Wencezlao, Matheo ac Myrozlao,
et Volkonj atque Bartkoni filiis Woynonis, ipsis et
ipsorum posteris perpetuum silentium omnibus super
eisdem sortibus inponentes. Quas etiam ipsi. Hen. et
p. in nostra presentia emerunt et certum appen-
sum argenti pro ea ex integro persoluerunt, per
nos eadem emptione ratificata in perpetuum ac e-
tiam confirmata, facimus ab hiis seruiciis scili-
cet powoz: Stroza: Stan. Crowa. Oucha. Grod. liberos
et inmunes et ab omnibus venationibus et expensa
eorundem ac omni procuratione canum qualicunque,
ita quod nullus de uenatoribus ibi maxime in su-
pradicto territorio ullam habeat potestatem, sed
prefati H. et p. cum suis posteris omnimode
sint liberi tanquam veri domini exempti ab om-
nibus juribus polonicis angariis et perangariis,
solutionibus et exactionibus sicut in predicta clau-
sula continetur. Ita quod sepedictis fratribus ac e-
orum successoribus si uoluerint prefatum territo-
rium dictam hereditatem cum tribus sortibus memo-
ratis donare, vendere, commutare, et quocunque a-
lio modo eis placuerit alienare cum omnibus liber-

tatibus memoratis. Insuper addimus incolis dicti territorii pretate hereditatis Dupe, ac trium sortium colonis uniuersis ac singulis hanc gratiam libertatis, ut ad nullius alterius iudicis presentiam seu tribunal, nisi ad solam dominorum suorum dictorum fratrum et eorundem successorum, vel ad nostram si tanta necessitas emerserit, possint aliquatenus citatorie euocari. Qua etiam libertate dudum gaudere fecimus et nunc nostri dominii auctoritate in perpetuum facimus sepe dictos fratres et ~~eorum~~ ipsorum omnes prehabitos successores. Ut autem uniuerse et singule nostre donationes memorate semper inconcusse permaneant, ac robur perpetue obtineant firmitatis in euidentiam pleniorem et testimonium euidentius earundem presentem paginam sigilli nostri munimine dignum statuimus muniendam. Actum publice in Cracouia Anno dni M. CC. septuagesimo. Presentibus hiis Procopio curie nostre cancellario. Laurencio de Klobucsk Cochii. Ioanne Thesaurario. Uarchozlao. Twardozlao. Subcancellario Curie nostre. Golvchone de Sevor. et aliis quampluribus. Datum in vigilia ascensionis.

pieczęć na sznurku jedwabnym żółtym

Oryginał zachowany w archiwum Stanu pruskiem w Berlinie.

† Księga

1270.

In nomine domini. Amen. Cum cuncta
trahit secum uoluitque volubile
tempus. Ne humana gesta uolubilita-
te temporis elabantur precium est ut
uoce testium aut testimonio apicum
perhenentur. proinde nouerint tam pre-
sentes quam ~~futuri~~ posteri quod coram
nobis Boleslao dei gracia Cracouie et
Sandomirie duce Comes Nicolaus Pa-
latinus cracouiensis dedit et contulit
Comiti Benoni et eius uxori domine
Luthmile filie Mancose villam suam
nomine Decin~~a~~o commutationem per-
petuam cum ipso faciens. pro ipsius
villa Zabloche nomine nuncupata,
quam ratione dotis predicta domi-
na Luthmila iure hereditario te-
nuit et possedit sese q expolians ue
ab omnibus iuribus dicte ville et
a qualibet possessione et etiam po-
testate, et pref ens eundem Be-
nonem et eius successores tanquam
heredem legitimum sub hac forma,
ut ipse Ben dictam villam Decino
cum omnibus utilitatibus iuribus et
pertinenciis integre et sine dimi-
nutione aliqua possideat in perpe
tuum jure hereditario libere et quiete.

exemptam penitus et absolutam ab
hiis serviciis et solutionibus. scili-
cet. powoz. Strosa. Stan. vacca.
mensura que suessna dicitur. et
ab omnibus aliis serviciis solu-
cionibus et exactionibus. et omnibus
polonicis iuribus quibusque nomini-
bus vulgariter nuncupentur. ipsa
villa Benino in perpetuum libera
est et immunis. Insuper omnes
incole eiusdem ville a potestate
et judicio Castellani Brezen
et omnium judicum ipsius omnino
sunt liberi et exempti. ita quod in
ullo casu neque occasione ~~Stroffe~~
Strose citati teneantur respondere
et in Druena alia villa eidem
ville Benino adiacenti homines eius-
dem Comitis Benonis castorarios
prorsus nec recipere nec passere
debent. et omnimode eisdem iuri-
bus et libertatibus debent gaudere.
Contulit etiam eidem hanc iuridi-
tionem et potestatem prefatus Comes
Nicolaus. quod per totum districtum
silue que Clay dicitur capharum
uenacionem canibus siue retibus
aut aliis subtilitatibus libere exerceat
et quiete. Arbores similiter exca-

uare pro mellificiis. Et pascua porcorum, ac ligna pro structura domorum siue pro qualibet alia sua utilitate in iam dicta sibi silua contulit et assignauit. firmiter eidem coram nobis promittens. quod hec omnia jura et singulos articulos suprascripte libertatis quociescunque predictus Ben intestabitur sua defensione debet redimere et tueri. Idem etiam Ben cum suis filiis dedit et contulit dicto Comiti Nicolao prefatam villam suam Zabloche cum omnibus utilitatibus iuribus et pertinentiis in nullo diminutam libere quiete iure hereditario in perpetuum possidendam. se expolians ob perpetuam commutacionem a qualibet possessione et omnibus eiusdem ville iuribus et potestate. Itaque quia hec perpetua commutacio ex utraque parte videlicet tam ex parte Comitis Nicolai. quam ex parte Comitis Benonis uxoris et filiorum eius coram nobis de nostro grato consensu manifeste et publice est peracta Nos exuberante nostre munificiis gratie dextera in testimonium et perhennem memo-

riam presens scriptum super hiis
confectum nostri sigilli munimine
statuimus roborandum. Acta sunt hec
anno domini M. CC. LXX presentibus
hiis quorum ista sunt nomina. Co.
mes Warss Castellanus Comes petrus
palatinus Cracouienses Comes Bog-
sa Castellanus de Malogosch. Ym-
ramnus Tribunus Cracouiensis. Sua.
toslaus filius Clementis Cammera.
rius domine. Wirchoslaus pincerna
domine et alii plures. Datum in
Grodisce per manus Twardoslay
cantoris Sandomiriensis et subcan.
cellarii curie nostre. Indictione
XV.

pieczęć oderwana.

~~Z~~ z orginału archiwum stanu
w Berlinie.

(1270)

N. 66

Kod. Małop. II str. 131-132. pod datą 1273 r. Hube kładzie, jak i my 1270 r. ([illegible] [illegible])

Anno 1270, sine die in Borowa, Boleslaus, dictus Pudicus, dux Cracoviae et Sandomiriae, quendam fontem salis in Bochnia, coenobio Cistereiensi in Wąchock sub quibusdam condicionibus confert.

In nomine domini amen. Ut nostris factis, et iustis disposicionibus certa fides adhibeatur, igitur nos, Bolezlaus, dei gracia dux Cracouie, et Sandomirie, communem nostri ducatus attendentes utilitatem, domino abbati de Wanchocsk[1.)], de consensu nostrorum baronum, fontem antiquum (s.) salis in Bohcna[2.)] (s.), de quo nonam partem pro sue domus utilitatem a multis retroactis annis, iure hereditario libere percepit, qui, casu ruens terra, et aqua vehementi, ita fuit repletus, quod penitus adnichilari cerneretur, contulimus innouandum, et reparandum, ut, cum ipse, suis sumptibus eum informando (s.), ad valorem restaurauerit, omnes prouentus, et utilitates eiusdem, iure hereditario ipsi, et eius domui cedant a festo beati Martini, usque per totius anni reuolucionem. Trans-

acto aŭtem termino iam dicto, domino abbati, superius dicto, et eiŭs domui, tercia pars libere spectabit, in perpetuum possidenda, pro nostro dominio duabus ex integro reseruatis; salua nichilominus predicti abbatis none partis porcione. - Concedimus eciam prenominato abbati, et eius domui quatuor patellas salis libere quoquendas, et quatuor domos, que uulgariter vese dicuntur, libere ponendas cum quatuor fonticulis pro minuti salis, quod dorsalhc(?) dicitur, resolucione. Magister uero puthei prefati, unam patellam cum omni sua posteritate liberam, libere possidebit in ~~pp~~ perpetuum. Addidimus insuper sepedicto abbati, et eius rectori circa putheum in Bohcna degenti, ut sal, qualecumque, quod proprijs sumptibus acquisierit, eidem libere quemadmodum sal supperiorem uendere licebit, nullo contradicente. - Vt autem hec nostra ordinacio, et discreta disposicio, robur perpetue obtineat firmitatis, et in statu perseueret, incolumi

nostro sigillo fecimus communiri. Acta sunt hec anno domini M°C°C°LXX° in Boreña[3.)], ũilla monachorum de Andrehoũ[4.)], per manus Johannis, nostri clerici, Scarbimiro, subcamerario cracoũiensi, ordinante.-

Dokument oryginalny pergaminowy, nieco tylko przez rdzę i wilgoć, a w jednym miejscu (wyraz Dorsalhc) przez mały otworek uszkodzony, skąd znak zapytania w tekscie. Inicjał J., zdobny arabeskami biegnie wzdłuż połowy kolumny tekstu. Pismo staranne, piękne, o charakterze i skróceniach, wyłącznie wiekowi XIII w Polsce właściwych.-(Wymiary pergaminu: 286 m.m. na 198 wraz z pliką). Pieczęci brak; pozostał po niej w miejscu właściwym, przez dwa nacięcia przewleczony, karmazynowy sznur jedwabny.- Na odwrotnej, prawie całkiem zapisanej stronie dokumentu, znajduje się prócz późniejszych jego streszczeń i sygnatur, znajduje się podwójny napis z wieku XV: „Super partem salis in Bochna[2)]", oraz następujący urzędowy dopisek: „In Radom[5)] in Positione Actorum Terrestrium, feria secunda post festum Sancti Mathaei, Apostoli, et Evangelistae proxima, videlicet die 24. mensis Septembris. A. Dni 1781, praesentis

privilegij subsecuta oblata, quod testor.
// Mathias Tyminski A.T.R. m.p." Sig: 44.

1.) Wąchock, osada parafjalna w gub. Radomskiej, powiecie Iłżeckim.

2.) Bochnia, mto pow. w Galicji.

3.) Borowa, gub. Piotrkowska, pt. Noworadomski, par. Gidle.

4.) Jędrzejów, miasto pow. w gub. Kieleckiej.

5.) Radom, mto gub. w Krl. Pols.

1272. [13.V.]

In nomine Domini Amen.

Cum secundum autoritatem divinam opperi bono duce mer-
cedes debeantur una æternitatis et alia temporalis. Ideo nos
Boleslaus, Dei gratia dux Cracoviæ et Sandomiriæ cu-
pientes profectum et ampliationem ecclesiæ nostræ beati
Floriani martyris in Cracovia dedimus et contulimus
Petro capellano nostro canonico dictæ ecclesiæ partem
hereditatis nostræ in Lubno iure hereditario in perpe-
tuum possidendam, quæ pars ab ~~hereditatibus~~ hominibus nostris
est separata et vocatur anticum Lubno, liberam et exem-
ptam a potestate et iurisdictione castrensi et omnium
iudicum castellanorum et etiam absolvimus omnes inco-
las, qui locati fuerint in hæreditate dictæ partis à prevod,
a powoz, a venatoribus castrorum ita ut in eis iidem
venatores nullum ius habebunt et ab omnibus exactionibus
et angariis ipsos penitus liberos facimus et immunes.
Item neque vaccam neque scrofam solvere tenebuntur
neque ovem. Item concedimus et damus eidem Petro, ut
in dicta villa unam tabernam locandi liberam habeat po-
testatem venationes autem in sylvis, pascua et omnes
alias utilitates, quæ sunt vel esse poterunt, homines,
quoscunque præfatus Petrus locaverit, in hereditate iam
sæpedicta plene et integre habebunt cum hominibus no-
stris. Et hæc omnia quicunque in eadem prebenda succes-
serint pacifice et quiete perpetuo possidebunt, ut
autem hæc nostra donatio inconcussa permaneat,

et

et in statu semper incolumi perseveret, presens scriptum in testimonium et perhennem memoriam superius confectum sibi duximus conferendum nostri sigilli munimine roboratum. Actum anno domini MCC septuagesimo secundo indictione XV. Presentibus iis, quorum ista sunt nomina. Dominus Procopius cancellarius curiae nostrae, comes Petrus palatinus cracoviensis, Fulco dapifer, Dobeslaus subiudex cracovienses; Bruno miles, qui ad distinguendos homines eiusdem hereditatis ex parte nostri cum vicinia missus fuit et alii plures. Datum per manum Twardoslai, cantoris sandomiriensis et subcancellarii curiae nostrae XIIII mensis Iunii — Locus sigilli penselis regni in cera expressi. —

O. 211 p 3126.

Podat do oblaty ur. Marcin Bednarski 1780 „literas Boleslai pargameneas XIIIus saeculi charactere scriptas, sigillo penseli regni in cera expresso munitas, omnique suspicionis nota carentes" —

LXXXIII

1273. (18 aprilis)

[18.IV.]

Nouerint vniuersi, tam presentes, quam futuri, quod Nos Boleslaus dei gracia Cracovie et Sandomirie Dux, cupientes profectum et vtilitatem nostrorum ciuium de Sandech procurare damus eis et conferimus hanc nostre gracie libertatem, ut cum qualibus-cunque mercibus eis per Cracouiam et Bochnam libere trans-ire liceat et per totum ducatum nostrum absque omni solucio-ne thelonei et exactione. Volumus eciam, ut hec nostra donacio per nostros successores perpetuo confirmetur. Naues vero cum frumen-to et cum alijs mercibus inferius dimittere, quocienscunque vo-luerint et quotcunque, liberam habeant potestatem. Si quis autem theloniariorum in nostro ducatu aliquem de dictis nostris ciuibus presumpserit molestare, et hanc nostram permissionem et donacio-nem inmutare attemptauerit, nostram indignacionem se nouerit incursurum. Ne autem super eadem libertate ab aliquibus ambigui-tas haberetur, presentem eis paginam concessimus, nostri sigilli, et nostre dilecte coniugis domine Kunegundis munimine robora-tam. Datum in Korczin. Anno domini Millesimo ducentesimo LXXIII°, XIIII kalendas Maij, per manum Twardoslai Cantoris Sando-miriensis et Cancellarij[1] Curie nostre.

Z oryginału pergaminowego należące-go do Magistratu Sądeckiego. Od pieczę-ci pozostał sznurek z jedwabnych nici zielony. Drugiej wzmiankowanej pieczęci Kunegundy śladu nie widać.

1) winno być subcancellarij

1273, 23 kwietnia.

~~f. 15/v~~ Paweł biskup krakowski poświadcza

t. XXXIV istnienie i treść przywileju Bolesława ks. krakowskiego i sandomirskiego względem założenia miasta Jędrzejowa na prawie niemieckiem.

Nos Paulus Dei gracia Cracouiensis episcopus totumque Cracouiensis ecclesie maioris capitulum notum facimus vniuersis ad quos presentis pagine noticia peruenerit, quod nos vidimus et inspeximus diligenter priuilegium et libertatem inferius annotatum (sic) domini Boleslai Dei gracia ducis Cracouie et Sandomirie, domine Kinigundis (sic) generose coniugis sue, baronumque suorum, Warsonis videlicet castellani, Petri palatini sui ceterorumque baronum terre sue assensu et voluntate datum abbati et conuentui de Andrzeow Cisterciensis ordinis Cracouiensis diocesis, non cancellatum, non abolitum, nec in aliqua parte sui viciatum sub hac forma:

/: Tu następuje przywilej Bolesława ks. krakowskiego i sandomirskiego z r. 1271. 14 kal. Martii :/

In huius ergo rei testimonium nos
predictus Paulus Dei gracia Cracovien
sis episcopus sigillum nostrum et
ecclesie maioris capituli duximus ap-
ponendum. Datum anno Domini
~~1.2.7.3.~~ (Nono Calendas Maij. –
M. CC. LXX. III.)

71

1278. [15-II.]

In nomine domini nostri Jhu christi.
amen. Humane cautela prouidencie
cuncta uidens temporalia cum tempo-
ris decurrere fluxibus scripto tertium
et testimonio apicum antidotum repe-
rit. quo sua acta cum tempore non tran-
sirent a memoria sed perhenni stabili-
tate inmobiliter sint firmata. Proinde
tam presens etas nouerit quam futu-
ra, quod nos Bolezlaus dei gratia
Dux Cracouie et Sandomirie. vna cum
nostra Karissima Coniuge domina Kune-
gunde eadem gratia illustri Ducissa ter-
rarum ~~Cracouie~~ earundem. vultus nostre
benignitatis et oculos attentius conuer-
tentes ad fidelia honorabilis viri domini
Procopii, nostri Cancellarii ac Nepotis Ka-
rissimi seruicia nobis et nostre utrique
impensa terre utiliter et frequenter. Volen-
tes eius seruiciis perpetue liberalitatis benefi-
cencia respondere, Cum tam bene meritos
deceat fauor et donaria principum co-
piosa; ipsi de grato fauore, communi
consensu pariter et assensu ac unani-
mi voluntate nostrorum omnium Baro-
num damus conferimus et titulo per-
petue donacionis tradimus mera et
spontanea voluntate villam nostram Cy-
stebregy sitam in Castellatura Craco-
uiensi super ripam Wisle cum eiusdem
pratis, querceto, pascuis, mellificio, ne-
more, ceterisque omnibus utilitatibus
et pertinentiis prefato domino Proco-

pio; cunctisque eius posteris et quibus-
cunque aliis, qui ab ipso intestato aut
ex testamento legitimi extiterint successo-
res integre et sine diminutione aliqua
iure hereditario in perpetuum possi-
dendam. Ita etiam quod si ipse domi-
nus . P. uel sui voluerint successores,
eandem villam donare, uendere, permutare et quocunque
modo alienare habent liberam facultatem cum omnibus
libertatis (sic) infra scriptis. Uerum quia (q̃a) hanc
semper (s̃) quodammodo stabilitas legem imponit. ut
debere (debẽ) se quod sponte tribuit extimet. et nisi
(ñ) in beneficiis suis creuerit, nihil se prestitisse
putet. ne nostra donatio alicuius mutilationis
dispendio deformetur, prefatam villam Cystebregij,
quam prius quidam militer possederant, et dudum sunt exhe-
redati suorum magnitudine excessuum exigente, quam eciam
nostri homines uenatores per concessionem pro tempore
tenuerunt. Omnesque eiusdem ville incolas ab hiis seruiciis
et solucionibus scilicet prewod. powoz. Strosa. Pouolowe.
Targowe. Krowa. Podwodi. Wogyna et castro nouo construendo,
vel eciam veteri reparando. a domine Custodie qui Strose
vel Strozny uulgo dicitur. a falconibus. a castori-
bus et venatoribus castorum. et eorum dominis uideli-
cet ~~uenatoribus~~ venatorum. a venatore Cracouiensi
quem nolumus in querceto ~~dicte~~ et nemoribus dicte ville
unquam aliquod jus habere: nec non ab omnibus aliis so-
lucionibus, seruiciis, exactionibus, angariis et perangariis
ducalibus, Castellani et palatini Cracouiensium, ipsorum
Iudicum et Camerariorum seu officialium quorumcunque
sive sint ordinarie sive extraordinarie, siue ab antiquo de-
beant. seu de nouo emerserint. quibuscunque modis vul-

cf. Inwentarz Dypl.
Kop. 324.

gariter censeantur. quibuscunque nominibus appellen-
tur. faciamus semper immunes. liberos et exemptos.
Excepto duntaxat prewod militari, ad quod juxta com-
munem consuetudinem tenebuntur. Insuper nec ad tribu-
nal Castellani nec Palatini Cracoviensium neque eorum ju-
dicum. neque ad alterius cuiuscunque iudicis nunquam
aliquo modo citabuntur. nec tenebuntur in aliquo iure, co-
ram ipsis vel consuetudine respondere. sed tatem ad nostram
et nostrorum successorum presenciam et sui domini qui pro
tempore fuerit, citatorie vocabuntur. Nec tamen (tn̄)
ad nostrum examen vel nostrorum successorum per came-
rarios seu officiales quoscunque sed tamen per litteras
sigillo Ducis terre consignatas poterunt conveniri. Si au-
tem homicidium quod absit inter incolas accidat memora-
tos, dominus prehabite ville recipiet semper capitis et ho-
micidii totam penam. Sed si dictorum incolarum ullus
per extraneum occidatur, vel occidat extraneum, prefato
domino medietas pene cedet. alia vero medietas ei ad
quem de jure et consuetudine dinoscitur pertinere. Conce-
dimus eciam domino sepe dicte ville semper castores ca-
piendi in Wisla ibidem. ac genus omne ferarum venandi quo-
cunque modo in querceto et nemoribus dicte ville liberam
potestatem. Igitur ut prefata donacio cum universis et
singulis libertatibus supradictis stabilis permaneat,
robur perpetue obtinens firmitatis. in maiorem omnium
evidenciam premissorum. presentem paginam sepedicto
domino Procopio contulimus. nostri sigilli munimine ro-
boratam. Non obstante aliquo alio privilegio si forte
unquam a Nobis vel ~~aps~~ ab ipso domino procopio con-
cessum apparuerit. Quod volumus et presenti decreto

decernimus nullius unquam vigoris existere nec momenti tanquam clandestinum et occultum et furtive nobis inscijs falsitatis molimine fabricatum. faciens falsarium se utentem. Actum publice Cracovie Anno Domini M CC. LXXVIII. XV Kal. Martii. Indictione quinta. presentibus hijs. quorum nomina hec sunt. Comes Warss Castellanus Cracouiensis. Comes Janus palatinus Sandomirie. Comes Neustup palatinus Cracouiensis. Comes Martinus Castellanus Brezen . Comes Pelka pincerna Sandomir Comes Otha subcamerarius Cracouiensis. et quamplures alij affuerunt. Datum per manus domini Twardoslai Cantoris Sandomir nostri Subcancellarii.

† Księżyca

† tajnym

pieczęć na sznurku jedwabnym różowym.

Z oryginału zachowanego w Tajnym ~~Tajnym~~ Stanu w Berlinie.

1280. —— 1359. —— 1569.

Sigismundus Augustus

Dei gratia rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Rusiæ, Prusiæ, Masoviæ Samogitiæque et dominus et heres — Significamus presentibus literis nostris, quorum interest universis et singulis, exhibitas esse coram nobis per generosum Nicolaum Ligeza de Bobrex, Castellanum Zawichostensem, literas pargameneas, titulo et Sigillo Serenissimi olim principis domini Kazimiri cognomento Magni, Regis Poloniæ antecessoris nostri munitas, dislimitationem et distinctionem bonorum infrascriptorum ad hue per Ill. Ducem Boleslaum antecessorem suum perscriptas in se continentes et ad ipsum Generosum Nicolaum Ligeza ratione contigui parietis bonorum suorum pertinen, sanas salvas nullius que suspicionis falsitatis obnoxias, licet ea fuerint ob vetustatem nonnihil attrita et ideo supplicavit nobis prædictus Generosus Ligeza Castellanus ut eas innovare approbare, ratificare et confirmare dignaremur. Quorum tenor est talis. In Nomine Domini Amen. Quod magnifica Regum auctoritas decernit, ratum atque firmum debet esse, ac robur perpetuæ firmitatis obtinere; igitur noverit tum presens ætas quam futura. Quod nos Casimirus Rex Poloniæ, necnon terrarum Cracoviæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Cuiaviæ, Pomeraniæ que dominus et heres sane advertentes. Quia constitutus coram nobis et Consiliariis nris, nobiscum in Oppatowiecz existen. Nobilis Strachota heres de Zelichow Servitor noster, fidelis dilectus, exhibitis literarum granicialium titulo, et Sigillo Illustris olim Boleslai Ducis Cracoviensis et Sandomiriensis prædecessoris nri munito et roborato, in qua litera graniciali, memoratus Dux, quondam Swatopelzoni militi suo dicti Strachotæ legitimo prædecessori ad villam Zelichow consensit. fruit id litera granicialis.

latinus

latius et abundantius in se continent; supplicavitque nobis dictus Strachata, ut huius modi literam propter vetustatem suam confirmare dignaremur, cuius tenor est talis. In nomine Domini Amen. Ne longinquitate obscuretur vel evanescat conditio veritatis, cum labilis memoria hominum sit, convenit ut gesta temporis hujus tam scriptis quam testium adminiculo roborentur. Igitur nos Boleslaus dei gratia Dux Cracoviae et Sandomiriae, Notum facimus universis praesentibus et futuris, praesentem paginam inspecturis. Quod fidelia servitia nostri fidelis militis Swathopolconis de Zelychow, Gorzegow et Lubiezno heredis, considerans indagine diligenti, que nobis hactenus exhibuit, in posterum se offert deo dante impensurum. Ideo Supplicavit nobis ut inter hereditatem eius Zelichow, et inter hereditatem nram Klyz secum distimitaremur. Mandavimusque dignitariis nostris, videlicet Bronisio Castellano de Brzek, Petro Iudici Curiae, Adrigolo nostro vulgariter Razayszi, ut distimitarent hereditatem nostram quam etiam Swathopolconis. Et ideo facta est distimitatio per nominatos dignitarios, veraciter revisa, incipiendo a Glinik pariete villae Janikowicze et ab eiusdem Swathopolconis villa Gorzegow extendentem se penes lacum vulgaliter nuncupatum Strug Głęboki. Ab eodem lacu usque ad lacum ostroh vulgariter nuncupatum, etiam extendentem se penes Wodomcza et a Wodomcza usque ad sylvam nram Zagorze ibidem totaliter facta stetit distimitacio penes agros Subditorum nostrorum de Klyz inter dictas hereditates Klyz nostras et hereditatem Zelichow per dignitarios nostros, nihil libertatibus eidem Swathopolconi et sua posteritati nocendo, in nro hereditate Klyz ad quam distimitationem inter hereditatem Klyz et inter hereditatem Zelychow per dignitarios nostros superius nominatos, iuste per eos factam et distimitatam, consensimus et ratificavimus Suoque potestati iure hereditario in perpetuum observanda et possidenda. Ad cujus rei evidentiam pleniorem presentes sibi dari mandavimus et nostri Sigilli munimine

consignari

consignari Actum in Korczin Anno gratie Millesimo. Ducentesimo octuagesimo Presentibus Michaele Bronisio Castellano de Brzez, Petro Iudice Curie, Adzigolo dicto Raczyski Datum per manus Mgi Francisci Cancellarii Cracoviensis / Nos igitur Kazimirus Rex Supplicationibus prenominati Strachota benigniter annuendo premissas literas Salvas et nulla in sua parte suspectas, de speciali gratia nostra innovamus et ratificamus per presentes, decernentes eas vim robur debite et perpetue firmitatis obtinere, tenore presentium mediante in perpetuum Datum in Oppatowicz feria sexta proxima ante dominicam reminiscere Anno Domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo nono Presentibus Wyleczkone sandomiriensi, Dobeslao wislicienisi, Paschone Brzezensi Zgidio de Oliwinow. Datum per manus Dni Iannsii Doctoris, Decani et Cancellarii Cracoviensis / Nos itaque Sigismundus Augustus Rex prenominatus perspecta memoriali Nicolai Ligeza Castellani petitione Satis aqua et re ipsa iusta ac licita a nobisque pro Officio nostro recte expetita preinsertas literas prius innovandas ac demum in omnibus eorum punctis, clausulis ac tenoribus approbandas, ratificandas et confirmandas duximus, prout innovamus, approbamus, ratificamus et confirmamus per presentes nros literas decernendo eas robur debite et perpetue firmitatis obtinere debere Harum testimonio literarum, quibus Sigillum nostrum est Subappensum. Datum Lublini in Conventione generali Regni Duodecima die Mensis Marcij Anno Domini Millesimo quingentesimo Sexagesimo Nono. Regni vero nostri Anno Quadragesimo

Valentinus Dembinski

P. Canell Regni

Rozgraniczenie między Dobrami

Żelechów a Kłyż za życia Bolesława

1280 roku

potwierdzone przez Króla Kazimierza wielkiego

1359.

a co dostało wypisane w przywileju Zygmunta

Augusta, na pargaminie z zachowaniem

na sznurku czerwonym pieczęcia

1569

Oryginał w Archiwum

Xcia Lubomirskiego w Dubnie

1283 [8.III.] 75

In nomine Domini Amen. Noscat presens ætas et sciat postera. Quia nos Lesco, Dei gratia dux cracoviensis et sandomiriensis, unos bellatores et milites intrepidos, quorum praeclare in acie gesta conspicua sunt, libenter gratia nostra prosequimur, cumque strenuus miles Nicolaus de Bressie in diversis expeditionibus contra Lithuanos, Jacwingos, Russos aliosque gentiles pro nobis militaret et Leonem, Russiæ principem, nostras terras invadentem, profligaret et ad internetionem delere ~~delere~~ multum iuvaret; volentes ideo eum reddere consolatum, ad eas libertates, quas praclarus princeps predecessor et patruus noster Boleslaus, cracoviensis et sandomiriensis dux, patri eius Jasconi concesserat, nos quoque superaddimus, ut dicto militi Nicolao eiusque posteritati liberum sit in possessionibus eius hereditariis deservitis et pecunia comparatis venari castores, lutras, martyres et quascunque alias feras, quocunque nomine censeantur. Non dabit quoque amplius nobis et successoribus nostris podvodas, nec cocturam nec quasvis alias pensiones, nec aggravia pendi solita ad curiam nostram, sed ab his omnibus liber erit cum sua posteritate in perpetuum presentibus sigilli nostri munimine roboratis. Datum in Cracovia feria secunda proxima post dominicam Invocavit anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo tertio. Presentibus his: Zegota

(8. Marca)

cracoviensi, Janussio sandomiriensi palatinis, Mathiâ castellano wislicensi, Benedicto de Bogucice, venatore, Samuelê de Pisary pincerna cracoviensibus, Zeugno thesaurario nostro et aliis multis fide dignis testibus. –

Przywilej ten zatwierdził Władysław Warneńczyk w r. 1440. (Zob. pod r. 1251).

w r. 1281 jeszcze kaszt. Lubel.

Zegota pal. Crac. 1284

Janusz pal. Sand. 1278, 1279 a 1284 kasztelanem krak.

Mathias cast. wiślic. niepewny

Benedictus de Brzeznice venat. Crac. niepewny

Samuel de Jorsany niepewny pinc. Crac.

Zbigneus thes. niepewny

Otto heres de Brzezie 1366

Sbigneus de Brzese 1363. Kap.
1360. Typ.

Predborius de Brzezie 1362 Typ.

1284. [11.II.] 77

M-i[1]

Do

Fragmenta.

Zagnia uwaga, że ... gradumberg

Anno 1284, die 11. mensis Februarij. in Osiek, Lestko, dictus Niger, dux Cracoviae, Sandomiriae et Siradiae, libertates et immunitates, a praedecessoribus suis coenobio Cisterciensium Coprivnicieusi, concessas, refert et renovat.—

In Nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Quoniam omnia, que fiunt in tempore, tabescunt in tempore, et corrumpuntur, omnis quippe creatura vanitati est subiecta,| et in suum chaos redeunt uniuersa, necesse est omnes actiones legitimas, ac dignas memoria(s.), litterarum testimonio commendare, quomodo futuris veritatis indicium, et certitudinis, existat argumentum.- Nouerint| igitur, tam presentes, quam futuri, quomodo nos Lestco, dei gracia, dux Cracouie, Sandomirie, ac Siranz[1.)], attendentes, quanto caritatis affectu, bone memorie patruus noster, et predecessor, illustris dux, quondam| Cracouie, et Sandomir[2.)](s.), Boleslaus, domum sancte Marie, sanctique floriani de Copriunicia[3.)], ac fratres ordinis Cisterciensis, de Gallie[4.)] partibus euocatos, ibidem deo seruientes, dilexerit, ac quanto sollicitudinis studio, eosdem| fratres, villas hominesque eorundem, in suis priuilegiis, ac libertatibus confouerit, ob remedium

anime nostre, et nostrorum progenitorum, villas, domui, fratribusque predictis, in nostro dominio acquisitas, insuper et libertates earundem, prout in ipsorum privilegio perspeximus, renovamus, et renovatas confirmamus: videlicet Copriwniciam[3.] cum pertinentiis suis, Bansich[5.], Swensichi[6.], Kirchino[7.], Lubzina[8.], Dobrechow[9.], Lubla[10.], Jassel[11.], Werrnow[12.] cum omnibus pertinentiis suis, Lang[13.], Pelasow[14.], Sdanow[15.] quas in primeva fundacione ipsius domus, contulit comes Nicholaus, fundator eiusdem abbacie; Insuper Nekisala[16.] (s.), quam eisdem fratribus contulit reverendus pater Vincencius, tunc temporis, Cracoviensis episcopus; Item Ochici[16.], quam dedit senior Pacoslaus cum clausura; Item Dobruthici[17.], quam habent per commutacionem, factam de Zaranchin[18.]; Item Sevchi[19.], quam pro XL[ta] Marcis argenti a Nicholao, filio Colini, emerunt dicti fratres; Item hereditatem de Scranchcow[20.], cuius partem emerunt a Gregorio, herede eiusdem hereditatis; partem vero contulit eidem domui, ac fratribus ob remedium, ac salutem suam et parentum suorum; Item confirmamus dicte domui, ac fratribus, hereditates, wlgariter dictas: Sulichechow[21.], Bistricha[22.], Vnevicovicy[23.], Docharow[24.]; Item Sedlche[25.], ac Nethecha[26.], quas ob remedium

ac salutem (~~[illegible]~~) anime/ sue,
ac parentum suorum, prenominatis fratribus con-
tulit comes Paulus de Samborech[27.]; preterea
eisdem nos, amore dei, addidimus partem he-
reditatis de Bansich[s.], que fuerat Nemste,
filij (s.) Criuosandonis, qui ex eo eadem (s.)/ est
iure exhereditatus, (~~[illegible]~~) quomodo trans-
fugiens (s.) ad scismaticos, hostiliter nostram
terram cum eisdem, machinatus est deuasta-
re.- Homines autem earundem villarum ab-
soluimus a poradlne, a strosa, Naramb, po-
uoz (s.), a solucione vacce, ouis et perñe; a ca-
ñiductoribus et pistoribus, et ab omni conductu,
preter quam militali, ac ab omni iugo tribu-
tarie seruitutis, quocunque vocabulo censea-
tur, excepta communi terre necessitate, que
nostram personam tangit, bonumque tocius
nostri dominij, et rei publice commoditatem,
ad quam nobis subuenient pro modulo sue
possibilitatis, per litteram nostram visitati,
uel nuncio nostro speciali. Ad castra autem
firmanda, linienda, uel construeñda, excep-
to duntaxat Sandomiriensi castro, nullate-
nus compellantur, nec ad expedicionem ali-

quam earundem villarum habitatores ire teneantur, nisi cum gens aliena hostiliter inuaserit terram nostram, nec ad alicuius iudicis audienciam prouocabuntur, nisi nostram, et nostri palatini, et hoc cum littera, nostro sigillo sigillata, uel sigillo dicti palatini. Uniuersas quoque fratrum villas prenominatas, ab Opole, id est/ vicinia aliarum villarum, eisdem contermínalium, volumus esse absolutas. In omnibus eciam siluis nostris, tum in lignorum sectionibus, tum in pascuis animalium[x], prefatis fratribus, ipsorumque hominibus, liberam vtendi concedimus facultatem. Causas/ autem, que inter homines eorundem fratrum contigerint, siue ciuilem, siue criminalem, contineant questionem, ipsi fratres libere iudicabunt, soluciones earundem, libere recepturi. Specialiter autem de homicidiis, que in villis ipsorum fratrum, per eorum/ homines fuerint perpetrata, prefati fratres poterunt iudicare, soluciones penales a peremptoribus libere recepturi. Hoc quoque addicimus, ut alueum salis, quem auus noster, dux Lestco, in salifodina, magnum sal

x) Ustęp w oryginale nieco później podkreślony.

ad
+ 1284.

vulgariter vocata, eisdem fratribus contulerat, libere, sicut hactenus possideant et quiete. Concedimus eciam dictis fratribus, quomodo cum lis, aliqua dissensio, uel enormitas qualiscunque in vicinia, id est in opole villarum dicte abbacie, facta fuerit ab hominibus extraneis, et non ab hominibus dictorum fratrum, quomodo pro tali facto, ab alienis perpetrato, castrum, siue iudex castri, homines dictarum villarum nequeat iudicare, nec penam aliquam extorquere, maxime in talibus factis, vbi actores sunt camerarij castrenses, siue idem iudex castri. Insuper dicti fratres, vbicunque vadunt, uel redeunt, per totum nostrum dominium, vendunt, ~~[illegible]~~ uel emunt, ciuesque de Copriunicia[3.)] ciuitate, nullum theloneum soluant, nec ab ipsis monetarij nostri, siue camerarij castrenses racione empcionis, uel vendicionis, aliquid audeant extorquere. — Quod, ut ratum et firmum in perpetuum habeatur, presens scriptum nostri sigilli munimine, dignum duximus roborandum. Facta autem est hec confirmacio anno domini M° CC° LXXX° IIII°, indictione XIIª, presentibus hiis, quorum hec sunt nomina: Comes Janussius, castellanus Cracouiensis; Comes Otto, palatinus Sandomiriensis; Comes Segota, palatinus Cracouiensis; Comes Marcus, castellanus Sandomirensis (s.) Domi-

nūs Wenceslaūs, prepositūs Cracoūiensis. Dominūs Vitūs, prepositūs Sandomiriensis. Datūm per Manūm domini Procopij, cancellarij nostri, in colloquio, celebrato/ in Ossech[28.] — XI° — kalendas — februarij. —[xx) xxx)] /

Dokument oryginalny, bardzo dobrze zachowany, spisany na niemieckim pergaminie, a, jak świadczy autopsja, niewątpliwie z wieku XIII pochodzący. Pieczęci brak; pozostał po niej sznur jedwabny fjoletowo-zielony, przewleczony przez dwa otwory, zarówno w plice, jak w samym dokumencie widoczne. Lewy margines dokumentu pod spód zagięty, posiada 26 przekłóć, świadczących, że dyplomat był ongi w coś wszyty; takież same przekłócia (28.) widnieją i na prawym marginesie. – Inicjał I, białą arabeską (podobnie, jak pierwsza litera harągi: „Q") wpośrodku ozdobny, ciągnie się wzdłuż czterech pierwszych wierszy, wysokości kolumny tekstu; cała inwokacja wypisana ozdobniejszymi i dużymi literami. – Plika zachodzi na ostatni wiersz tekstu. – Ponad inicjałem widnieje napis „Nr 7", a na prawym marginesie dokumentu w przedłużeniu dziesiątego wiersza tekstu: „pro anima"; w przedłużeniu zaś dziewiętnastego: „NB. Sal". – Napisy te pochodzą prawdopodobnie z wieku XVIII-go, lub nawet z czasów nieco późniejszych. Szerokość i wysokość dyplomatu po 16. ctm.

---

xx) Cały ten ustęp, począwszy od: „quorūm hec sunt nomina"., wypisany został w oryginale bardziej żółtszym inkaustem, choć niewątpliwie tąż samą ręką, co całość tekstu i, mniej więcej, jednocześnie z tym ostatnim; zapewne po sprawdzeniu osobistości, znajdujących się na wiecu dygnitarzy, – cały bowiem dyplomat mógł być spisany nieco wcześniej. – Pieczęć, jak świadczy autopsja, zawieszono dopiero po wpisaniu świadków. –

xxx) Wyrazy „... in Ossech ...... februarij" zajmują wiersz cały, a pomiędzy każdym z nich znajduje się dłuższa przerwa.

Na odwrotnej stronie dokumentu były jakieś dwa napisy z wieku XV-go; wyblakły jednak i zatarły się tak dalece, że zaledwo typ ich pisma uchwycić dziś można.— Późniejsze siedem napisów z wieku XVIII, zawierają sygnatury i streszczenia samego dokumentu; na wzmiankę, zasługują z pomiędzy nich następujące: „Hoc privilegium amplius," oraz: „Idem Lesko Niger, & ejus Privilegium No 8vum, 1284", które świadczą, iż dyplomat niniejszy pochodzi z jakiegoś zbioru, w którym było kilka innych, również przez Leszka Czarnego (a ~~może~~ zapewne w kwestji analogicznej) (przywilejów), wystawionych.— Własność prywatna Wgo K M z Warszawy.— Dokument niniejszy, znany dotychczas jedynie z błędnej kopji, znajdującej się w IV. tomie tek Naruszewicza pod Nr 87., został z niektórymi poprawkami, ale i tak oczywiście błędnie wydany przez prof. Piekosińskiego, który oryginału nie znał, w III tomie Kodeksu dypl. Małopolskiego pod Nr CIII. Pomiędzy tekstem powyższego wydania, a oryginałem, znajduje się około 90 różnic, z tych: 70 drobnych, 14 źle wyczytanych brzmień nazw miejscowości i, co najważniejsza, 5. opuszczeń.—

1.) Sieradz, miasto powiatowe w gub. Kaliskiej.—
2.) Sandomierz, miasto powiatowe w gub. Radomskiej.—
3.) Koprzywnica, osada paraf. w gub. Radom. pow. Sandomier.
4.) Francja.—

5.) Beszyce górne i dolne; gub. Radomska, pt. Sandomierski, par. Koprzywnica.–

6.) Świeżyca, gub. Radomska. pt. Sandom. par. Koprzywnica.

7.) Krzcin, gub. Radoms. pt. Sandom. par. Koprzywnica

8.) Lubczyna, wś. paraf. w Galicji, pt. Dębicki.

9.) Dobrzechów, wś. paraf. w Galicji, pt. Dębicki.

10.) Lubla, wś. paraf. na Śląsku Austr. pt. Frysztacki.

11.) Jasło, miasto obwodowe w Galicji Zachodniej.–

12.) Wietrzno, wś. w Galicji, pt. dukielski, par. Bóbrka.

13.) Łęg, wś. w Galicji pod Krakowem, pow. Mogilski.

14.) Piekszów i Niekisiałka mała, wsie w gub. Radomskiej, pow. Sandom., parafji Malice.

15.) Zdanow, wś. w gub. Radoms. pow. Sandom. par. Goźlice.

16.) Ocice, przysiołek w pow. Tarnobrzeskim, par. Miechocin, w Galicji.–

17.) Dobrocice, wś. w gub. Radoms. pow. Sandom. par. Malice.

18.) Zręcin, wś. paraf. w Galicji, pow. Krośnieński.

19.) Szewce, gub. Radoms., pt. Sandomierr. par. Złotniki.

20.) Strączków, Galicja; pt. Kaszowski; par. Chobrzany.

21.) Sulejów, gub. Radomska, pt. Iłżecki; par. Tarłów.

22.) Bystrzyca, gub. i pt. Lubelski, par. Bychawka.

23.) Vnemicowicy. Miejscowość dziś nie istniejąca.

24.) Docharow. Miejscowość dziś nie istniejąca.

25.) Siedlce, gub. Kielecka, pt. Jędrzejowski, par. Łukowa.

26.) Niecieczka, alias Opatkowice, należały za Długosza do parafji św. Piotra w Sandomierzu. Dziś nie istnieje.

27.) Samborzec, wś. paraf. w gub. Radoms. pow. Sandomierskim.

28.) Osiek, osada paraf. w gub. Radoms. pow. Sandomierskim.

1286.
[31. VII.]

Jakób, arcbp. Gnieźnieński, daje 40 dni odpustu dla zwiedzających pobożnie w dzień Trójcy św. kościół XX. Dominikanów Krakowskich oraz w inne święta. —

Jacobus miseracione diuina sancte Gnezdnensis ecclesie archiepiscopus vniuersis presentes literas inspecturis salutem in omnium saluatore. Vitae perhennis gloria qua mira conditoris omnium beatam coronat artem ciuium supernorum a redemptis precio sanguinis sui de corpore precioso meritorum debet acquiri virtute. Interque illud grande esse dinoscitur quod vbique maiestas altissimi et precipue in sanctorum ecclesiis collaudetur. Cupientes igitur vt ecclesia fratrum ordinis predicatorum ciuitatis cracouiensis a Christi fidelibus frequentetur et eam eo libencius adeant quo majoris exinde donis celestis gracie senserint se refectos, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad eandem ecclesiam in festiuitatibus Natiuitatis Domini pasce pentecosten — et duobus diebus sequentibus, in festiuitatibusque sancte Trinitatis, quatuor beate virginis Marie, apostolorum omnium,

./.

festiuitatibus ~~et~~ eciam altarium eiusdem ecclesie anniuer-
sario Dedicationis Petri martiris in vtroque festo
beati Dominici causa Deuocionis accesserint annua-
tim et ad eiusdem ecclesie structuram vel aliud sub-
sidium paupertatis fratrum predicatorum de bo-
nis a deo sibi collatis manum porrexerint adiu-
tricem De omnipotentis dei misericordia et apostolorum eius
petri et pauli auctoritate confisi, XL^a dies indul-
gencie misericorditer impe~~traualam~~ rtimus. Datum in Sre-
naua anno Domini M°. CC°. LXXX VI. II kl. Augusti.

Pierwopis opisany na pergami-
nie obejmuje wierszy 12 - nie jest
żadną opatrzony pieczęcią - wisi
tylko rzemyk pergaminowy.-

1292 (d. 3 Novembris)

[N]os Wencezlaus dej gracia Rex Bohemie dux Cracovie et Sandomyrie Mar-
chioque Morauie, harum serie notum facimus ... vniuersis, quod
cum in priuilegijs Illustris ducis Bolezlay predecessoris nostri dilec-
tos fideles nostros ciues de Sandech, a Solucione theloneorum om-
nium de suis mercibus quibuslibet in vniuersis locis per ducatus
et terras nostras Cracovie et Sandomyrie, ac eciam de Nauibus, in
quibus frumenta cum alys rebus deducuntur, absolutos esse penitus
invenerimus contineri; Nos de ingenita nobis nostre mansuetudi-
nis clemencia, eosdem dilectos ciues nostros de Sandech, quos prop-
ter sue fidei et deuocionis merita benignis amplectimur fauoribus,
vniversis gracijs et libertatibus, quibus hactenus super theloneis ga-
uisi sunt, eos in iuribus ipsorum conservare, ac easdem gracias et
libertates ratas et gratas habere uolentes, modo simili ab omnibus
solucionibus theloneorum, quociens et quandocunque per predictos Cra-
couie et Sandomyrie ducatuum nostrorum districtus cum merci-
bus et rebus suis quibuslibet contingerit, de nostra munificencia
esse uolumus omnimode absolutos; ut nec de Nauibus aliquid ...
occasione thelonei soluere teneantur. Mandamus igitur et constituimus
auctoritate nostra regia, ne quis eorum, ad quos vniuersa thelonia
predictarum terrarum nostrarum Cracouie et Sandomyrie quomodoli-
bet pertinent, de predictis fidelibus nostris ciuibus de Sandech, aliqua-
tenus exigere presumat, nostre graue ingratitudinis dispendium ad
offensam propriam et terrorem aliorum, si quis secus presumserit
grauiter incursurus. In cuius rei testimonium presentes fieri et sigil-
lorum nostrorum munimine fecimus communiri. Datum in Cra-
couia, per manus Henrici Quazonis, Anno domini Millesimo du-
centesimo Nonagesimo secundo. Tercio .... Nonas .... Novembris
......

(Z oryginału pergaminowego należące-
go do Magistratu Sądeckiego. Od pieczęci
wiszącej pozostał tylko jedwabny
czerwony sznurek z niej.)

CXXXI. 1299. [27. V.]

In nomine Domini Amen.

Cum res gestas aboleat prolixitas temporis, confirmat illas solempnis titulus literarum. Proinde noverit tam etas presens quam postera quod nos Aitas Werbenta, castellanus de Cotow*) habita bona deliberatione Henricum civem de Ilkusz, virum providum et discretum, facimus, statuimus et ordinamus scultetum in villa et hereditate nostra, que Symnodol**) vulgariter nuncupatur, ad locandam villam iuxta formam iuris meydburgensis et ad omnia iura exercenda. Dantes eidem Henrico et omnibus posteris ipsius ipsam sculteliam iure hereditario in perpetuum possidendam, continentem in se viginti sex mansos franconicos cum viginti qualuor annorum libertate, qua expirata omnes incole premisse hereditatis per dimidiam marce currentis et usualis de quolibet manso singulis annis nobis exsolvere tenebuntur. Donamusque eidem nostro sculteto unum mansum liberum ex his supradictis mansis. Ad expeditionem vero, quotiescunque necesse fuerit unum famulum secundum suam potestatem procurabit. Qui cum pertransierit metas et granicies extunc dominus ville expensas procurabit. Predicto nostro sculteto damus liberam tabernam, macellam carnium et

pa.

*) W drugim miejscu „de Kotow". Zdaje się że tu będzie mylnie odczytany Janusz Wierzbięta Kasztelan Krakowski h. Janina † 1306 Nieś.

**) Zimnodół w b. województwie Krakowskiem, egzystuje do dziś dnia w obwodzie i powiecie olkuskim.

panis tertiumque denarium de iudicio sextumque mansum iure hereditario cum omni sua posteritate in perpetuum possidebit. Ter in anno nos vel nostrum nunsium cum mittemus, mettertium sæpedictus soltetus prebitationem nobis dabit, emethonesque nostri duo prandia procurabunt aut perfertonem pro quolibet prandio nobis dabunt; iuramenta quoque, si aliqua fuerint, scultetus unum grossum tantum recipiet et si quid fuerit, quod aliquis incaptivatus fuerit, scultetus tantummodo carcerem ei dabit aut compedem et captor præcustodiet, habensque omnem potestatem iudicandi omnes causas, qualescunque fuerint et definiendi et ibidem captivus iudicetur. Cmetonesque nostri nullas respondebunt nisi coram eodem sculteto et si quis predictum nostrum soltetum citaverit, coram nullo respondebit nisi coram septem liberis scultetis et etiam emethones nostros impignoraverit in campis eorum. ad curiam solteti portare et pellere tenetur tam mobilia quam immobilia et pro redemptione pignorum unum grossum dabit sculteto. – In cuius rei testimonium et perhennem memoriam presentem paginam predicto Henrico contulimus nostri sigilli munimine roboratam. Actum in Cracovia anno Domini MCC nonagesimo nono, in vigilia ascensionis Domini.

(27° Maja 1299) Presentibus viris idoneis, quorum nomina sunt: Albertus, advocatus cracoviensis, Joannes frater suus, Lazcoldus civis cracoviensis, Henricus civis cracoviensis, dominus Lampinus rector ecclesiæ de Ruscza. Datum per manus Joannis, capellani de Ruscza.

O. 8 p. 203.

Kto oblatował w r. 1582 ~~[illegible]~~ do akt grodzkich starościńskich krakowskich, niepodano

Wierzbięta { 1309 Kaszt. Krak.
1310 Kaszt. Krak. Kap. I, 151 z oryg.

CXXXV
15/5 1310
Mikołaj palatyn 1306 { Kap. 149 z oryg., 152 z oryg.
Małop. Krak.
1308 Mp. Γ Rzh. III Γ N. CXL, CXXXIX
1310 Mp.
1312 Małop.

4/2 1307 Wyrbenta palat. Crac. w Krakowie } w sporze Gerarda bis. Kujaw. jmeniu Piotrowi
17/2 1306 Otto w Gdańsku
Rzh. II, 175, 177 z Nowego synowi Święcy palaty na Gdańskiej o grabież został ze strony biskupa arbitrem

1276 Bolesł. Wstyd. Mcechowi nomine comitis Virbente filii Clementis condam palat. Cracov. daje prawo niemieckie frankońskie dla wsi Przeginia super magnam stratam in monte Kamona gora, que est hereditatis eiusdem Virbentae Rzh. III, 112.
Paprocki Herby rycerstwa polskiego Kraków 1858 p. 316 pisze że tenże Janusz Wierzbięta wojew. Krak. nadał Przeginię Wachonowi, słudze swemu u Lelowa (w r. 1300) na którą mu wymierzył łanów 66 łanów.

Niesiecki:
Janusz Wierzbięta Krak. woj. * 1300 postąpił na kasztelanię. Damalewicz Epis. Cuj. f 213
Paprocki herby f. 245
Janusz Wierzbięta kaszt. Krak. 1306 †. list Wład. Łok. miastu Krakowowi. Długosz II
Tymczasem Długosz pod r. 1306 wyraźnie Wierzbiętę jako wojewodę krakowskiego towarzyszącego Łokietkowi do Gdańska a zatem jeszcze żyjącego i nie kasztelana Krakow.
Joannis Dlugossi Historiae Poloniae Francofurti 1711 T. I. 916

1299 [IX.]

In nomine domini nostri Jhesu Christi amen. Que geruntur, ut et presen-cium memorie comittentur, et futurorum noticie ministrentur, inter-est, ut testium scripto et apicum testimonio premuniantur. Nos igitur Gryphina relicta magnifici principis domini L. celebris memorie quondam Ducis Cracouie Sandomyrie et Ziradie domina territorii San-decensis, notum facimus omnibus modernis et futuris tenore horum co-gnitis, quod nos diligenter considerantes obsequia Johannis dicti diuitis ciuis Kamenicie, que nobis nostreque karissime matri bone memorie do-mine Kunegundi sororibusque Sandecziensibus exhibuit utiliter et fide-liter suis rebus et areis, super quas Claustrum earundem sororum per-misit funditus struere et possiderj, cumque principum generositas et tra-mes iusticie requirant sibi fideliter ministrantibus prosequi graciam retribucionis, ut sufficientem merita ferant recompensionem, nos de gracie fauore benigna voluntate venerabilis domine (*) Abbatis-se Cenobii Sandecensis pariter de consensu et assensu tocius conven-tus ibidem prefato Johanni suisque legitimis posteris titulo donacio-nis perpetue damus irreuocabiliter solempniterque conferimus heredi-tatem, videlicet centum francicos mansos de silua sita iuxta laneos Kame-nicie ciuitatis ab una parte, a sinistro latere iuxta hereditatem Zabel-cze, a parte vero tercia continuam (sic) siluis nostre hereditatis Se-dlech ulterius sufficientes pro dicto numero centum mansorum ad Mogilnam se producentem siluam, in qua ei dedimus paruum (?) Elbinam (?) cum littore vtroque possidentem (sic), et dedimus dictam siluam dicto Johanni cum matura deliberacione prouidencie, ut et ipsius merita premiis gaudeant, et ubi nobis exilis silvestris utilitas uia serpebat, inde in futu-ro ipsi utilitas large percipiatur. Predictam hereditatem sepe nuncupato Johanni et sue posteritati tradidimus cum omnibus prouentibus, censu, solucionibus, exaccionibus, seruiciis, peticionibus, utilitatibus, pertinenciis, venacionibus, melleficiis, pascuis, molendinis, piscinis, tabernis, vou au-capandi, et quidquid utilitatis sue ualet informare: ita ut ibi locet et ponat homines cuiuscunque linguagij et nacionis iure theutonico scilicet iure Maydeburiensi, et ipsos incolas horum centum mansorum iudicet et regat per se vel per suos scultetos, omnes causas, que in hac hereditate emerserint vel quesite fuerint fine debito decidendo; omnes quas maydeburiense ius habet, in villa iudicare et terminare, quas vero causas iuris maydeburiensis iudicare villa nequit, uti causas maximas et nimium enormes, in hiis ad nostram curiam vel dictarum so-

rorum recurretur. Questus iudicij siue cui dictum ius dictabit, ille pro se obtinebit; qui vero questus iudicij iudicantur, seu pene reorum, que in dicta hereditate sen„ tenciis scabinorum fuerint sentenciate, omni ambiguitate semota omnes sepe memoratus Iohannes et sui posteri omnino pro se obtinebunt. Excipimus ve„ runtamen, ut cum a presenti tempore sedecim anni fuerint euolutj, dictus Io„ hannes et sui posteri de hereditate ista, nobis seu dictis sororibus in singulo„ rum annorum reuolucione, in die Sanctj Martini, sex Marcas fusi argenti soluent, amota qualibet occasione. Excipimus eciam, quod de villis claustra„ libus obnoxios homines non inuitabit, nec recipiet residere in dictam heredi„ tatem. Preterea portas utrasque nostre terre ingrediendo et egrediendo, dic„ te hereditatis incole, sicut et alie nostre ville censuales, eadem gaudebunt libertate a thelonei solucione. Huius itaque hereditatis dominos, scultetos, et villanos, ab omni polonico iure, iuridicione, dominio, potestate et auctoritate, iu„ dicio, iudicibus, Castellanis, palattinis, et specialiter a Sandecensi Castellano, mi„ nisterialibus, officialibus, solucionibus, seruiciis, exaccionibus, peticionibus, silua„ rum precisionibus, castrorum, municionum vel viarum construccione seu correccione, bellice necessitatis administracionibus, stacionum solucionibus com„ munibus et specialibus, angariis et perangariis, inuentis et inueniendis quibuscun„ que nominibus in lingua materna nuncupantur, facimus in perpetuum liberos et exemptos. Itaque ad nullius tribunal vel presenciam citabuntur, nisi ad presenci„ am suorum heredum vel scultetorum, qui omnibus ipsos iudicio poscentibus facient iusticie complementum. Domini autem ipsorum et scultetj ad nostram presenciam, litteris nostro sigillo appressis vel sigillatis citatorie euocabuntur, et ita ibi com„ parebunt, et suo theutonico iure, scilicet iure maydeburiensi, eis obicientibus respon„ debunt: alias aut aliter citati nec comparere nec respondere tenebuntur. Et hanc do„ nacionem facimus sepe nominato Iohanni et suis successoribus saluo nostro iure vendendam; tenendam, possidendam, vendendam, donandam, commutandam, et quo„ modolibet alienandam. Ne autem hanc nostram donacionem rite solempniterque factam quis inposterum ausu temerario aut scurpulo(sic) inuidie temptet uiolare, nos presentem car„ tam nostri sigilli appensione, nec non venerabilis domine dicte Abbatisse Sandecen„ sis cenobij tocius eiusdemque conuentus sigillorum munimine dingnum(sic) fecimus roburari(sic). Acta sunt hec in Sandech publice. Anno ab incarnacione dominj M°CC°xC°IX in mense Septembris. Presentibus hiis Comite Stephano nostro procuratore, Comite Nicolao no„ stro ministro dicto panczek, Comite Nicolao iudice nostre curie dicto Iaszorka, Comite Pau„ lo nostro ministro filio Threbe, Comite Adam ~~dicto~~ de Zaslone, Comite Boguth nostro mi„ nistro; presentibus quoque nostris capellanis, videlicet domino Bogufalo, domino Iacobo plebano de antiqua ciuitate, et Petro dicto Abba nostro notario, per cuius manus ista carta transiuit.

Oryginał pergaminowy należy do klasztoru w Sączu. Od trzech niegdyś zawieszonych pieczęci pozostały tylko małe resztki nici jedwabnych dwóch całkiem żółtych a trzech żółtych z niebieskiemi pomięszanych. —

1306. [XI]

In nomine ~~dei~~ domini amen.
Cunctorum perit memoria fac-
torum, nisi scripture pre-
sidio vel testium aminiculo
fuerint insignita. Nos igitur
Wladislaus dei gratia dux Cra-
covie, Sandomirie, Cujavie, Lan-
cytie ac Syradie, ad noticiam
universorum tam presencium
quam futurorum pervenire
volumus, quod Ludwigum
filium Tyrmanni, cum fra-
tribus et Nicolaum, filium
Bertoldi, cum fratribus suis,
advocatos nostros de Kameni-
cia sive de Sandecz cupientes
prosequi gracia nostra spe-
ciali, jura ipsorum, donacio-
nes, libertates et privilegia,
que a dominis videlicet Bolez-
lao patruo nostro, Lestcone
fratre nostro felicis recorda-
cionis, ducibus quondam Cra-
covie et Wenczlao quondam

rege Bohemie obtinuerunt, per
hec scripta ratificantes promit-
timus et volumus firmiter et
inviolabiliter observare. In cujus
rei testimonium presentes con-
scribi fecimus et sigilli nostri
munimine roborari, presenti-
bus hiis testibus, domino Jo-
anne, venerabili in Christo pa-
tre Cracoviensi episcopo, comite
Alberto palatino Sandomiriensi,
domino Clemente cancellario
Cracoviensi, comite Prandota
castellano Sandomiriensi, co-
mite Alberto advocato Cra-
coviensi, Martino filio Sbyg-
newij, Getkone filio Andree
de Sbysicz. Actum anno domi-
ni M. CCC sexto Datum in
Cracovia intra nativitatem be-
ate Marie virginis octavas.

Z oryginału zachowanego w
Archiwum Stanu w Berlinie.

1308. 27 maja — w Krakowie.

~~f. 83~~ Władysław Łokietek klasztorowi Jędrzejowskiemu wieś Łączyn wraz z niektóremi rolami w Łysakowie ~~nadaje~~ prawem dziedzicznem nadaje.

In nomine domini amen. Nos Wladislaus dei gracia dux Cracouie, Sandomirie, Lancicie, Cuiauie, Siradie et Pomeranie, notum facimus vniuersis tam presentibus, quam futuris, presentem paginam inspecturis, quod ob remedium nostrorum peccaminum et salutem, hereditatem nostram integraliter dictam Lantczyno cum aliquibus agris in Lyssakow suis pertinentibus ad eandem hereditatem Lantczyno prenominatam, sitam in terra Cracouiensi, quam homines nostri obnoxij tenuerunt, fratribus de Andreow ordinis Cisterciensis damus, tradimus et conferimus iure hereditario in perpetuum possidendam, cum omnibus vtilitatibus et prouentibus, pertinentibus ad predictam hereditatem prout eadem in suis metis et terminis ab antiquo est distincta. In cuius

./. rei euidens testimonium presentes conscri-
bi fecimus et sigilli nostri munimine
roborari. Presentibus his testibus: Nico-
lao palatino, Pacoslao iudice, Craco-
uiensibus, Alberto palatino, Smilone
iudice, Sandomiriensibus, Petro castel-
lano de Malogosth et alijs quam plu-
rimis fide dignis. Actum anno do-
mini M.CCC.VIII. ~~1.3.0.8~~ datum in Cracouia VI
kal. Iunij. Datum per manus domi-
ni Clementis cancellarij Cracouiensis.

1308. 29 maja w Krakowie.

~~f. 17~~ v. Władysław Łokietek nadaje klasztorom jędrzejowskiemu, wąchockiemu, koprzywnickiemu i szczyrzyckiemu wolność zakładania wsi na prawie niemieckiem.

In nomine Domini Amen. Nos Wladislaus Dei gracia Dux Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie et Pomeranie. Notum facimus tam presentibus quam futuris. Quia cum Sacrosanctum Ordinem Cistercienssem deuocione sincerrima (sic) et affectu, fratresque ipsius cultores viros Religiosos prosequamur fauoribus graciosis, cum hijs cenobijs et cum ipsorum fratribus de Andreow et de Wachost, de Coprivnic, et de Czyric, ob remedium nostrorum peccaminum et salutem, graciam facimus specialem, dantes eis liberam et perpetuam facultatem locatas seu locandas iure quo voluerint Theutonico villas, grangias et Allodia, nemora, nec non sylvas ad ipsa cenobia pertinentes, vel si quas possessiones in posterum acquisierint ponendi seu locandi in eisdem homines cuiuscunque lingwari (sic) vel nacionis, quos nullus tenebitur iudicare, nisi Sculteti eorum aut Domini ipsorum dicti fratres. Nisi que-

./. mutantibus de ipsis premissi fratres et Sculteti in reddenda iudicia essent negli-
gentes, tunc eos litteris nostro Sigillo con-
signatis non per aliquem Camerarium
citatos Iudex curie nostre iure Theutoni-
co iudicabit, aliter vel alias citati mi-
nime respondere teneantur. Facimus
enim ipsos ab omni Iurisdiccione, Po-
testate et Dominio quorumlibet Castella-
norum, Palatinorum, Iudicum, Camera-
riorum et Officialium cuiuscunque po-
testatis seu condicionis fuerint, et ab
omnibus inquietatibus, que Ius Theu-
tonicum solent perturbare semper im-
munes, liberos et exemptos. Quicumque
autem contra hanc exempcionem et li-
bertatem ipsos grauare in aliquo pre-
sumpserit, indignacionem nostre Domi-
nacionis procul dubio se nouerit incur-
surum, et penam pro meritis receptu-
rum. In horum itaque omnium euiden-
ciam certiorem presentem litteram con-
scribi fecimus, nostrique sigilli munu-
mine roborari. Actum publice Craco-
vie Anno Domini M.CCC.VIII ~~1308~~. XIV Calendas
Iunij. Presentibus his testibus: Nicolao

Palatino, Pacoslao Judice Cracouiensibus, Alberto Palatino, Smilone Judice Sandomiriensibus, Petro Castellano de Malogosth et alijs quam plurimis fide dignis. Datum per manus viri honorabilis et discreti Domini Clementis Cancellarij Cracouiensis.

Zygmunt I pierwszy zatwierdził ten przywilej na prośby opata jędrzejowskiego Alberta z Kłodawy r. 1533, z którego to zatwierdzenia wydrukowany został w Codeksie dyplomatycznym polskim, tomie III na str. 171.

1309. 23 lutego.

~~f. 63 v.~~ Wacław syn Adama sprzedaje klasztorowi jędrzejowskiemu dziedzinę swoą w Sudole.

In nomine domini amen. Cunctorum perit memoria factorum, si non fuerit autentico scripture testimonio percommata. Nouerint igitur uniuersi presencium noticiam habituri, quod ego Venceslaus filius Ade vendidi fratribus de Andrzeiow de consensu et fauore amicorum meorum liberaliter ac benigne vnam sortem in Sugodol contiguam et coniunctam hereditati eorum ibidem, prout est eadem sors in suis terminis circumferencialiter distincta et situata. Adijciens nihilominus, quod nulli ex amicis meis predictam sortem liceat tempore succedente redimere, aut in aliquo impedire, sed predicti fratres perpetuo iure hereditario libere possidebunt et ad placitos vsus eam conuertant, sicut eis videbitur vtilius et melius expedire. Ne autem in posterum fratres supradictos

./.

/.

malicia hominum subnascente aliquid
impedire possit, seu aliquis ambigui
tatis scrupulus super emptione istorum
oriatur, sigillis virorum nobilium co-
mitis Swantopelci et comitis Mzuionis(?)
filij Warcizlai presentem paginam fe-
cij roborari. Acta sunt hec anno do-
mini ~~1309~~ (M.CCCIX.) VII Kalendas Marcij, presen-
tibus: comite Swantopelco et comite
Mzuione filio Warcizlai, Floriano iu-
dice fratrum eorundem, Leonardo ad-
uocato ibidem, Clemente, Petro balesta-
rio, et alijs multis fide dignis.

1310, 6 lutego w Chęcinach.

~~f. 63 v.~~ Przed Władysławem księciem krakowskim i sandomirskim komes Świętopełk wojewoda łęczycki wraz z synami swymi Klemensem i Szczepanem wieś Raków klasztorowi jędrzejowskiemu nadaje.

In nomine domini amen. Quoniam ea que frequenter legitime acta sunt, longinquitate temporis interueniente, que mater est obliuionis in dubium reuocantur. Nos igitur Wladislaus dei gracia dux Cracouie et Sandomirie, Notum facimus uniuersis presentibus et futuris presentem paginam inspecturis, Quod accedens ad nostram nostrorumque baronum presenciam comes Suantopelco palatinus Lanciciensis cum filijs suis Clemente et Stephano, ob remedium animarum suarum et progenitorum suorum, hereditatem ipsorum dictam Rakowo de Andreiow abbati et fratribus ideo seruientibus pure et irreuocabiliter contulerunt et dederunt iure perpetuo possidendam, cum omnibus utilitatibus, prouentibus pertinentibus ad predictam villam vel hereditatem. Nos quoque eandem do-

./.

nacionem ratam gratamque habentes, eisdem fratribus de Andrzeiow perpetuo et perpetualiter presenti priuilegio confirmamus, dantes eisdem fratribus eandem hereditatem potestatem locandi iure Theutonicali, dantes incolis in hereditate supradicta Kardowo sedentibus omnimodam libertatem, quemadmodum alie hereditates predictorum fratrum de Andrzeiow habent et obtinuerunt. In cuius rei testimonium presentes conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Presentibus his testibus: Nicolao palatino Cracouiensi, Prandota castellano Sandomiriensi, Pacoslao iudice Cracouiensi, Motywgio de Strzelow[1]. Actum anno domini ~~1310~~ MCCCX. Datum in Chanczyn octauo Idus Februarij.-

1) rasp. de Chmelow

1312.

~~f. 100.~~ Sędka, wdowa po Tomku z Rakoszy-na, wraz z synami swymi Sułkiem, Dobie-sławem, Tomaszem i Jędrzejem część młyna i sadzawki w Brynicy klasztorowi jędrzejowskiemu na-daje.

In nomine domini amen. Nouerint vni-uersi tam presentes quam futuri, presen-tem paginam inspecturi, Quod Sandica relicta Thome de Rakoszyn exemi apud filios meos scilicet Sulconem, Dobeslaum, Tomam et Andream de bona voluntate et consensu eorum, partem piscine et mo-lendini in villa fratrum Andrzeiowien-sis domus, que vulgariter nuncupatur Brynica, pro hereditate mea dotali, que vulgariter dicitur Gorki, tali pacto et ordinacione, vt dicti filij mei et posteri eorum in prenominata piscina et in molendino nullam habebunt piscacio-nem et mulsionem, nec aliquam in perpetuum tenebuntur de cetero habere possessionem in predictis, vt se ex vsu qui-dam dicebant possidere. Et ne anime filiorum meorum vna mecum in peri-culo mortis et detrimento perseuerent, propter dictam partem piscine et molen-

[1] dini, in remedium animarum et absolu-
cionem delictorum nostrorum dictis fra-
tribus domus Andrzeiowiensis et beato Adal-
berto restituo vna cum filijs meis, et do
partem predicte piscine et molendini, vt
dicti fratres perpetuo ea possideant in
pace. Factum est hoc scriptum presenti-
bus viris idoneis et heredibus, comite
Swantopelcone, Nicolao palatino Craco-
uiensi, Pancoslao iudice Cracouiensi, Mstu-
ione filio Warchislao (sic) de Chrzelow,
Clemente filio Swantopelconis, Stephano
filio eiusdem Swantopelconis. In cuius rei
testimonium sigillo domini ducis Ladisla-
dei gracia ducis Cracouie (et) Sandomirien-
sis, et per consequens filiorum meorum
sigillis, scilicet Sulconis et Dobeslai, Feme,[2]
Andree, presentem paginam feci roborari.
Anno domini millesimo trecentesimo
duodecimo.-

1) 2) zapewne w oryginale było Tome.

zob. Nar. 5 N. 80

1315. [25.I.]

In nomine dni amen. Cunctorum perit memoria factorum, nisi scripture presidio vel (vel) testium
adminiculo fuerit insignita. Nos igitur Wladislaus dei gracia dux Crac. Regni polonie. Cracovie
Sandomirie Syradie Lancicie ac heres pomoranie. Notum facimus universis tam presentibus quam
futuris presentem paginam inspecturis, quod cupientes melioracionem terre nostre
Cracoviensis nec non inspectis fidelibus serviciis et utilibus Nicolai fidelis nostri preciuro
exhibitoris, silvam nostram incipiendo a castro dicto peskenstenz cum villa dicta Sulossow
usque ad metas hereditatis que Cosmalow vulgariter nuncupatur, damus eidem Nicolao iure
Theutonico locare. dantes sibi et per cum suis progenitoribus et posteris perpetuo sculteciam cum
omnibus juribus proventibus solucionibus proventibus et fructibus que pertinent ad scolteciam supradictam in
eadem villa que locabitur in silva prenotata. Rector vero locacionis ejusdem ville Nicolaus
predictus cum suis posteris duos mansos liberos tabernam molendinum piscinas bancos seu macellas carni-
ficum mensas quoque pistorum et sutorum libere possidebunt. preterea liberamus et absolvimus incolas
heredi(tatis) seu ville memorate ab omnibus solucionibus ducalibus exactionibus collectis serviciis laboribus
et aliis gravaminibus que ius Theutoni(cum) inpedire consweverit et turbare a data presencium per spacium
sedecim annorum excipientes et eximentes sculthetum una cum incolis hereditatis seu ville supradicte
ab omni iuridicione et potestate palatinorum castellanorum iudicum subiudicum et officiatorum eorundem. quod coram
eis non citabunt nec citati respondere tenebuntur nisi villam sepedicte hereditatis coram sculteto
ipsorum sculletus vero coram nobis citabuntur et citati respondere tenebuntur. Evoluta autem libertate
(supradicta) incole hereditatis supradicte racione census nobis de quolibet laneo sive manso nobis
octo scotos grossorum solvere tenebuntur. (Nicolaus vero predictus et sui posteri noie (nomine) scultecie sex-
tum denarium sive mansum per se in perpetuum obtinebunt: de iudiciis autem omnibus (teu... dziura ...) reci-
pere tenebuntur. Insuper damus eidem sculteto et suis posteris omnes causas iudicandi parvas sive magnas
condempnandi puniendi et plectendi prout ius Theutonicum exigit et requirit. Item cupientes
eidem Nicolao graciose subvenire damus sibi et suis posteris quod quilibet villanus elapsa libertate prefata
mensuram yemalis annone et mensuram avene quolibet anno et de quolibet manso in agris ipsorum vel ipsius
scolteti seminare tenebuntur suis equis vel bobus agros excolentes. In cujus rei testimonium presentes
scribi fecimus et nostro robore communiri. presentibus fidelibus nostris prandota Cracoviensi Thomislao Sanz
dezensi castellanis dno Jarosto cancellario Cracoviensi et Spithcone de Dabna. actum et datum Sandomi-
rie die conversionis (conversionis) Sci pauli anno dni millesimo CCC quintodecimo — (1315.)

Vobocizna 25/1

scoti grossorum.

Pieskowa skala Krak. olk.? Przegonia
Sułoszowa Krak. olk.? Sułoszowa
Kosmolow Krak. olk.? Przegonia

Wzięte z rękopismu Kazimierza Króla r. 1457.

1315. [28.I.]

Noverint universi praesentium
notitiam habituri quod nos Hed.
wigis Dei Gratia Cracoviae Sandomi.
riae Siradiae Cujaviae Regnique
poloniae Ducissa ob remissionem
nostrorum peccatorum sorores beignas
Herborgam, Elisabeth et alias ~~pot~~
socias earum cum domo quam
habent sitam juxta assem Domini
Seclai Custodis Ecclesiae Beatae
Mariae in Sandomiria cum orto et
area ante civitatem praedictam
nostram in curam et protectionem
ac defensionem recipimus specialem
mandantes et volentes quod eadem
Domus et area cum orto ~~sco~~ prae.
dictarum sororum nihil solicionis
et custodiae quae ad civitatem per.
tinent Sandomiriensem teneantur,
sed ut prout gaudebant pro li.
bertate et nunc ampliori gaudeant.
Et si aliquam mori ex eis contigit
unaquaeque succedens in praedictis,
de supradicta dicta gaudeat liber.
tate plenaria. Datum in Sandomi.
ria sub anno Domini Millesimo
trecentesimo quindecimo Quinto Ca.
lendas Februarii Mensis Attestan.
tibus viris idoneis Comite Ste.
phano pansanta Domino Cantore
Decano Sandomiriensi et Jacoone
Cantore Opatoviensi.

1315. [18. V.]

cf. C. D. I. p 87
gdzie wsie Okolno i Gożyow nazwane
ogólnie Goichoe

⌐ quae

In nomine Domini Amen. Cum res
gestas aboleat processus temporis
confirmat illas solemnis titulus
literarum proinde nos Vladislaus
Dei gratia Haeres Regni poloniae Dux
Cracoviensis Sandomiriensis, Lanciciensis et Cujaviae notum esse volumus
universis tam praesentibus quam futuris notitiam praesentium habituris
quod cum lis mota esset inter Petrum abbatem Domus Sulejoviensis
ex una parte et Hedwigim relictam
Jacobi filii Moykonis et filios ipsius
Stanislaum Thomislaum ex parte altera
pro haereditatibus ⌐ Okolina et Goyszow vulgariter nuncupantur, quas haereditates
Hedwigis relicta Jacobi, cum filiis
suis praedictis dicebant ab iisdem fratribus per commutationem legitime possidere, abbas vero praedictus cum conventu
suo negabant, dicentes nunquam cum ipsis
vel aliquo alio fecisse aliquam commutationem nec easdem haereditates cum ipsis
unquam pro aliis bonis commutasse.
Tandem ipsis iudicio contendentibus pro
haereditatibus saepe dictis et eandem causam
militibus nostris iudicantibus et discutientibus videlicet Pakossio pincerna et Mirzone subiudice Sandomiriensibus, praedictus abbas supradictas haereditates in
eo vero iudicio acquisivit. Nos vero considerantes justitiam dicti abbatis et
conventus ipsius, scientes pro certo, ipsos
fuisse veros et legitimos esse possessores

et haeredes haereditatum praedictarum, easdem haereditates ipsis adiudicamus appropriamus et praesenti privilegio confirmamus jure haereditario in perpetuum possidendas, parti adversae et eorum successoribus super repetitione et requisitione praedictarum haereditatum perpetuum silentium imponentes. Insuper pro remedio animae nostrae et nostrorum praedecessorum damus jus ipsis jus Theutonicum Srodense et jus supremi fori super iisdem haereditatibus prout et aliis haereditatibus ipsorum a nobis habere dinoscitur. In cujus rei testimonium praesens privilegium scribi fecimus et nostri sigilli munimine roboramus. Actum Anno Domini Millesimo Trecentesimo Decimo Quinto praesentibus nobilibus nostris Prandota Cracoviensi, Paroslao Sandomiriensi, Clemente Siradiensi, petro Wisliciensi, Thomislao Sandecensi, Castellanis, adamo Judice Cracoviensi, Domino Stanislao Cracoviensi, Domino Nicolao Lanciciensi, Francisco Siradiensi Cancellariis et aliis pluribus fide dignis. Datum Cracoviae Die Sanctae Trinitatis per manus Jacobi Notarij curiae nostrae.

1317. [15. VIII.] 96

Mathie Advocato de Opatoviecz
Advocacia Lublinensis donatur.

In nomine Domini Amen. Ne longinquitate temporis hujus obscuretur vel evanescat, condicio veritatis cum labilis sit memoria humana, convenit ut gesta que sunt in tempore, tam scripto quam testium aminiculo roborentur. Igitur, Nos Vladislaus Dux Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cujavieq, nec non heres Regni Polonie. Notum facimus universis presentibus et futuris presentem paginam inspecturis. Quod nostri Principatus utilitates ac proventus cupientes peramplius dilatare, Discreto Viro ac Provido Mathie Advocato de Opatoviecz nostro Procuratori ac fideli servitori, quem morum probitas et obsequiorum fidelitas, nobis gratum et acceptum effecerint, quod fama publica predicat et facti evidencia attestatur, nostrorum Baronum consilio accedente, pariter et consensu in nostra civitate Lublinensi, cui pro sustentacione commoda et decenti civium et incolarum inibi pro agricultura infirmanda, Centum mansos de terra culta et inculta iure Maydemburgensi mensuratos applicantes, perpetue damus, tradimus et conferimus Advocaciam sibi sueq legitime posteritati hereditarie valituram, cum Sexto manso libero ex laneis civitati applicatis, Tercio denario judicati, et cum macellis, tabernis, mensis panum et sutorum universis, Sexta camera pannorum et cramorum, Martatorio quod Cathlow apellatur in vulgari, et Balneo, nec non cum molendinis quotquot in fluviis con-

strue-

struere poterit intra metas civitatis supradicte, et piscinis in quibus habeat omnimodam facultatem pisces piscandi seu prendendi, arte quacunque, quod aliis penitus inhibemus. Que omnia et singula idem Advocatus libere possidebit, absque ulla solucione nobis inde facienda. Volumus etiam ut Advocatus et cives memorati omnino gaudeant iure Theutonico Maydbergensi, aliis iuribus et consuetudinibus procul motis, que ius prefatum conseverint perturbare, decernentes quod cives iam dictos, in omnibus causis magnis et parvis, fures etiam et latrones, qui in metis eiusdem civitatis fuerint deprehensi seu adducti, idem Advocatus in omne Iudicii eventum iudicabit, prout dictum ius exigit et requirit. Iudicio et Iurisdicio Palatinorum, Castellanorum, et quorumvis Iudicum non obstante. Coram quibus cives prelibati et alii, ad forum pertinentes Advocati, non tenebuntur respondere, nisi coram Advocato supradicto. A quorum etiam iudicio, Advocatus supradictus et successores ipsius sint liberi et exempti, sed coram nobis tenebuntur respondere, suo tamen iure, dum per nostras litteras, nostro Sigillo consignatas, fuerint evocati. Et quamcunque ipsi cives vel alii, ad Iurisdictionem Advocati pertinentes, de suo Iudicio ad nostram curiam se traxerint apellando. Nihilominus Advocatus suo tercio denario, qui tunc ex iure Iudicio nomine pene provenerit, non curabit. Item statuimus, quod cives dicti habeant expulsionem pecudum ad tres partes, que Skothnik apellatur in vulgari, de civitate supradicta. Ut autem commodius et melius possit locari civitas predicta, omnibus civibus ipsam inhabitantibus, per nostra Dominia quocunque iverint cum ipsorum mercibus, sive ad emendum aut ad vendendum

dendum

dendum, a solucione Theloneorum in perpetuum, a censu autem nostro et universis serviciis et iuvaminibus, infra spacium Viginti annorum, damus et concedimus plenariam libertatem. Qua evoluta, cives de quovis manso, monete usualis, fertonem annuatim nobis solvere tenebuntur. Admittimus etiam Advocato et posteritati ipsius sepefatis, quod Advocaciam supradictam possunt vendere, commutare, donare, et in aliam personam transferre, quomodocunque ipsis videbitur opportunum. – Ad cuius rei evidenciam firmiorem, presentes sibi dari mandavimus, nostrorum sigillorum munimine roboratas. –


Actum apud Cracoviam, Anno Domini Millesimo Trecentesimo Decimo Septimo, in Assumptione Beate Virginis Marie; presentibus his testibus Comite Pacozlao Castellano Cracovien., Ffanagio Sandomirien., Thomisla Cracovien. Palatinis, Petro Sandomirien., Ffloriano Vislicien., Spicimiro Sandecen., Castellanis. Datum per manus 2. Ffrancisci 3. Cancellarii 1. Magistri Cracoviensis. –

Concordari cum originali testor.
Iosephus F. K. Detmerski

Rescriptum ex libro Privilegiorum civitatis Lublinensis, fol: 1. –

Korzystając z łaskawości Pana przesyłam [illegible] pana obecny akt – może się Panu przyda – a przy tej okazyi proszę mi donieść w którym latach był sędzią generalnym krakowskim Bartosmar de Gori? zdaje się na początku XV w.

Sługa uniżony [illegible]



1318, 9 kwietnia pod Krakowem.

f. 83 Władysław Łokietek przywilej, mocą które-
go klasztorowi jędrzejowskiemu wieś Łątczyn
wraz z niektóremi rolami w Łysakowie nadał, nowe
opatruje pieczęcią.

In nomine domini amen. Nos Wla-
dislaus dei gracia dux Cracouie, San-
domirie, Siradie, Lancicie, Cuiauie,
nec non heres regni Polonie, Notum
facimus vniuersis tam presentibus
quam futuris, presencium noticiam
habituris, Quod cum honorabilis vir
et discretus dominus Geraldus, ab-
bas Andreouiensis in nostra nostro-
rumque baronum presencia fuisset
constitutus, humiliter et deuote nos pe-
tiuit, vt priuilegium domus memo-
rate Andrzeouiensis cuiusdam nos-
tre donacionis sub appensione nos-
tri moderni sigilli in remissionem
nostrorum peccaminum (mandaremus) innouari.
Cuius priuilegij tenor erat talis.

/: Tu następuje przywilej Łokietka
z r. 1308, VI kal Iunij. N° :/
Nos vero donacionem hereditatis me-
morate factam domui Andreouiensi
gratam et ratam habentes, sub ap-

pensione nostri moderni sigilli presen-
ti patrocinio innovamus. Actum apud
Cracoviam, anno domini (MCCCXVIII.) 1.3.1.8. Pre-
sentibus his testibus: comite Pacoslao
castellano Cracoviensi, Nawogio pala-
tino Sandomiriensi, Thomislao pala-
tino, Ada iudice, Mstugio subcame-
rario Cracoviensibus. Datum per ma-
nus honorabilis viri magistri Fran-
cisci cancellarij nostri, in die domi-
nica, qua cantatur: Iudica me Deus.

99

1327 [10.VIII]

ad № 6476

Kopia Wierzytelna

Vladislaus Łokietek dat Jus Gerlaco Tertiae partis pro Constitutione Molendinorum. -

In Nomine Domini Amen. Largitas Regum seu Principum multipliciter commendatur, si ex grata donatione Confirmatio benevola subsequatur. Proinde Nos Vladislaus Dei gratia Rex Poloniae, nec non Terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Lanciciae, Cujaviae, Siradiaeque Haeres et Dominus ad Notitiam tam praesentium quam futurorum volumus deveni-re. Quod attendentes et considerantes grata servitia, quae nobis fidelis noster Gerlakus Molendinator in construendis Molendinis exhibuit, ac labores ipsius diligentius perpendentes sibi et omnibus legitimis Haeredibus ac Successoribus suis in omnibus Molendinis, quae jam in Flavio Rudava circa Civitatem Cracoviensem construxit Nobis, et in aliis Molendinis, quae in eadem et qua sive Flavio usque ad Vistam construet, aut etiam in alio loco competenti, quotquot construere vel aedificare in futurum poterit, damus, concedimus, et conferimus in omnibus utilitatibus, proventibus usu fructibus, et in singulis pertinentiis tertiam partem, commode, libere, et pacifice, Jure haereditario in perpetuum possidendam. - Ita quod ipse Gerlacus eam suis legitimis haeredibus et Successoribus super ipsa Molendina aedificando, construendo et reparando tertiam denariam dabit. Et nos duos denarios ponemus ex integro, Damusque praedicto Gerlaco et suis legitimis haeredibus et Successoribus ipsam tertiam partem omnium utilitatum, Proventuum in praedictis Molendinis, prout supra scriptum est, vendendi, commutan-

di, alienandi, in aliam seu in alias personas transferendi, et Jure haereditario in perpetuum possidendi, sicut ipsorum placuerit arbitrio meram voluntatem. – In cujus rei Testimonium et evidentiam pleniorem praesentem paginam inscribi fecimus, et Sigillo Nostro roborari. Actum apud Cracaviam in die Beati Laurentii Martyris Anno Domini Millesimo Trecentesimo vigesimo Septimo. Praesentibus his Nobilibus Nostris Navogio Castellano, Nicolao Subcamerio, Petro Vexillifero Cracoviensibus – Ioanne Castellano Sandecensi, Petro Praeposito Sandomiriensi et vice Cancellario Curiae Nostrae Hermanno Decano Opatoviensi et Procuratore Nostro ac aliis multis fide dignis. Datum per Manus Magnifici Francisci Visliciensis et Cancellarii Cracoviensis – F Praeposi W J Insid Oett. Locus Sigilli pensilis –

Za zgodność niniejszej Kopii wierzytelnej z Oryginału na Pargaminie z pieczęcią wiszącą na Wosku wyciśniętą, z Biura Rachuby przy Senacie Rządzącym, nadesłanego, na rzecz Rządu wypisanej co do słowa, przy własnym podpisie i wyciśnięciu Urzędowej pieczęci świadczę. Kraków dnia 2. Marca 1826 Roku. Ignacy Ostaszewski mp Pisarz Aktowy. – L. S.

1327. [24. VIII.]

In nomine Domini Amen.

Quoniam ea, quae temporaliter geruntur, una cum tempore ab humana memoria labuntur, nisi literarum apicibus et dictis roborentur testium, noverint ergo universi tam praesentes quam etiam futuri, praesentem copiam habituri, quod nos frater Dionisius ordinis cisterciensis abbas domus cyriciensis et universus fratrum conventus domus eiusdem a parte una et comes Albertus bochnensis advocatus a parte altera heredes sylvae sylvarum et Longicampi *) super Dunaiecz, volentes augere bona et proventus domus predictae de ingenti consilio et matura deliberatione conferimus et donamus discreto viro Paulo, praesentium ostensori una cum sua posteritate sylvam nostram super Longum campum cum utroque litore nigri Dunaiecz quinquaginta quatuor mansos mensurae franconicae protensive iure theutonico, quod ius novi fori nuncupatur populandam et omne ius quod ad predicti iuris iurisdictionem pertinet et ut aliae villae in nostra sylva iure fruuntur causas quascumque criminales et capitales homines omnis conditionis iudicandi et plectendi et alia omnia, quae de iure sunt, faciendi. Damus etiam predicto Paulo sculteto et omnibus suis legitimis successoribus, quibus suam sculteciam donaverit aut vendiderit seu commutaverit, in eadem villa paratos mansos liberos ecclesiarum cum uno manso libero pro via unum mansum liberum; ~~unum macellum liberum~~ item molendinum liberum, tabernam liberam.

unum

unam macellum liberum carnium, oriam sartoriam liberam, fabrum liberum, de provento iudicii tertium denarium, pro nobis duos reservabit. Donamus etiam iam dicto sculteto una cum suis succedaneis et omnibus incolis prehabitae locationis in extensione longitudinis et latitudinis ipsorum, ut eo lotantius resideant, liberam facultatem venandi, aucupandi, piscandi et ad domos struendas de nostra sylva, quantum indigent. Gaudebunt autem incolae praenominatae villae XVI annis libertate, penitus exempti ab omni servitio et solutione, elapsis annis libertatis incolae praenominatae possessionis tenebuntur nobis singulis annis in festo beati Martini solvere de quolibet manso octo scotos tunc usualis monetae pro censu, pro decima vero de unoquaque manso unum fertonem, ibidem de sexto manso scultetus cum sua sequacitate suum censum libere percipiet. Item tenebuntur nos in anno ter ad prandia recipere sive pro quolibet unum fertonem dare, villani tenebuntur pro duobus prandiis respondere, scultetus vero pro uno. Item alia servitia et ad bellum velut alii sculteti sunt obligati similiter obedire tenebuntur.

In cuius donationis evidentiam praesentes sibi dari decrevimus nostrorum sigillorum munimine roboratas. Datum et scriptum in die Bartholomei apostoli (24° Sierpnia) apud Novum Forum per manus domini Mathiae plebani de Thelloneo anno domini MCCCXXVII. Praesentibus viris honorabilibus discretis et fide dignis. Petro castellano dicto

Pacemus

domino Girhardo plebano novi fori, Andrea advocato ibidem, Cuntrmanno cive dicto de Jhiglavia, Friderico cive ibidem, Joanne de Corona cive bochnenci et aliis quam pluribus.

Przywilej ten podał do oblaty w r 1629 sławetny (famatus) Kasper Pawlik – sąd znalazł oryginał onego wprawdzie nadpsuty ale jeszcze w całości czytelny – (privilegium in pergamino scriptum antiquum et in locis aliquot vetustate corruptum et corrosum verum tamen legibile, sigillo pensili cereo vetusto communitum) ~

O. 53 p 2405.

*) Długopole w parafii Ludzimirz w powiecie Nowotarskim własność dziś ~~madama~~ Leonii ze Stadnickich Bzowskiej

Długopole pow. Nowytarg Ludzimierz Czarny Dunajec

Cil

1329. [30. V.]

Nos Consules et Comunitas Ciuium Ciuitatis Cracouiensis. Vniuersis notum fore volumus per presentes, Quod cum inter nos ex vna parte et Ciues Sandecenses ex altera, super Ductura Nauium et uectura Curruum cum Rebus mercimonialibus versus Thorun, dudum coram domino nostro Inclito principe Wladislao, tunc Duce, nunc vero Rege Polonie, suborta fuisset materia questionis: Tandem post multas altercaciones hinc et inde, placuit eidem Domino nostro, vt hec questio per modum concordie presente et mediante Nobili viro domino Spiczimiro, nunc Palatino Cracouiensi, equanimiter sopiretur. Qui de mandato predicti domini nostri Regis, tale inter nos et ipsos, ut infra sequitur, medium ordinauit: videlicet, quod nec Ciues Cracouienses, nec Sandecenses, nec quispiam alius, merces suas, excepto sale, deducere deberent in Nauibus tum per wizlam tum per Dunaiecz versus Thorun. Preterea Ciues Sandecenses volentes proficisci cum suis Mercimonijs versus Thorun, non alias, quam per Cracouiam, et Ciues Cracouienses pergentes cum suis mercibus versus partes vngarie, non per alias vias, quam per Sandecensem Ciuitatem, tam in eundo, quam in redeundo, transire modis omnibus teneantur. Quam quidem ordinacionem seu concordiam, de conniuencia domini nostri Regis sic factam: Nos Ciues tam Cracouienses, quam Sandecenses promisimus vtrobi inviolabiliter obseruare. Sed quia propter tractum temporis ex ignorancia a dicta Ordinacione per quosdam Ciues nostros extitit aberratum: Quo deducto per ipsos Ciues Sandecenses coram nobis Consulibus modernis et antiquis in questionem, placuit eis, vt principales et seniores nec non Magistri artificum vna cum primatibus populariurn super eo conuocarentur in vnum. Qui sic pariter congregati, presente ac mediante Nobili viro prefato Comite Spicziniro Palatino Cracouiensi, habito maturo consilio, vnanimiter decreuerunt, dictam ordinacionem cum Ciuibus Sandecensibus factam, Ratam et gratam habere per omnia, et promiserunt eam vna nobiscum firmiter et inviolabiliter perpetuis temporibus obseruare. Addicientes et eciam promittentes vtrimque, quod si aliquis Ciuium Cracouiensium et Sandecensium, vel quiuis alius, hanc ordinacionem presumeret aliqualiter violare, nec in Cracouia, nec in Sandecz deberet haberi pro Ciue, et nichilominus ius mercandi perderet hic et ibi, donec vtrique Ciuitati de tanta presumpcione temeraria satisfaceret ad arbitrium vtrorumque. Preterea hoc eciam, quod inter nos et dictos Ciues de Sandecz super solucione quartarum de stamine, et super solucione precij pense, mediante prefato Comite Spicziniro, alias dudum fuerat ordinatum, ad perpetuam rei memoriam presentibus duximus inserendum: videlicet quod ijdem Ciues Sandecenses de quolibet stamine

mine aliunde adducto Cracouiam, mediam quartam vsualis monete Ciuitati Cracoui-
ensi perpetuis temporibus soluere tenebuntur. Item de omnibus mercibus ac Rebus,
quas ponderari consuetum est, ibi depositis siue ponderatis, integraliter preci-
um pense soluent: Sed de Rebus et mercibus non depositis et deductis, nullum
precium pense soluere tenebuntur. In cuius rei perpetuam memoriam pre-
sentibus Comunitatis nostre sigillum duximus apponendum. Actum in Cra-
couia, Anno domini M° CCC° XXIX° Tercio kalendas Junij. Presentibus nobis
consulibus Nouis et antiquis: Wilhelmo Parczifali, Wigando de Lubsicz, Lodwi-
co de Thessin, Hancone de Keczher, Gyscone et Johanne Edele, Gerassio et
Willusshone, Nicolao Rutheno, Nicolao Wirsink, Nicolao de Sandecz, Heynus-
hone de Nissa, Et alijs pluribus supradictis.

Z oryginału na pergaminie do Magistratu Sądeckiego na-
leżącego. Pieczęć na iedwabnym sznurku z nici zielonych wi-
sząca z wosku koloru czerwonego w skorupie woskowej ciem-
nej, wyobraża stoiącego w rycerskim stroiu S. Wacława, z propor-
cem w prawicy a z tarczą małą na lewej stronie ~~piersi~~ w le-
wicy z długim u lewego boku mieczem, z suknią wierzchnią
fałdzistą aż po kolana spuszczoną. Głowa ponad którą święta
łuna niewyraźna, zdaie się goła, zresztą pod szyią, na ra-
mieniu, i goleniach zbroia w łuskę widoczna. Na tarczy krzyż
przez całą tarczę idący. Napis okólny między dwoma obwód-
kami:
„S. MAIUS..... II...IS. CR... COVIE." – Popod drugą
obwódką mniejszemi litterami po obu stronach rycerza
stoi z strony iego lewéj: „S. WENCE", z strony iego prawej
niewyraźne iuż „SLAUS". Przytém z lewéj rycerza
strony iest Królewska Korona, a z prawéj Orzeł Piastowski
bez Korony.

102

1330 [1330. 24. VI.]

Metr 98/1048.

0

In Nomine Domini Amen. A. Magnifica Regum seu Principum celsitudine, dignae consolationis premia promerentur, quos fidei puritas gratos (reddidis.) [sic] et acceptos. Ubi enim obsequium est promptum, ibi praemium fit paratum. Proinde Nos Wladislaus Dei gratia Rex poloniae &c. Notitiae universorum tam praesentium, quam futurorum praesentibus declaramus, Quod consyderatis et inspectis fidelibus obsequiis nobis tam humiliter, quam constanter per Dirsconem Canonicum Sancti Floriani et Hostassium nostrum Subdapiferum Cracoviensem impensis et in posterum impendendis ipsos fratres uterinos, volentes ad omne obsequendum

reddere

reddere promptiores, ut hoc exemplo caeteri
ad exercenda virtutum impendia, facilius
provocentur haereditates illorum dictas
vulgariter, videlicet Bescze, Podoliany, duas
sortes in Stoianowicze, Colanthicze Brzei-
scza, Nova Czerkiew, Klimunthowicze,
Zakrzow, Zatopolithe medium Mleczkow,
Costcza, Melipoi et Janowicze sibi
adiacentes, Dambrowicza, Slawino, Mo-
thicz Bochotnicza cum duabus villu-
lis ad ipsam pertinentibus, sicuti
Wirzchoniow et Rudka Markussowi-
cze cum villulis sibi contiguis Sso-
czko, Liestkowicze, Sypnicze, Czeha-
nicze dimedietas Tharcawicze, et medietas
Colechowicze, aliasque, quas locaverint
inter limites seu gades haereditatum
iam dictarum, omnes exnunc de jure Theu-
tonico

tonico Srzedense, quod etiam ipsis dudum dederimus, in ius aliud Teutonicum, quod Maideburgskie dicitur vulgariter, praesentibus transtulimus in perpetuum, ibidem omnibus iuribus, consuetudinibus, angariis et praeangariis universis Polonicalibus procul motis, statuentes, quod Sculteti et Cmethones omnes haereditatum praedictarum ibidem per haeredes suos, aut ipsorum posteros pro causis quibuslibet, in omnem eventum iudicii, iure suo Theutonico debeant iudicari, poenasque omnes percipient ipsi haeredes et eorum posteri ac sculteti secundum velle iudicii, de causis quibuscunque iudicio, iurisdictione et potestate omnium Castellanorum, Palatinorum, Iudicum, Subiudicum seu Ministeralium aut Officialium quorumlibet non obstante, coram quibus etiam ipsi haeredes et posteri eorum scultetique et Cmethones omnes, pro causis quibuslibet nullatenus

respondebunt

respondebunt, nisi coram nobis, cum per literam nostro sigillo munitam evocati fuerint, respondere iure suo Theutonico querulantibus tenebuntur, in causis magnis sive parvis, ipsis et eorum posteris ac sculteteis, secundum quod ius Teuthonicum praedictum exigit, plenam conferimus facultatem. Ad quorum omnium evidentiam veriorem saepedictis nostris fidelibus praesentes dedimus, nostri sigilli munimine roboratas. Actum apud Cracoviam in die ~~Sancti~~ Beati Joannis Baptistae Anno Domini 1330. Praesentibus &c.

1331, 25 czerwca w Wiślicy.

f. ~~84~~ Władysław Łokietek wieś Łączyn, klasztoru jędrzejowskiego własną, od stanu uwalnia.

In nomine domini amen. Nos Wladislaus dei gracia rex Polonie, vniuersis tam presentibus quam futuris tenore presencium volumus esse notum, quod ob honorem s. Marie virginis et in remedium nostrorum peccaminum absoluimus villanos, qui sunt aut esse poterunt in villa Lanczyn vulgariter nuncupata, contiguam (sic) ciuitati Andrzeouiensi, monasterio ibidem contingenti, et liberamus in perpetuum a boue, et cuncta, que nobis et nostris ministerialibus nomine stan singulis annis dare tenebantur. Vt autem hec absolucio nostra inconuulsa perseueret, pro euidencia pleniori sigillum nostrum presentibus est appensum in testimonium premissorum. Actum in Vislicia in crastino s. Iohannis Baptiste, anno domini MCCCXXXI ~~1331~~, coram his nobilibus nostris: Msczuigio

1/,

palatino Sandomiriensi, Iohanne castel-lano Sandomiriensi[1], et alijs fide dignis.[1]

1) Ex Copiario antiquo: continetur folio 21.

1) zapewne Sandecensis, bo był nim wówczas Jan, zaś Sandomirskim był podówczas Piotr Tello.

105

1333, 5 lutego w Krakowie.

~~f. 21v.~~ Władysław Łokietek król polski klasztoro-wi jędrzejowskiemu władzę nadaje zakładania wsi na prawie niemieckiem, oraz określa swobody i jurysdykcyę. a)

In nomine Domini Amen. Nos Wladislaus Dei gratia Rex Polonie. Notitie uniuersorum tam presentium quam futurorum declaramus. Quod ad nostram nostrorumque Baronum presentiam accedens vir Religiosus Frater Franco Abbas Andreouiensis obtulit nobis Priuilegium super quibusdam libertatibus bonorum premissi Monasterij dudum tempore nostri Ducatus eidem collatum, supplicans humiliter et deuote, et ipsum Priuilegium nostro Regio insignio innouare, confirmare ac roborare dignaremur. Cuius quidem Priuilegij tenor talis etc. In nomine Domini Amen. Nos Wladislaus dei gratia Dux Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiauie et Pomeranie. Notum facimus tam presentibus quam futuris. Quia cum Sacrosanctum Ordinem Cisterciensem deuotione sincerissima et affectu fratresque ipsius cultores viros Religiosos prosequamur fauoribus gratiosis, et specialiter monasterium Andreouiense, Igitur Abbati

/et Fratribus ipsius Monasterij[m], qui pro tem-
pore fuerint ob nostrorum remedium pec-
caminum et salutem graciam facimus
specialem eis dantes et liberam et perpetu-
am facultatem locandi iure quo voluerint
Theutonico Villas,[v] Grangias[g] et Allodia[a],
nemora, nec non [et] sylvas ad ipsum Mona[m]-
sterium pertinentes, vel si quas possessiones
in posterum acquisiverint, ponendi seu lo-
candi in eisdem homines cuiuscunque lin-
guari;[1] vel etiam nationis, quos nullus te-
nebitur iudicare extra Ius Theutonicum,
a quibus removemus omnia iura Polonica-
lia Angarias,[a] et preangarias universas
Polonicales qualescunque sint aut quocun-
que nomine vulgari censeantur, que Ius[l]
Theutonicum impedire seu perturbare con-
sueverunt. Preterea absolvimus et penitus
liberamus omnes et singulos Cmethones[c] et
quosque incolas generaliter omnium villa-
rum dicti Monasterij[m] Andreoviensis loca-
tis et locandarum a potestate et Iuris[l]
dictione omnium Castellanorum, Palatino-
rum, Iudicum[l] et Subiudicum ac Mini[m]-
sterialiorum universorum Regni[r]. Ita
quod sic[1] quod coram ipsis, vel eorum

/

./.

aliquem pro causis tam magnis, quam parvis, puta furti, sanguinis, homici-dij, incendij ac alijs vniversis nulli pe-nitus respondebunt, nisi tantum Incolones cuiuslibet ville coram Sculteto iure suo Theutonico, Sculteti vero dictarum villarum coram Domino suo Abbate. Si autem ipse Dominus Abbas ad reddendam iustitiam negli-gens fuerit, tunc coram nobis aut Iudi-cio nostro generali, dum per litteram nostro sigillo munitam evocati fuerint, tunc dicto iure suo Theutonico de se que-rulantibus respondere tenebuntur. In cau-sis autem Capitalibus et Criminalibus Scul-tetis ipsarum villarum iudicandi, senten-tiandi et puniendi secundum quod ius ipsum requirit, plenam et omnimodam damus facultatem. Insuper de gratia spe-ciali Abbati sepe dicti Monasterij Andreo-viensis in villis suis vbicunque poterit vnam tabernam vel plures, vnum molendinum, vel plura non obstantibus preiudicijs quo-rumcunque pro sua melioratione locandi et construendi, liberam damus potestatem. In quorum omnium evidentiam presens Pri-vilegium nostri sigilli munimine iussimus

./.

/.
roborari in memoriam perpetuam innovationis supra dicte. Actum Cracovie in die b. Agathe Virginis, Anno Domini MCCCXXXIII ~~1333~~. Presentibus hijs Nobilibus nostris: Nicolao Palatino, Domino Petro Scholastico, Cracoviensibus, Pelka Lublinensi, Pelka Sieciechoviensi Castellanis, Crivosandio Subcamerario Cracoviensi, Domino Petro Preposito Ecclesie S. Floriani, Domino Sbigneo Preposito et Cancellario Cracoviensi, per cuius manus est datum (1).

a) Kazimierz król polski zatwierdził pomieniony przywilej w Żarnowcu r. 1368 jak N.

In nomine domini Amen. Quod magnifica Re-
gum fieri decrevit auctoritas, ratum atque
stabile debet perpetuis temporibus perma-
nere. Proinde nos Kazimirus Dei gracia
Rex Polonie: noticie et testimonio univer-
sorum presencium et futurorum hoc scrip-
to fieri volumus manifestum. Quod consi-
deratis fidelibus servicijs et inspectis, que
nostro patri pie memorie, nobis, et regni-
colis nostris vir discretus Nicolaus Wi-
ringi noster Civis Cracoviensis advocatus,
que Magni salis multipliciter exhibuit
et inpendit fideliter et constanter, ea
faciendo et ampliando, que commodum
nostrum Regni nostri et Regnicolarum
nostrorum respiciunt profectum et ho-
norem, inrecompensam ipsius tantorum
obsequiorum, ut et alij ad similia fa-
cienda provocentur; eidem Nicolao et
per eum progenitoribus ipsius legitti-
mis unam marcam grossorum Pra-
gensium, Quadraginta octo grossos pro
Marca computando singulis septimanis
damus, tradimus, et conferimus in Thelo-
neo nostro Cracoviensi jure heredita-
rio inperpetuum possidendam. Sic vo-
lentes et inpresentibus statuentes: Quod
unusquisque Theloneator Cracoviensis,
qui predictum theloneum convenerit,
emerit, aut exparte nostra incomisso
tenuerit, ipsi Nicolao aut ejus here-
dibus iamdictam marcam grossorum
inexcuse singulis septimanis solvere

teneatur. Qui si theloneator in iamdicta marca persolvenda singulis septimanis, ut prefertur, negligens pertinaciter extiterit, ex nunc prout extunc, et extunc prout exnunc, eidem Nicolao et eius successoribus damus et largimur omnimodam facultatem huiusmodi theloneatorem pignorandi, dum in solvendo negligens extiterit marcam supradictam, Ad hoc adibito vel assumpto, De scitu nostro et mandato, nostro servitore et nuncio speciali. Ceterum iamdicto Nicolao et ipsius heredibus Damus et (con)ferimus plenum posse sepedictam marcam vendendi, donandi, commutandi vel ad alios usus convertendi prout sibi videbitur utilius expedire et heredibus suis supradictis. Et ut hec gracia et donacio inviolabilis perpetuo perseveret, presens privilegium sibi Nicolao Wiringi suisque successoribus dari mandavimus, nostro Sigillo (Regio) comunitum. Actum Cracovie, feria Tercia post Epiphaniam domini. Anno eiusdem Incarnacionis, M°C, CC.XXX. Sexto presentibus hijs testibus nostris Nobilibus, Comite Spicimiro Castellano Cracoviensi, Mstugio palatino Sandomiriensi, Mstigneo castellano Radomiensi, Andrea venatore, Dirscone Dapifero Cracoviensibus, Warsio castellano Woynicensi, et alijs multis fidedignis. Datum per

manus domini Sbignei prepositi et Can-
cellarii Cracoviensis.

~~/: Transumptum ex originali diplo-
mate pergameneo regis Casimiri
Magni de data Cracoviae feria ter-
tia post epiphaniam anno 1336. :/~~

Pieczęć całkiem oderwana.

Z oryginału pergaminowego należącego do Klasztoru
Ojców Dominikanów. –

1336, 8 stycznia. [9. I.] 109

~~Kzl~~ Kazimierz, król polski, nadaje Mikołajowi Wiringi, mieszczaninowi krakowskiemu i wójtowi wielickiemu, tygodniowo grzywnę na cle krakowskiem.

Z oryginału

In nomine Domini. Amen. Quod magnifica regum fieri decrevit auctoritas, ratum atque stabile debet perpetuis temporibus permanere. Proinde nos Kazimirus, Dei gratia rex Poloniae, notitiae et testimonio universorum, praesentium et futurorum, hoc scripto fieri volumus manifestum, quod consideratis fidelibus servitiis et inspectis, quae nostro patri piae memoriae, nobis et regnicolis nostris vir discretus Nicolaus Wiringi, noster civis Cracoviensis et advocatusque Magni-Salis multipliciter exhibuit et impendit fideliter et constanter, ea faciendo et ampliando, quae commodum nostrum, regni nostri et regnicolarum nostrorum respiciunt profectum et honorem, in recompensam ipsius tantorum obsequiorum, ut et alii ad similia facienda provocentur, eidem Nicolao et per eum progenitoribus ipsius legitimis unam marcam grossorum Pragensium, quadraginta octo grossos pro marca computando, singulis septimanis damus, tradimus et conferimus in theloneo nostro Cracoviensi iure hereditario in perpetuum possidendam, sic volentes et in praesentibus statuentes, quod unusquisque theloneator Cracoviensis, qui praedictum theloneum conveniret, emerit aut ex parte nostra in commisso tenuerit, ipsi Nicolao aut eius heredibus iam dictam marcam grossorum inexcuse singulis septimanis solvere teneatur. Cui si theloneator in iam dicta marca persolvenda singulis septimanis, ut praefertur, negligens pertinaciter exstiterit, ~~extunc~~ extunc, prout extunc, et extunc, prout ex nunc, eidem Nicolao et eius successoribus damus et largimur omnimodam facultatem huiusmodi theloneatorem pignorandi, dum in solvendo negligens exstiterit marcam supradictam ~~et ...~~, ad hoc adhibito vel assumpto de scitu nostro et mandato nostro servitore et ~~nunc~~ nuncio speciali. Ceterum iam dicto Nicolao et ipsius heredibus damus et conferimus plenum posse saepe dictam marcam vendendi, donandi, commutandi vel ad alios usus convertendi, prout sibi videbitur utilius expedire et heredibus suis supradictis. Et ut haec gratia et donatio inviolabiliter perpetuo perseveret, praesens privilegium sibi Nicolao Wiringi suisque successoribus dari mandavimus nostro sigillo regio communitum. Actum Cracoviae feria tertia post epiphaniam Domini anno eiusdem incarnationis M° CCC° XXX° sexto, praesentibus his testibus, nostris nobilibus: Comite Spicimiro, castellano Cracoviensi, Mstugio, palatino Sandomiriensi, Mstigneo, castellano Radomiensi, Cunica venatore, Dirscone, dapifero Cracoviensibus, Warsio, castellano Woynicensi, et aliis multis fide dignis. Datum per manus domini

Sbignei, praepositi et cancellarii Cracoviensis.

Dyplom pargaminowy, pieczęć odpięta.

Właściwości pisowni: serwitijs impendit legittimis theloneo theloneatori exnunc extunc ~~expedictam~~ ~~commun~~ theloneatorem communitum hijs adibito expedictorum

1336, dnia 27 lipca.

Jadwiga królowa polska, wdowa po Władysławie Łokietku nadaje Giedce z Giedczyc prawo niemieckie dla wsi Gródek, Glinnik i Przedanica w ziemi sądeckiej położonych.

In nomine domini amen. Nisi ea que inter homines temporaliter aguntur per attestacionem veridicam ac patens. Scriptum. Roborentur Ad nichilum per diuturnitatem (s) temporum Rediguntur. A Igitur Nos Hedwigis dei gracia Regina Polonie. Et domina Sandecensis. felicis memorie. Incliti Principis Wladislay Olim Regis Polonie. Relicta. Cupimus fieri manifestum vniuersis presentibus et futuris. quibus nosse fuerit oportunum. Quod obmelioracionem comunis vtilitatis in terra nostra Sandecensi. de voluntate ac asensu dilecti filij nostri Gloriosi principis Domini Kazimiri dei gracia Regis Polonie. dedimus et contulimus fideli nostro kmetoni. domino Gzedche heredi de Gzedcycz sub agazoni Cracouiensi; Ius Theutunicum super hereditates ipsius cultas et in cultas: que vulgariter nuncupantur. Grodek; Glynnych; Predanycza; sitas in terra nostra Sandecensi. pro ut predicte ville cum siluis suis; ingadibus proprijs circumferenciauciliter (s) sunt distincte. Transferentes in eisdem villis. Ius Polonicum. in Ius Theuthunicum Magyburiense; Quod incole sepedictarum villarum Pleno Iure Magyburiensi perfruantur; Eximentes incolas prefatarum villarum: ab omnibus. Iurisdiccionibus; ac Iudicijs Palatinorum; Castellanorum; Iudicum; Subiudicum. Officialium; et a castellano Sandecensi; qui citati in nullo Iudicio comparebunt. nec Respondere tenebuntur. Duntaxat. dicti kmetones uel vnus kmeto ex eis aut scultetus ipsorum per nostram literam sigilli nostri munimine roboratam; ad presenciam nostram legittime fuerint uel fuerit euocatus. Iudicaturi seu Iudicaturus: tamen in iudicio curie nostre. suo Theuthonico iure; Addicimus eciam prefactis villis omnimodam potestatem. Iudicandi. et diffiniendi omnes causas minimas ac maximas; criminales et capitales.. Ut autem

predicte ville commodius et facilius possint loca-
ri; damus in eisdem villis antiquis agris et cul-
tis duodecin(s) annorum libertatem; non exstir-
patis et incultis vero viginti annorum liberta-
tem; Abomnibus solucionibus; Collectis exaccio-
nibus; Contribucionibus. Angarijs et preangarijs.
expedicionibus; Seruicijs acondructu powoz pre-
uod. quocunque nomine censeantur. Et ut do-
nacio hec Iuris theuthonici perpetuum robur
valeat optinere; Has literas scribi Iussimus.
Et nostri Sigilli munimine roborari; Actum
sub anno Domini. M. C. C. C. XXX. VI. Coram hijs
testibus Domino Spicymiro castellano cracouien-
si. Comite Aschuone palatino Sandomiriensi.
Comite. Nicolao dicto Bogoria palatino Craco-
uiensi; Et egidio pincerna cracouiensi. Cziborio
herede de lucouicza. Datum per manus domini
Hanconis tunc Notarij nostri. Sexto Kalendas
Augusti.

Przywilej pargaminowy, niegdy opatrzony jedną pieczęcią, której dziś nie ma. Własność biblioteki w Suchej.

1336, 19 listopada w Krakowie. 111

f. 35.

Kazimierz król polski, zabrania kupcom sprzedawania towarów w Jędrzejowie bez zezwolenia opata i klasztoru jędrzejowskiego. a)

Nos Casimirus dei gracia rex Polonie vniuersorum noticie recognoscimus publice profitentes, Quod volentes releuare inopiam Andreouiensis ciuitatis, ac in ea reditus et prouentus cupientes per amplius ampliari, statuimus et ordinauimus in eadem ciuitate et extra ciuitatem per omnes obseruari gracie nostre sub obtentu, Quod omnis ingrediens dictam ciuitatem cum suis mercibus qualibuscunque aut in ciuitate manens, merces suas qualescunque, videlicet pannos, aut tunicas, calceamenta siue sal, et alia omnia mercimonia qualiacunque, cuiuscunque condicionis existant, nullatenus vendere debet nec presumat, nisi de licencia abbatis et conuentus monasterij eiusdem ciuitatis Andreouiensis. Alias si quispiam fecerit, quidquam damni

patietur, illa omnia pro se totaliter retinebit, et nullus eum de eisdem damnis exbrigare tenebitur. In cuius rei testimonium eidem abbati et suo conventui presentem litteram fieri et nostro sigillo mandavimus roborari. Actum Cracovie die s. Helisabeth, anno domini millesimo trecentesimo trigesimo sexto.

a) Król Władysław Warneńczyk zatwierdził powyższy przywilej w Krakowie r. 1440 jak N.

1337.

In Nomine domini Amen. Quod Regia auctoritas fieri decreuit, Ratum atque stabile perpetue debet permanere. Proinde nos hedwigis dei gracia Regina Polonie, ob nostre anime remedium et solamen, Cupientes nostris consolacionem seu beneficium exhibere: Notum esse volumus vniuersis et singulis tam presentibus quam futuris, Tenorem presencium. Quod consideratis diligenter et inspectis fidelibus seruicys et obsequys, que nobis nostri fideles Ciues Sandeczenses fideliter, multipliciter, ac conster exhibuerunt, Necnon inposterum diligenti animo se offerunt gratuite inpensuros; Vt merita meritorum vicissitudine se gaudeant repensari, eisdem Ciuibus Sandeczensibus, quos morum probitas et obsequiorum fidelitas nobis gratos Reddidit pariter et acceptos, Damus, tradimus et conferimus, cum Consensu siquidem Magnifici principis domini Kazimiri illustris Regis Polonie, nostri Reuerendi fily et dilecti, a solucione thelonei (sic) Sandomiriensis, in quocunque loco nostri rengni (sic) recipiatur, tempore perpetuo omnimodam libertatem. In cuius rei testimonium et euidenciam pleniorem presentes fieri iussimus et nostri Sigilli munimine Roborari. Actum apud Nowam Ciuitatem Sandecz, Anno domini Millesimo CCC° xxx septimo. Presentibus hys testibus: domino Spicimiro Castellano, Sbyscone Cancellario et preposito Cracouiensi, Andrea dapifero, Strezone procuratore nostro. Datum per manus fratris Birchardi nostri Confessoris.

Z oryginału pergaminowego do Magistratu Sądeckiego należącego, u którego nie ma żadnego pieczęci śladu.

Nº Dr: 927.
Kout. 15.

113

1337. [14. ? .]

~~Přirůčka bez stepka~~

Noverint universi presentes et posteri presencium literarum noticiam habituri Quod coram nobis iohanne dicto Romanus cive Cracovien in iure theutonico in Castro Cracoviensi et coram Scabinis inferius scriptis Multipliciter fuisset mota inter Dominum Michaelem sultetum de Raczlavicz ex una et inter Hanconem filium hermani dictum ~~dc~~ habricht Civem Cracoviensem pro scultecia in Michalovicz. tandem cum inter predictos causa procadem sculte-cia inmultos terminos fuisset devoluta. predictus dominus ~~dm~~ Michael sufficienter probavit cum bannito iudicio quod idem hanco cum consorte sua agneta omnem iurisdicionem quam habet vel habuit hereditariam ineadem scultecia in michalovicz iudicialiter amisisset prose et pro successoribus suis ptestatione. Advocatus cum scabinis sunt coram nobis et scabinis protestati eorum nomina ista sunt gerasius

advocatus

advocatus Civis C^to^oviensis Rudgerus scul=
tetus de Crivadąbrowa hanco scultetus de
Czubrovicz petrus dictus Clopot scultetus
de Velmoza phillippus scultetus de phil=
lippovicz petrimmanus provincialis
iudiciorum villarum interra C^to^oviensi
iniure theutunico Nicolaus scultetus
de Sulozowa sądko scultetus de Figina
Nos vero sedentes ꝓ tribunali iusta sen=
tentiam latam prescripto dn̄o Michaeli
memoratam sculteciam in Michalovicz
adiudicamus prefato hanconi et cōsor=
ti eius agnetī ac posteritati ipor̄ ꝑpetuum
silencium inponentes Jn quorum evi=
denciam presentes literas sibi cōscri=
bi fecimus et sigillo Citatoio domini
regis Polonie in dicti Kazimiri ius=
simus communiri presentibus hijs
testibus et scabinis friczcone sculte=
to de ribna Rudgero sculteto de Cri=
vadąbrova phillippo sculteto de lu=
bocza petro dicto Clopot sculteto
de

de Velmoza sulcone sculteto de scala nicolao sculteto de tarnow Mathia cive de Magno et aliis multis fide dignis datū Ccovie ī die celebri iudicior feiâ q̄rta proxima post diem beati Stanislai permanus Stanislaij notarij iudicior terre Ccoviē sub āno dnī M°CCC°XXX°VII°.- (Pieczęć urwana, pozostały tylko nici jedwabne koloru czerwonego, na których była zawieszona). —

Zgodność powyższego odpisu, z jego oryginałem, na pergaminie bez stępla pisanym, w Archiwum Akt dawnych Gubernii Radomskiej w Kielcach, a mianowicie; w Aktach po-supprymowanych Klasztorach Miechowskim, Brzozowskim i Olkuskim znajdujących się, po sprawdzeniu, z Urzędu z polecenia JW. Prezesa Trybunału Cywilnego Kieleckiego, zaświadczam.-

w Kielcach dnia ~~23 Listopada~~ 5 Grudnia 1850 roku

Archiwista Akt dawnych
Gubernii Radomskiej w Kielcach
Jan Świętawski Kutrzycki

Adjunkt
Fr. Wr. Skowroński

115

CCVIII. 1339. die 16. mensis ~~Junii~~ Maii (?), Sandeciae.

Hedvigis vidua Vladislai Locteci regis Poloniae, quibusdam Nicolao et Petro dictis Kakol unum hortum nec non unum mansum in villa Wierzbica sitos, ab exactionibus liberos confert.

In nomine Domini Amen.

Omnes actus legitimi ut non a memoria presencium ~~olim~~ ob [2] temporis processum elabantur, imo potius memoria futurorum adducantur, expedit, ut ea scriptis et testibus ~~proinde~~ provide roborentur. Igitur nos Hedwigis Dei gratia regina Polonie nec non soror ordinis sancte Clare, felicis memorie incliti principis Vladislai olim regis Polonie relicta, cupiens fieri manifestum universis presentibus et futuris, quibus nosse fuerit opportunum, quod [3] intuentes et considerantes fidelia servitia Nicolai et Petri dictorum Kankol, filiorum Iohannis emethonis de Wirzbicza [4], que filie nostre domine Anne, Dei gratia regine Polonie fideliter impenderunt, unde ad preces eiusdem domine regine predicte et nostre filie domine Elizabeth Domicelle, unum mansum et unum hortum in villa nostra Wirzbica eisdem condonamus hereditarioque iure in perpetuum conferimus possidendum pacifice et quiete, eximentes eos ab omnibus solutionibus et laboribus ad nos pertinentibus.

In cuius rei testimonium presentem paginam scribi iussimus et nostro sigillo maiori roborandam duximus. Actum est in Sandecz antiqua anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo nono [5] ~~nec non~~ presentibus his testibus: domino Andrea nostro subdapifero, Liscone, Chtiborio [6], herede de Luczowicza, Strzech nostro tunc procuratore, Izaac iudice Sandecensi, domino Nicolao nostro sub~~ma...~~camerario [7] dicto Lala, Alberto dicto Costrzewa et aliis quam pluribus fide.

~~*) Wierzbica wieś rządowa w powiecie łętowskim w dawnem województwie Krakowskiem~~

Elżbieta siostra Jadwigi ur. 1320 wydana za Karola a więc była ... córka króla ... z Anny ... ... za Bogusława ks. Pomor...

2. Janina ... bessarabkim

fide dignis et honestis viris, per manus Nicolai, nostri capellani et nostre curie notarij, decimo sexto calendas Julij(5) ~~(16 czerwca 1330)~~.

1) Z księgi oblat 79, str. 1230.

Przywilej ~~na to~~ powyższy potwierdzili na rzecz rodziny Sypniow król Zygmunt I na sejmie piotrkowskim w sobotę po oktawie trzech króli (14 stycznia) 1525 i Jan Kazimierz w Warszawie 2 lipca 1650 r.

Tak oryginalny przywilej ~~na pergaminie~~ jako też i pomienione królewskie potwierdzenia na pargaminie podał do oblaty r. 1651 Szymon Sypień. —

2) W kopii mylnie „olim". 3) Także mylnie „qui".

~~4) Wierzbica. Gdzieby miejscowość" O. 79 p. 1230.~~

4) Wierzbica, wieś w woj. krakowskiem, obw. olkuskim, pow. pileckim, par. Kidów.

6) W kopii stoi ~~Liscone~~ mylnie „Chriborio". ~~Poprawiamy na „Tesorca Chtiborio", jestto bowiem Ścibor Tasarz ka „późniejszy pisarz nadworny królowej" wdowy Jadwigi Łokietkowej~~

7) W kopii mylnie „submasore". Był ten Mikołaj Lala czy Lola podkomorzym królowej Jadwigi.

5) W kopii położona jest mylnie data r. 1330, mianowicie „Millesimo trecentesimo trigesimo, necnon presentibus etc". Ponieważ w r. 1330 Łokietek żył jeszcze, zatem Jadwiga nie mogła się zwać wdową po nim, zaś następujący zaraz po dacie wyraz „necnon" zgoła żadnego sensu nie ma, sądzimy przeto, iż takowy powstał przez złe odczytanie wyrazu „nono", i z tegoż też powodu datę na rok 1339 poprawiamy. Atoli w takim razie musimy także drugą mylkę przypuścić, mianowicie iż zamiast „decimo sexto kalendas Julij" winno być „decimo sexto kalendas Junii". Wspomniana bowiem w przywileju jako żyjąca Anna Gedyminówna królowa polska umarła już dnia 26 maja tegoż roku. W każdym razie wyraz „necnon" przy dacie położony, nie dozwala przypuszczania innej mylki w dacie roku, jak tylko przeinaczonego wyrazu „nono".

[1340, 27. XI.]

Privilegium Fundationis Ecclesiae in Ludzimierz pro Monasterio.

Nos Jaroslaus Cracoviensis Archidiaconus, nec non conservator Privilegiorum Fratrum Ordinis Cistercicnsis in Regno Poloniae constitutus per Sedem Apostolicam deputatus. Notum facimus Universis Christi fidelibus ad quos praesentes pervererint, quod veniens ad nostram praesentiam Frater Joannes Procurator legitimus Monasterii de Ozyrzyc coram nobis exhibuit quoddam Privilegium felicis memoriae Domini Vislai olim Cracoviensis Episcopi cujus tenor de verbo ad verbum inferius continetur, petens instanter ut cum usu ejusdem Privilegii egeat necessario. Ne aliquando videatur et prae vetustate in corruptionem declinare; Quare authoritate nostra Ordinaria ac etiam Conservatoria, idem Privilegium per Notarium publicum transcribi et exemplari fatemur, ac etiam solenniter publicari, ut cum suo Originali idem transcriptum fidem faciat pleniorem. Nos autem justis ejus petitionibus annuentes, idem Privilegium per Albertum nostrum Notarium subscriptum transcribi mandavimus de verbo ad verbum nihil mutato vel diminuto, aut addito, quo vitiare posset intellectum. Erat autem praedictum Privilegium Sigillatum duobus Sigillis de cera aliquantulum glauca, aliquantulum propter vetustatem nigra in cartulis de Pargameno appensis, quorum primum erat oblongum, in cujus medio erat sculpta imago Episcopalis sedens in Cathedra, habens suam dextram quasi ad benedicendum sursum elevatam, et in sinistra ejus manu Baculum tenens pastoralem secundum vero sigillum similiter oblongum de simili cera fuit, in cujus medio sculpta fuit Ecclesia cum turri sursum a vexillo. In circumferentia vero primi Sigilli erant tales literae quae bene legebantur. + S. Vislai Cracoviensis Episcopi. In secundo autem tales continebantur. + S. Cracoviensis Ecclesiae sancti Venceslai. Ipsius vero Privilegii de verbo ad verbum tenor erat talis.

1341, 15 grudnia w Szydłowie.

f. ~~180~~ v. Przed Kazimierzem królem polskim, Marek i Jędrzej bracia przyrodni z Rakoszyna, prawa swe do młyna i sadzawki w Brynicy, klasztorowi jędrzejowskiemu za 23 grzywien groszy praskich sprzedali.

In nomine domini amen. Nes res gestas coram regum magnificencia aboleat processus temporum, opportunum est, vt eas roboret solempnis titulus literarum. Eapropter nos Kasimirus dei gracia rex Polonie, nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie, Pomeranieque dominus et heres, vniversorum noticie tam presencium quam futurorum publice profitendo Declaramus, Quod venientes ad nostram nostrorumque baronum presenciam discreti viri Marcus et Andreas fratres vterini de Rakoschyn, sani mente et corpore existentes, non compulsi, nec coacti, neque per aliquem errorem seducti, sed de bona deliberacione animorum suorum, ius quod habebant in molendino in villa Brynicza vulgariter nuncupata, videlicet frumenta pro curia ipsorum molere et partem piscine ibidem in Brynicza, que ipsos tangebat

cum omnibus vtilitatibus ad eandem pertinen-
tibus, prout in suis metis et terminis cir-
cumferencialiter est distincta, et toto iure ac
dominio, nihil penitus pro se et suis posteris
in eadem reseruando, viris religiosis fratri-
bus Franconi abbati et conuentui monaste-
rij Andrzeiowiensis pro viginti tribus mar-
cis grossorum Pragensium ~~48~~ XLVIII grossos pro
marca qualibet computando, vendiderunt
irreuocabiliter et expresse, liberequè coram
nobis a se et a suis progenitis ac propin-
quis quibuslibet, resignauerunt eisdem fra-
tribus abbati et conuentui monasterij pre-
dicti in perpetuum tenendam, habendam,
donandam, vendendam, commutandam
ac possidendam pro sua et suorum suc-
cedaneorum voluntate conuertendam;
promittentes eosdem fratres abbatem et con-
uentum monasterij predicti ab omnibus,
si per quem vel per quos pro eisdem vide-
licet iure molendini et parte piscine ville
prenominate impedirentur, exbrigare; Pro
quo nobis preces multimodas ex vtraque
parte obtulerunt, vt hoc quod inter ipsos
lucide extitit ordinatum siue factum,
nostro sigillo dignaremur confirmare.

Nos autem istorum precibus benignius accli-
nati, vendicionem et resignacionem supra-
dictam ratam et gratam habentes, presen-
tibus confirmamus, dantes prefatis fratri-
bus abbati et conventui monasterij prelibà-
ti et eorum posteris presentem literam nostro
sigillo munitam, in robur et testimonium
perpetue firmitatis. Actum in Schidlow sab-
bato post diem Lucie virginis, anno do-
MCCCXLI. mini {1341}, Presentibus his testibus: Iaro-
slao Cracoviensi, Hermanno Lancicziensi, ar-
chidiaconis, Zavissa vexillifero Sandomirien-
si, Stanislao subagasone Cracoviensi, et
alijs multis fidedignis. Datum per manus
domini Segnei prepositi sancti Michaelis
in castro Cracoviensi et viceccancellarij
aule nostre.

1343, 5 czerwca w Krakowie.

~~f. 165~~ Sąd ziemski krakowski dziedzictwo w Połoku niejakiemu Zdzisławowi w sporze przeciw Sułkowi, Jakóbowi i Albertowi Wiewiórce przysądza.

Nos Joannes iudex et Pribco subiudex Cracouienses, Notum facimus tenore presencium, quibus expedit vniuersis, Quod discretus vir Sdzislaus ad nostram veniens presenciam, particulam hereditatis in Polthok ipsum nomine fratris sui Johanne (sic) contingentem, secundum quod officialis vidit et circumspexit, et iuramentum coram nobis prestitit de premissis, super Sulconem, Jacobum, Albertum dictum Weworka, et super omnes consanguineos et cognatos ipsorum iudicialiter acquisiuit, cum omnibus redditibus seu prouentibus, qui ibi sunt, et in posterum poterint deriuari, tenendum, possidendum et habendum, vna cum legitimis suis successoribus iure hereditario secundum quod veri ac ceteri heredes consueuerunt possidere. In cuius rei testimonium presentem literam dedimus sigillorum nostrorum munimine roboratam. Presentibus his testibus: —

strenuo viro Cristino filio comitis Ade de Konsze, castellani quondam Visliciensis, Vilczcone scriptore iudiciorum terre domini regis serenissimi Kazimiri, Marcone, Cle- mente, Bestnossio officialibus, Ioanne scriptore nostro. Datum et actum Cra- covie feria quinta proxima post diem Pentecosten, anno domini millesimo tre- centesimo quadragesimo tercio. -

1343. [18.X.]

In nomine domini. Amen. quamvis
commutaciones Regum, ratis firme
dinoscantur. ne tamen ab integri-
tate sua fluctuentur solent pro
comodis subditorum cum quibus
contrahuntur vi scripturarum per-
henne sortiri tutamentum. Pro-
inde nos Kazimirus dei gracia
Rex Polonie nec non terrarum Cra-
couie Sandomirie Siradie Lanci-
cie Cujavie Pomeranieque domi-
nus et heres. Notitie universo-
rum tam presencium quam fu-
turorum presentibus declaramus.
quod cum propter melioracionem
civitatis nostre Lelow, advo-
catiam ibidem Wislao fideli no-
stro vendidissemus pro certa
pecunia, marcella ergo duo car-
nium unum bancum panno-
nium et unum sutorum libe-
ra ab omnibus solucionibus et
censu, a Jascone de Curzelow
dudum recepimus et iunximus
advocacie memorate. Istis i-
gitur nunc quatuor bancis, e-
ius filiis Nicolao et Martino

et eorum posteris tamquam com-
mutatione duos nostros laneos
contiguos antique civitatis Le-
low cum orto, liberos similiter
ab omnibus solucionibus serviciis
et censu damus tradimus et con-
ferimus ipsis et eorum posteris
jure hereditario in perpetuum
velud soli tenuimus, tenendos,
habendos, donandos, vendendos, com-
mutandos. In horum ergo omnium
evidentiam presentes scribi et
nostri sigilli munimine iussimus
roborari. Actum in Lelow die Sanc-
ti Luce evangeliste. Anno domi-
ni Millesimo CCC. XL tercio
presentibus hijs nobilibus nostris
Jacobo Siradiensi, Hermanno Lu-
caviensi Cancellariis, Nicolao
Castellano de Ruda, Iaskone ve-
natore cracoviensi Henrico sub-
camerario Wilczkone subdapi-
fero Sandomiriensibus et aliis
multis fide dignis. Datum per

manus domini petri prepositi beati Floriani et Vicecancellarii curie nostre.

Pieczęć Królewska na zielonym jedwabnym sznurku.

Z oryginału zachowanego w Tajnem archiwum Stanu w Berlinie.

1347. (14a Februarii)

In nomine domini Amen. Quod Magnifica Regum magestas facere decreuit, maxime ad vtilitatem Regni sui, debet esse firmum et stabile, roburque perpetue firmitatis obtinere. Nos igitur Kazimirus dei gracia Rex Polonie notum facimus vniuersis, tam presentibus quam futuris, hanc paginam inspecturis: Quod cupientes vtilitates regni nostri peramplius ampleare, ad peticionem itaque fidelis nostri Imrami heredis de Negoua, eandem villam Negouam cum Przisolconibus pertinentibus ad ipsam villam, de iure Polonico in ius Theutonicum, quod Szredense dicitur, transferimus perpetuo duraturum. Dantes predicto Imramo villam predictam Negouam iure Theutonico supradicto locandi, disponendi, scabinos eligendi, mansos mensurandi, scultetum in eadem villa ponendi, vendendi sculteciam hereditarie, omnimodam potestatem: remouemus eciam ibidem omnia iura Polonicalia, angarias et perangarias quascunque polonicales, quocunque nomine censeantur; ita, quod scultetus predicte ville, quicunque pro tempore fuerit, Coram Castellano, palatino, uel quibuscunque iudicibus ipsorum minime respondere tenebitur, nisi coram nobis, dum tamen per nostram literam fuerit citatus, aut coram domino ville predicte; Kmethones vero coram sculteto iamdicte ville, iure Theutonico supradicto, citati respondebunt. In causis autem magnis uel paruis quibuscunque Sculteto sepedicte ville et scabinis, ad quamcunque penam condempnandi et puniendi, prout ipsum ius Theutonicum Szredense postulat et requirit, et omni iure Theutonico vti prenotato, secundum quod alie ville, eodem iure Theutonico locate, vtantur, damus omnimodam facultatem. In cuius rei testimonium nostrum sigillum duximus presentibus appendendum. Datum Cracouie, in die Cinerum, Anno domini Millesimo. Trecentesimo xl° septimo. Presentibus hijs testibus. Henrico Castellano Visliciensi, Petro Voyski Cracouiensi, Hermanno Cuiauiensi, floriano Lanciciensi, Cancellarijs, Thomislao vicecancellario aule nostre et Dobeslao subdapifero Cracouiensi, et alijs.

Z oryginału pergaminowego należącego do klasztoru Ojców Dominikanów w Krakowie. Od środka na zielonym sznurku iedwabnym wisi zepsuta wielka majestatyczna pieczęć, na której prócz wizerunku króla na tronie siedzącego berło w prawicy a iabłko w lewicy wyciągniętej trzymaiącego nic z resztą nie widać.—

1351.

*)

Noverint universi præsentes literas inspecturi, quod nos Wilczko, castellanus sandomiriensis, cedimus de advocatia in civitate Skala sororibus de sancto Andrea, quam tenemus ex parte relictæ dictæ dominæ Nęmierza in CXVI marcis, eo iure, quo ipsa et nos tenemus cum molendino, piscina, prato, balneo, tribus mansibus, septem hortibus (sic) quinque macellas carnium, tertium denarium de iudicato, cum toto iuramento; ratione vero prædictæ pecuniæ et advocatiæ nobis obligant et adobligaverunt villam earum vulgariter dictam Sobota**) in territorio sandomiriensi cum omnibus utilitatibus et fructibus ibidem, cum agris, pratis, aqua, rubetis et aliis omnibus fructibus, qui ibidem fuerunt vel esse poterunt. Quando prius vero de prædicta hereditate cedere volumus nisi in festo nativitatis Christi vel in octavis prædicta pecunia nobis ex integro solvatur. Nos vero promittimus prædictam hereditatem Sobotham graniciis et gadibus earum cum iuvamine ut ab antiquo fuerunt limitare.
Quando vero prædicta pecunia nobis solvetur, tunc promittimus omnia pariter cum seminibus in terra seminatis gratiori dimittere. Cæterum autem sciendum est omnibus, quod nobis obligant et obligaverunt sorores villam earum vulgariter dictam Czermno***) eo iure, quo solæ tenuerunt ab antiquo in graniciis eiusdem villæ videlicet

---

*) podał do oblaty w r. 1637 ur. Abraham Łucki, Komornik ziemski krakowski — z oryginału pieczęcią wiszącą zaopatrzonego.

**) Dziś wieś Sobutka w powiecie sandomirskim

***) Czermno wieś w województwie sandomirskiem, powiecie koneckim —

delicet cum agris, pratis, aqua, merica et cum omnibus utilitatibus et fructibus, qui sunt vel possunt esse ibidem in predicta villa in LXIIII marcis grossorum, de qua hæreditate prius cedere non debemus, nisi prædicta pecunia nobis restituetur in nativitate Christi vel in octavis cum omnibus seminibus in terra seminatis promittimus dimittere fide data. Insuper sciendum est, quod si prædicto domino contigerit aliquas villas locare in mericis vel rubetis prædictarum villarum, quæ erant peccuaria ea parte .....
non pertinent ad prædictum dominum sed ad prædictas sorores. In cuius rei testimonium sigillum nostrum appendimus. Visis his testibus videlicet dominus Gregorius Mozrewski et dominus officialis cracoviensis et dominus Christinus de Michow et Michael et Franco de Szaspow et Dulio Pinsianka et procurator ibidem St. Andrea Jacobus plebanus de Oszkow. Sub anno Domini MCCCLI.

O. 61. p. 1457.

1354. (kopja). 124

(Karw. 1)

Karw.

? Anno 1354, die 25. Januarii in Radom, Kazimirus, rex Poloniae etc., divisionem bonorum, ~~situatorum~~ in terra Sandomiriensi et Cuiaviensi, jacentium coram se inter fratres patrueles, de Domaniowice, Smogorzów, Krzczonów, Skrzynno etc., haeredes, factam, ratam habens, confirmat.

In nomine domini amen. - Cum divisiones, vendiciones, resignaciones et contractus qualescunque, nullum robur firmitatis possint obtinere, nisi solenni titulo terrarum (s.) et testimonii annotacione roborentur, eapropter nos, Casimirus, dei gracia, rex Polonie, necnon Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiauie, Pomeranie que terrarum dominus et heres, vniuersorum noticie, tam presencium, quam futurorum, publice profitentes, declaramus, Quia venientes ad nostram et baronum nostrorum presenciam, discreti viri, fideles nostri, Petrosius, filius Cristini de Damniowicze[1.)] cum suis fratribus patruelibus, Mieczslao et Wlodimirio, filiis Wlodimirii de Smogorzow[2.)], necnon Miscugio de Krczonka[3.)], filiis Otte, dicti Rzeczoni de Skrzin[4.)], sani mente et corpore existentes, non compulsi, nec coacti, neque aliquo dolo circumuenti, aut er-

rore seducti, sed de bona et matura delibera-
cione animorum suorum, diuisionem bonorum
suorum inter se fecerunt infrascriptam, que
talis est:- Quod eidem Petrusio, filio Cristi-
ni, iste hereditates Damniowicze[1.)] cum dua-
bus libertatibus, videlicet Trzebina[5.)] et Krz-
czonow[3.)] Ruskouicze[6.)], ex toto, necnon medietas
hereditatis Przystanouicze[7.)], in terra Sando-
miriensi sitte (s.), in terra autem Craconiensi
medietas hereditatis Lubzino[8.)] et medietas he-
reditatis Pokulowo[9.)] et medietas de omnibus
lacubus, in eisdem hereditatibus Lubzino[8.)] et
Pokulowo[9.)] sittuatis cum omnibus vtilitatibus,
vsibus, fructibus, redditibus, censibus, agris,
aquis, pratis, pascuis, rubetis, quercetis, sylvis (s.)
et vniuersis pertinencijs, prout in suis metis et
terminis circumferencialiter sunt distincte, ces-
serunt pro ipsius integra et totali in perpetuum
cum ipsius progenitis et successoribus tenende (s.)
habende, donande, vendende, commutande et
possidende, pro sua et suorum posterorum vo-
luntate conuertende. Mecrslao aut (s.) et
Wlodimirio, filiis Wlodimirii, fratribus vterinis
de Smogorow[2.)], hereditatem Smogorow[2.)], Sokol-
niki[10.)], Russinow[11.)] et Volia, dicta Krzeslawicze[12.)]

ex toto sitt(iate?) in terra Sandomiriensi; in terra autem Cuiauiensi medietas Lubzino[8] et medietas Pokulowo[9], hereditatis predicte et medietas de omnibus lacubus in eisdem limitis cum omnibus vtilitatibus suprascriptis cesserunt in perpetuum pro ipsorum integra porcione et totali. – Quiquidem fideles nostri, videlicet Petrusius (s.) filius Cristini, Mecrslaus et Wlodimirius, filii Wlodimirii et eorum successores medietatem ius (s.) patronatus, videlicet in villa Pokulow[9], ad quam pertinet villa Palczo[13], habi(tis) [illegible] et habendis, dandis et conferendis eandem sacerdoti, cui placet. Item Miscrugio et Cuczanta, filiis Otte, dicti Rzecroni de Skrzin[4] iste hereditates, videlicet medietas eisdem (s.) hereditatis Skrin[4] Brzezinki[14], ex toto in terra Sandomiriensi sitte, et in terra Cuiauie villa Pokukow[9] (s.) ex toto et cum molendino et vniuersis utilitatibus et prouentibus, superius expressis et cum medietate lacus Swencza[15], similiter cesserunt (org: cessent) pro ipsorum porcione integra et totali. – Quiquidem Miscugius et Cuczanta aliam mediam partem ius patronatus ecclesie predicte in Potukow[9] (s.), ad quam pertinet eadem villa Potukow[9] habent et habere debent et conferre sacerdoti cuicunque pro libertate ipsorum

voluntatis. Et ne eadem diuisio, sic solenniter coram nobis celebrata, possit in posterum per quempiam calumniose suffocari, eandem presentibus cum aspensione (s.) nostri maioris sigilli duximus roborandam. Actum in Radom[16.] in die conuersionis S. Pauli, anno domini M.CCC. quinquagesimo quarto. Presentibus his (s.) testibus, Preclao, Posnaniensi, Wilczkonis (s.) Sandomiriensi, Castellanis, Hermanno, Cuiauiensi, Floriano, Lanciciensi, Cancolariis (s.!)[17.], Nicolao, subdapifero Cracouiensi, Janussio, herede de Mliwo[18.] (s.) et aliis multis fidedignis. Datum per manus domini Floriani, Cancellarij Lanciciensi (s.) prenotati.-

Kopja prywatna papierowa, spisana na półarkuszu folio prawdopodobnie w samym końcu wieku XVI, a w każdym razie przed rokiem 1644-ym. - Znak wodny wpośrodku przedstawia dwie równoległe sobie linije koliste, jedną w drugiej (śred. zewnętrznej 4½; wewnętrznej 3¾ ctm.); zarówno pomiędzy obu linijami, jak i w środku koła wewnętrznego, cała przestrzeń wypełniona niewyraźnymi, i niezrozumiałymi linijami, jakby napisem.- Tekst zajmuje półtorej stronicy, jest w kilku miejscach, mianowicie na składach, nieco uszkodzony.- Rubrum (na dolnej połowie) stronicy odwrotnej, znajdujące się, posiada napis tąż samą ręką i współcześnie sporządzony: „Inscripcio diuisionis antecessorum Karuiczki de Damiuiowicze[1.], Skzin[4.], Lubzino[8.] etc., heredum, coram Serenissimo domino Casimiro, Rege Polonie, facta, (a po odstępie) Cura Generosi domini Cristini Karwiczki, inscripta."- Ten Krystyn, syn Jenego, dziedzic Karwic[19.] itd. + w r. 1644. (Arch. rodz. Dunin-Karwickich).- Za wzór tej kopji, mimo jej błędów, służyć musiał niewątpliwie swego czasu autentyczny oryginał.- Własność Wp. Józefa Dunin-Karwickiego z Modrzewia

Pisownię, o ile na to charakter kopji pozwolił, zachowaliśmy tu średniowieczną.

1354

ad Karw.

1.) Domaniowice, gub. Kielecka, pt. Olkuski; par. Bydlin.

2.) Smogorzów, gub. Radomska, pt. Opoczyński; par. Smogorzów.

3.) Krzczonów, gub. Radomska, pt. Opoczyński; par. Drzewica.

4.) Skrzynno, osada paraf; gub. Radomska, pt. Opoczyński.

5.) Trzebina, gub. Radomska, pt. Opoczyński; par. Sołek.

6.) Ruszkowice, gub. Radomska, pt. Koński; par. Borkowice.

7.) Przystałowice duże, gub. Rad. pt. Opocz. par. Klwów.

8.) Lubsin, gub. Warszawska, pt. Nieszawski; par. Piotrków.

9.) Miejscowość dziś nieistniejąca, a ongi w dzisiejszej gub. Warsz., powiecie Grójeckim, położona (por. 13.).—

10.) Sokolniki, gub. Rad. pt. Radomski; par. Skrzynno.

11.) Rusinów, gub. Rad. pt. Opocz. par. Nieznamierowice.

12.) Krzesławice, gub. Radomska, pt. Opocz. par. Smogorzów.

13.) Palczew, gub. Warszawska, pt. Grójecki, par. Wrociszew.— Wieś ta stanowiła dawniej część Potułowa (por. 9)

14.) Brzezinki, gub. Radomska, pt. Opocz. par. Gielniów.

15.) Jeziorko tej nazwy w okolicy właściwej dziś nie istnieje.—

16.) Radom, mto. gub. w Król. Pols.

17.) Być oczywiście winno: „cancellariis."—

18.) Mlewo, w Prusach nad Drwęcą, pt. Toruński, par. Kiełbasin.—

19.) Karwice, gub. Radomska, pt. i par. Opoczno.

Dokument drukowany na str. 110-112 wydawnictwa p.t. „Materyały

do historyi rodzin Duninów", prowadzonego zeszytami we Lwowie w latach 1857–1858 przez Jerzego Szpota Dunina, drugiego pisarza i rachmistrza w zakładzie narod. im. Ossolińskich. ~~we Lwowie~~. – Wydawnictwo to nie znajdowało się nigdy w handlu księgarskim. – Przedruk, o jakim mowa, zawiera wiele błędów. –

Col

22.

127

1354. [23. VI.]

Nos Kazimirus dei gracia Rex polonie. significamus, quibus expedit, vniuersis. Quod in nostri nostrorumque Baronum presencia fideles nostri dilecti Nicolaus et Jeorgius Advocati nowe Sandecz et (sic!) tria Maccella cum dimidio cum omnimoda libertate et dominio, proventibus, censibus, sicuti ipsi ea actenus possiderunt (sic), fidelibus dilectis nostris Consulibus Sandecensibus et eorum successoribus vendiderunt, et predicto jure libertatis vendendi, pacifice possidendi, donandi, resignauerunt. Hoc adiecto, si idem consules predicta Maccella, et que antea possidebant, et que in futurum emere sperant, vendere spontanee voluerint, Extunc predicti Advocati sunt vicipniores juxta valorem emendi viceuersa aput predictos Consules, aut eorum legittimos successores: consimilem huic litere Advocatis supradictis dari fecimus, propter memoriale futurorum. In cuius rei euidenciam sigillum nostrum duximus appendendum. Datum Sandecz. In vigilia beati Johannis baptiste, Anno domini Millesimo tricentesimo quinquagesimo quarto. Presentibus hys testibus: Petro nossal, cancelario Sandecensi, domino Petro Cancelario Cuiawiensy, Clemente gladifero Cracowiensy et alys pluribus fidedignis.

Z oryginału pergaminowego do Magistratu Sandeckiego należącego. Pieczęć Królewska mniejsza, na sznurku jedwabnym czerwonych nici w środku zawieszona, woskowa czerwona, w skorupie z woskowej massy brudnej zawarta, przedstawia:
Orła Piastów w Koronie: na około pomiędzy dwoma obwódkami napis:
+S. KAZIMIRI D'I GRA REG' POLONIE.

1354. die 3. mensis Octobris, Cracoviae.

Casimirus rex Poloniae, civitati Pilzno, coenobii Tinecensis ordinis s. Benedicti propriae, privilegium iuris Teutonici, quali civitas Cracoviensis regebatur, confert. 1)

In nomine Domini Amen.

Sic nos decet in agendis devotorum nostrorum profectibus graciosa consideracione prospicere, ut qui eos ad impendenda grata nobis devota obsequia promptos esse volumus, ipsorum eciam utilitatibus et commodis efficaciter intendamus. Igitur nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie, nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie Pomeranieque dominus et heres, universorum noticie tam presencium quam futurorum publice declaramus, Quod attendentes devocionem religiosorum virorum Johannis abbatis et conventus Tynciensis, ordinis sancti Benedicti, meritaque ipsorum nobis plurimum accepta, iuxta optata condicionem cupientes efficere meliorem, damus et concedimus eisdem abbati et conventui in bonis eorum iacentibus in terra Sandomiriensi, Civitatem nomine Pilzno 2) locandi iure Theutonico, quo Civitas nostra Cracoviensis regitur et gubernatur, omnimodam facultatem. committimus eciam ~~generose~~ graciose, ut dies fori pro melioracione Civitatis predicte feria tercia cuiuslibet septimane notabiliter statuantur.

Preterea, ut eadem Civitas et Incole ipsius in suis Iuribus valeant uberius adaugeri, Absolvimus Advocatum et suos successores, ~~universos~~ necnon Incolas Civitatis memorate ab omnibus Iudicijs et Iurisdictionibus omnium palatinorum, Castellanorum et quorumlibet iudicum, Subiudicum ac Ministerialium nostri regni et penitus liberamus, Ita quod coram ipsis vel eorum aliquo pro causis magnis vel parvis nulli debeant respondere, nisi Incole predicti coram suo Advocato Iure suo Theutonico Maydeburgensi respondebunt ~~respondere debent~~, Advocatus vero et sui successores non alias, nisi coram nobis, dum tamen

per

per literam nostro sigillo munitam euocati fuerint, tunc de se querulantibus non aliter quam suo iure Theutonico respondere teneantur. In causis autem capitalibus et criminalibus puta furti, sanguinis, homicidij, incendij et alijs uniuersis Aduocato prefate ciuitatis iudicandi et sentenciandi plenam et omnimodam elargimur potestatem, prout ipsum Ius Theutonicum postulat et requirit. Concedimus eciam Regio ex fauore, ut Incole ciuitatis predicte omnibus et singulis Iuribus, exaccionibus seu collectis generalibus et specialibus et negocijs quibuscunque secundum consuetudinem ciuitatis Cracouiensis gaudeant et fruantur. Insuper permittimus de nostra gracia speciali dicte ciuitati iudicium pugne seu duelli volentibus experiri, cum de hoc fuerit iudicatum, nostra absencia non obstante. Preterea ut iam dicta ciuitas feliciuo per amplius possit collocari, omnes et singulos incolas ciuitatis eiusdem ab omnibus seruicijs polonicalibus et solucionibus ac alijs uniuersis angarijs, perangarijs quibuscunque modis censeantur, que ~~contra~~ ipsum Ius theutonicum perturbare consueuerint, absoluimus et perpetuo liberamus. Insuper volentes prenominatis Abbati et Conuentui ciuitatique memorate beneuolenciam impendere specialem, damus, admittimus et fauorabiliter impertimur omne genus artificiorum, secundum quod per Industriam suam excogitare poterint locare, statuere ac libere exercere.

Et ut premisse ciuitatis habitatores in sua locacione commodum consequi valeant et profectum, ex nunc omnibus et singulis ab omnibus nostris exaccionibus, contribucionibus, collectis quibuslibet et tributis ac de agris cultis infra sex annos, de incultis uero fruticosis et nemoribus densis viginti annos continuos libertatem plenam et omnimodam elargimur.

In

In cuius rei testimonium et evidenciam clariorem presentes dedimus nostri sigilli munimine roboratas. actum et datum Cracovie feria sexta infra octavas sancti Michaelis archangeli, anno domini Millesimo ~~trecente~~ CCC^mo ~~simo~~ quinquagesimo quarto (~~1354~~). presentibus hijs testibus: Johanne palatino, Wyszcone castellano Sand~~ecensi~~ omiriensi, bus, Andrea subcamerario Cracoviensi, Hermano procuratore generali, Stanislao Malogostensi, Zawisza Sandecensi castellanis et alijs multis fidedignis.

1) Z kopii oblatowanej (na str. 223) w księdze drugiej ~~naj~~wyższego sądu magdeburskiego na zamku krakowskim - przechowanej w archiwum akt ziemskich i grodzkich województwa krakowskiego w Krakowie. Oblata nastąpiła w r. 1424, fr. V in crastino s. Arnolphi.

2) Pilzno, miasto powiatowe obw. tarnowskiego.

~~3) W kopii mylnie „Sande-censibus"~~.

~~Litere hec oblatuate sunt in libro 2do actorum iuris supremi castri cracov, sub feria quinta in crastino sancti Arnolphi 1424. sub fer 1198 p. 220.~~ —

Cracoviae, an. 1356. die 23. mens. Januarii.

(I)N cristi nomine Amen. Cum omnes et singuli contractus. venditiones. empciones. et resignaciones. eo perheniores existunt firmitatis. quo penes magestatem Regiam habite ac celebrate. scriptis ipsius autenticis fuerint insignite. Ideoque nos Kazimirus dej gracia Rex Polonie, nec non Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyawie, Pomoranieque terrarum ac Ducatuum Dominus et heres, Notum facimus perpetuam ad memoriam quibus expedit presencium tenore universis, Quod ad nostram Baronumque nostrorum accedens presenciam, fidelis noster Clemens heres de Sopichow, cum bona sui animi deliberacione, sanus mente, pariter et corpore, non fraude, dolove circumventus, vel metu ....us aut compulsus recognovit et confessus est publice, habere se ~~et~~ ac habuisse, in parata, prompta, et numerata pecunia. sexaginta marcas grossorum ....[nu]meri et pagamenti, in nostro Regno comuniter currentis, unum Equum pro decem marcis, et de panno pro una marca grossorum ....ti predictorum, a fidelj nostro et dilecto Andrea herede de Wawrowicz, pro qua quidem pecunia, Equo, et panno, eidem Andree cum [suis ~~here~~ successor]ibus legitimis hereditatem suam Belchecz wlgariter nuncupatam, situatam in Terra Sandomiriensi, cum omnibus suis Juribus, pertinencijs, fructibus, reddditibus, censibus, utilitatibusque universis provenientibus quocunquemodo. de arboribus, de terra, et aquis, prout predicta villa Belchecz. in suis gadibus et granicijs est circumquaque distincta, vendidit ex toto et resignavit, ac omni Juri quod ibj habuit, suo, suorumque successorum legitimorum nomine solempniter et expresse renunciavit. Nos vero huiusmodi empcionem, vendicionem, resignacionem et renunciationem, utpote racionabiliter factam et celebratam, ratam, gratam, firmam, ac inviolabilem perpetuis permanere temporibus volentes, Consideratis eciam varijs et multiplicibus fidelibus servicijs et utilibus, que nobis Andreas iamdictus exhibuit, et domino adhuc concedente exhibebit, confirmamus, approbamus, et ratificamus, harum sub appensione magestatis nostre sigillj, testimonio, litterarum.

Actum

Actum et datum Cracovie, sabbato proximo ante festum conversionis sancti pauli apostoli, Anno domini Millesimo. Trecentesimo. Quinquagesimosexto. presentibus hijs testibus, Stascone Castellano Malogostensi. Andrea Cracoviensi. Raphaele Sandomiriensi Subcamerarijs, Segneo preposito ecclesie sancti michaelis in castro Cracoviensi, Andrea milite herede de Pissari, et Thomislao aule nostre vicecancellario. Scripsit autem Johannes de Busco Malogostensis plebanus notarius curie nostre. Datum autem per manus domini Sbigneij. Cancellarij Cracoviensis nostri Consiliarij precipuj et supremj. ;.)

Oryginał należący do Jew. Hrab. Piotra Moszyńskiego jest na wielkiej pergaminowej karcie, w złożeniu wygniłej i w słowach textu (wykropkowanych lub zaklamrowanych u mnie) uszkodzonej. Pieczęci nie ma, tylko dziurki trójkątne od sznura: spód karty do pieczęci przywinięty. – Pisanie czyste i czytelne. Linie po nad którymi blizko siebie pisane czarne, snać piórem cienielko robione, bo się gummą wytrzeć nie dały: boczne do ~~ty~~ których te linie dochodzą marginesowe linie, z obu stron podwójne, tymże samym sposobem są pociągnięte.

Na grzbiecie dawny napis: „Desuper ~~Bel~~ Belczek" – drugi zaś późniejszy, snać wieku 18: „Approbatio Regalis Emptionis Haereditatis Belcek pro parte Haeredis in Wawrowice recognitae 1356." – NB. Rok. 1356. był rok przestępny (bissextus v. intercalaris); ~~więc~~ Nawrócenie Sgo Pawła (t. j. 25. Stycznia) wypadało na dzień Poniedziałkowy, – więc Sobota przed tym Poniedziałkiem, była d. 23. Stycznia. –

Col

23.

131

1356. 22/4 [21. IV.]

Nos Wydzga Castellanus[1] Sandaczensis. Ad vniuersorum, quibus expedit, noticiam deducimus per presentes: Quod honorabiles viri Paulus Aduocatus, Jacobus Heynol, di, Heynussus longus, Jordanus guntheri, Hermannus Syffridi, Conczelmus niger, Jacobus sculletus de Smylna, Consules Sandaczenses, ad nostram venientes presenciam, priuilegio attentico ipsis a Magnifico principe domino nostro Karymiro illustri Rege Polonie dato, coram nobis manifeste et efficaciter ostenderunt, propter multifariorum fidelium suorum Seruiciorum merita, Ciues dicte Ciuitatis Sandacz, pariter et alios homines vndecunque vel cuiuscunque condicionis fuerint, ad dictam Ciuitatem Sandacz, ligna pro structura domorum, Cremacione ignium, seu quauis alia vtilitate ducentes, a solucione Theloneij in Rittyr solutos esse perpetue et exemptos. Volentes igitur ea, que per serenissimum dominum nostrum Regem supradictum, de gracia speciali et fauore concessa sunt, non infringere, sed pocius vt bene decet, arcius et inuiolabiliter obseruare, Eosdem Ciues, vel eciam vndecunque aut cuiuscunque condicionis fuerint, homines, prout a benignitate illustris Regis libere dimissi sunt, sic eciam ipsos solutos perpetue dimittimus omnimode et exemptos. In cuius rei testimonium presentes fieri, et Sigilli nostri munimine fecimus communiri. Actum et datum in supradicta Ciuitate Noua Sandacz: Anno domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo Sexto, in magna feria Quinta, presentibus hys testibus: videlicet Jeskone Gladissio procuratore Sandaczensi, et Consulibus prescriptis, necnon Petro de ylkus pro tunc Notario Ciuitatis eiusdem, et alys quampluribus fidedignis.

Na grzbiecie złożonym charakterem 16° wieku napisano: „Libertas in castro ritter a roboribus."

Z oryginału pergaminowego do Magistratu Sandeckiego należącego, u którego w miejscu pieczęci tylko tasiemka pergaminowa pozostała.

[1]) oryginała mylna, był bowiem wówczas kasztelanem sądeckim Zawisza z Kurozwęk, a Wydzga był tylko starostą.

Privilegium Sculteti de Lubien

In nomine Domini amen. ad perpetuam rei memoriam Nos Johannes de Ctiszow Castellanus et Capitaneus Cracoviensis significamus tenore presentium universis presentibus quam futuris presentium notitiam habituris quod videntes et sane intelligentes Privilegium super Sculteciam in villa dicta Lubyen Serenissimi Principis et Domini et Dni felicis recordationis Regis Kazimiri publice recognoscentes profitentes cujus Privilegi tenor sequitur in hunc modum

In nomine Domini amen

Quod magnifica Regum decernit fieri authoritas, ratum atque stabile debet perpetue permanere: eapropter Nos Kazimirus D. G. Rex Poloniæ cæterarumque Terrarum Cracoviensis Sandomiriensis Siradiæ Lanciciæ Cujaviæ Pomoraniæ majoris Russiæque Dominus et Hæres universorum notitiam tam presentium quam futurorum presentibus declaramus, quod volentes utilitatem Regni Nostri peramplius dilatare. Silvam nostram sitam inter fluvios vulgariter dictos Rabba et Squorba à Lethownia usque ad fluvium Cassyna in Terra Cracoviensi exposuimus ad locandum in eadem Sylva Nostra infra fluvios et a utraque parte fluviorum, villam de septuaginta mansis Franconicis jure Teutonico Magdeburgensi nomine villæ Lubyen vulgariter imponentes, Honesto viro Nicolao de Uszcie: Ratione cujus locationis Nicolaus predictus sculteciam habebit in eadem villa cum suis legitimis successoribus, jure hæreditario perpetuis temporibus possidendam, habendam tenendam utifruendam alienandam commutandam donandam vendendam ac pro sua et suorum Successorum voluntate libere benevole ac pacifice convertendam, cum omnibus juribus et pertinentiis infrascriptis: videlicet duos mansos liberos cum una Taberna libera, Macellas Carnium, Bancos panum Sutorum, molendina duo

Molendina duo in predictis fluviis et tertium mansum liberum, habebit etiam ante dictus duas piscinas ibidem collocare potest. Scultetus memoratus etiam habebit omnia juramenta, et tertium denarium de omnibus penis magnis vel parvis, duobus vero denariis pro Nobis reservandis. Licebitque Sculteto predicto ac suis Successoribus legitimis piscari venari et mellificia informare intra limites hæreditatis antedicta, et in aliis hæreditatibus in nostris granitiis libere in omnibus collibus et montibus usque ad granities Hungaricales.

Scultetus autem qui pro tempore fuerit ad expeditionem in uno equo cum balista nobis famulari tenebitur, si vero idem Scultetus non fuerit aptus ad Servitia extunc Nobis marcas tres tenebitur exsolvere: ad judicia autem magna quæ ter in anno fieri consueverunt, unum prandium Scultetus et duo prandia kmethones nuntio nostro quem ad hæc mittemus ministrare tenebuntur, vel per fertonem pro quolibet sunt solvere adstricti.

Pro censu vero Villæ prædictæ kmethones, libertate expirata, perpetuo quilibet illorum de quolibet manso singulis annis pro festo S. Martini nobis et nostris Successoribus per octo Scotos; pro decima vero tres Scotos cui de jure debebitur; et Rectori Ecclesiæ ibidem unam Siliginis mensuram et unam avenæ solvere sunt astricti

Insuper addimus ibidem pro Ecclesia duos mansos liberos et duos pro pellenda grege quod vulgariter Skotnitzka nuncupatur.

Adjungimus etiam Sculteto predicto et Suis Successoribus legitimis de nostra gratia Speciali in omnibus Silvis et fluviis, ~~et~~ in frutetis omnibus et fructibus nobis pertinentibus quod dicitur vulgariter gaiowe tertiam partem.

Pretorea removentes ibidem omnia Jura Polonicalia quæ ipsum Jus Teutonicum perturbare Consueverunt, absolvimus Scultetum dictæ villæ et Successores suos ac Cmethones ibidem ab omnibus Judiciis Jurisdictionibus omnium Palatinorum Castellanorum Judicum Subjudicum Regni nostri et officialium ministerialium Ipsorum.

lium ipsorum

lium Ipsorum. Itaque predictus Scultetus et Successores sui Coram Ipsis vel coram aliquo, pro Causis magnis vel parvis, puta furti, Sanguinis, homicidii, membrorum mutilationis, aut aliis quibuscunque causis citati minime respondebunt, sed tantum Sculteti et Successores sui coram Nobis aut Judice Nostro in Castro Cracoviensi dum per Nostras literas nostro Sigillo sigillatas citati fuerint, tunc de se querulanti suo Jure Teutonico Maydeburgensi respondebunt. Cmethones vero coram Sculteto predicte Ville ~~audire~~ respondere tenebuntur suo jure Teutonico: in causis autem Criminalibus aut Capitalibus magnis aut parvis superius expressis predicto Sculteto et suis Successoribus legitimis judicandi puniendi sententiandi Condempnandi damus omnimodam potestatem, secundum quod ipsum Ius Teutonicum postulat et requirit.

Cujus data Regie maiestatis habetur ab Annis N. D. 1360 [1368] feria quinta [proxima] post Dominicam Quasimodo geniti infantes presentibus his Testibus Dno Jaskone Cracoviensi Joanni Woynicensis Castellani: Bodzanta Procuratore generali; de Wawrowice: Andrea Subjudice Cracoviensi: Predborio de Brezye; andrea dicto Lathala et aliis quampluribus fide dignis

In cujus Regalis donationis Privilegii sigillum nostrum jussimus presentibus fore appensum Datum Cracovie feria sesta post festum ascensionis Dei Anno a Nativitate Ejusdem 1449.

Ex actis Regalibus transsumptum.

1365. [9.V.]

Nos Nicolaus judex et Andreas subiudex generales Castri Cracoviensis notum facimus quibus expedit universis praesentem literam inspecturis quod veniens ad nostram nostrorumque assessorum praesentiam tunc cum in colloquio generali praesidebamus discretus vir Petrus de Morgana cum matura deliberatione totam partem hereditatis quamcunque dinoscebatur ~~posse~~ ~~dre~~ habuisse recognovit se perpetuo vendidisse in Pollok pro viginti marcis grossorum pragensium numeri polonicalis et publice coram nobis resignavit Bartholomeo Floriano Sulconi haeredibus de Pollok quam quidem partem hereditatis ipsi et eorum posteri legitimi debeant pacifice possidere. In quorum evidentiam nostra sigilla praesentibus duximus appendenda. Actum et datum Crac in q. crastino scti Stanislai epi Mart anno Dni MCCCLX quinto et praesentibus

nijs nobilibus viris Dnis Johanne decano Andrea palatino Mroivogio subcamerario Cracoviensibus Petro Woynarensi (cap. Wapnicensi) Grothone Lub. linensi Andrea Tarnoviensi castellanis et aliis multis personis fide dignis.

Wisi pieczęć na pasku pergaminowym wyobrażaj-ca herb Wąż z napisem na około S. Nicolai judicis Cracoviensis.

Przepisano z Pamiętnika Warsz. 1815. T. III. p. 342.

1365. [16. VI.]

Nos Jacobus iudex et Wylcko subiudex tunc Sando-
miriensis generales, significamus tenore presencium universis,
quibus expedit, quomodo nobiles Micko alias Byrzittwa
de Hrzsycze parte ex una et nobis Nicolaus de Wrzecze,
parte ex altera, ad nostram nostrorumque assessorum presen-
ciam venientes, non compulsi nec coacti, nec aliqua ~~fraude~~e
mala seducti, sed sani mente pariter et corpore fassy sunt et
publice recognoverunt, inter villas fecisse gracicies seu signa
Hrzsycze et Wrzecze in parte dextra iuniori Wdrzecze et ad
sinistram Hrzsczicze, a signo thoporzisczko ad signum sadi-
cziersz, et a predicto signo sadykyerz usque ad signum baly-
lug, et a signo balylug usque ad signum seu viam Koporinka
et ab eadem via quanto reccius ad gracicies Chmelick et a
gracicie predicto (!) usque ad viam, que currit de molendi-
no Chmelycz Irzecrasam ad fluvium Chmelicza et nuncupa-
tis signis seu gracicibus inter predictas villas parte ex utra-
que finem teneri debet sub vadio centum marcarum. Harum
quibus in testimonium nostra presentibus sigilla sunt suba-
pensa. Datum in Sydlow feria secunda proxima post festum
Corporis Christi, anno D. M° CCC° L X° V. Presentibus: Jel-
via de Zambrzecz, Bronissio de Byechow, Bronissio de Wo-
yecza, Jelka de Gnoyno, Nicolao de Strzelcza, Treczkone de
Byechow et alijs bonis testibus.

Dokument pargaminowy. Po dwóch pieczęciach zostały
nacięcia w zakładce.

CCLXXVIII. 1365. die 3. mensis Septembris.

*)

In nomine Domini Amen.

Que regia munificentia ad perpetuam rei memoriam facere decreverit nulli futurorum aliorum ea expedit violare. Proinde nos Casimirus Dei gratia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie Pomeranieque dominus et heres Russie. Ad notitiam presentium et futurorum cupimus devenire. Quia veniens ad nostram presentiam, dum in Niepolomice nostre venationis personaliter fueramus constituti, nobilis vir Leonardus, noster fidelis dilectus, heres de Gawtow, nobis humiliter supplicavit, ut propter violentias, quas nostri procuratores ac viceprocuratores de Niepolomice eidem Leonardo cum suis hominibus faciunt, descenderemus ad conspiciendas granities, que ab antiquis temporibus sunt in suis circumferentiis inter Niepolomice**) et villam dictam Gawtow realiter limitata. Nos vero habita diligenti consideratione fidelium obsequiorum ipsius Leonardi, que nobis et nostre maiestatis genitori multis retroactis temporibus fideliter exhibuit et per exhibitionem eorundem in conspectu nostre maiestatis gratus esse meruit et acceptus, volentes eundem Leonardum speciali gratiarum nostrarum prerogativa horum intuitu reddere consolatum, ut non solum ipse Leonardus sed etiam sui sequaces per hoc reddantur in antea ad nostra servitia promptiores, sola propria in persona cum nostris baronibus nobiscum protunc existentibus et cum antiquis emethonibus, quibus ex utraque parte Niepolomice et ville dicte Gawtow sub fide iuramenti fore totum extitit, ad conspiciendas 1) 2)

*) podat do oblaty wr 1684 szl. Adam Putkowski imieniem ur. Jana Brechffy.

**) Niepolomice, miasto powiatowe, własność rządowa.

ciendas granicies cum monticulis, vulgariter dictis Kopce et arboribus, cum quibus predicte granicies ex utraque parte sunt limitate descendimus gratiose. Primitus incipiendo a fluvio dicto Raba, primo a villa dicta Miklusowice ubi a dextris prope villam Gawlow circa viam stant due arbores quercine et duo monticuli dicti Kopce: sub illis arboribus ulterius omnes vias ad sinistram manum dimittendo et viam nostram a dextris pro veris granicies habendo, que limitat granicies inter villam Gawlow et pusztinam sive Niepotomice, ubi a dextris vie ipsius est lacus vulgariter dictus Lug, ulterius stat arbor quercina cum monticulo, per bonum spatium stant duo monticuli a sinistris via, que adversus Puschinam sive Niepoto-
3 mice, inter quos est arbor pineta, recte in medio et a sinistra parte lacus dictus Lug vulgariter moratur, ab illis monticulis a dextris vie iacent montes usque ad primum fluvium dictum Thiczyna, ubi stat a dextris arbor quercina et una pineta; a primo fluvio Thiczyna usque ad secundum fluvium Thiczyna una via vadit a dextris et alia via vadit a sinistris et una arbor cum monticulo stat prope viam, que limitat granicies; ante tertium fluvium Thiczyna vadit via de Krzyzanowice versus Chwaliczow ad montem crucis, retro tertiam Thiczynam est monticulus angularis et ultimus, a dextris ipsius
4) ville limitantur de illo monticulo recte per viam et ulterius per mericam limites vadunt usque ad arborem quercinam cum foramine quod in medio est subtus monticuli et ab illa arbore sunt arbores quercine et pinete subtus, cum monticulo tenenti Thiczynam, que iam a sinistris granicies cum lacu, qui vulgariter dicitur Lug. penes lacum vadunt limites usque ad viam, que vadit de Niepotomice in Krzyzanowice, ubi circa viam stat monticulus angularis, ad quam viam fluit

1. Gawlow Stary z Stankami, parafia Krzyzanowice, i Miklusowice z Gawlowkiem, wsie w powiecie bocheńskim.

fluit Tirzyna per montes, pertranseundo viam a dextris viæ stat arbor quercina cum monticulo. Ab illa arbore vadit via ad sinistram manum, quæ limitat granicies omnes alias vias a dextris dimittendo cum longis montibus qui iacent a dextris, sinistram viam pro graniciis reservando, usque ad finem longorum montium stat monticulus dictus Kopiec, pertranseundo viam ab illo monticulo a sinistris viæ stat arbor pineta cum monticulo, de illa arbore dimittendo viam a dextris ad Kryżanowice per bonum adultum usque ad unam arborem pinetam cum monticulo, de illa arbore usque ad aliam arborem pinetam ad bonum spatium cum monticulo et de illa arbore vadunt granicies ad unam arborem quercinam signatam, ubi est monticulus in capite vel in principio montis qui mons tendit versus lacum dictum Swiatche; ab illa arbore in monte per spatium est alia arbor quercina cum monticulo, de illa arbore in superficie montis est arbor quercina cum monticulo. De illa arbore per medium lacus Swiatche directe ex illa parte lacus stat arbor quercina, quæ limitat usque ad granicies, quæ iacent inter villam Kryżanowice et villam dictam Gawlow, quæ granicies ulterius vadunt ad fluvium dictum Raba. – Nos igitur videndo ipsius Leonardi meram instantiam ipsam villam Gawlow, prout ipsam conspeximus in suo gyro circumferentialiter, cum nostris baronibus et antiquis cmethonibus in longitudine et latitudine, prout ipsa villa Gawlow ab antiquis temporibus est limitata, confirmavimus fore iuste limitatam. Omnibus nostris procuratoribus, viceprocuratoribus de Niepolomice, qui ipsam villam Gawlow molestaverit in impedimento predicte villa perpetuum silentium imponentes, conferentes ex speciali nostra gratia eidem Leonardo cum suis legitimis successoribus in suis graniciebus per nostram maiestatem conspectis feras omnium generum venandi, scrophas pascendi, pisces in suis lacubus piscandi, cum mellificiis

quæ

que vulgariter dicuntur Barczi. omnia prata ac gra~~mmata~~minela falcandi, sylvas proprias pro usu suo scindi et pro suis edificiis excidi ad libitum proprie sue voluntatis. Insuper ex speciali nostra gratia volumus et ita decernimus ipsi Leonardo et suis legitimis successoribus ipsam villam dictam Gawlow cum omnibus suis graniciis et sylvis, mericis, querciniis, rubetis, agris extirpatis sive extirpandis ultimo alim. Et si ipse Leonardus cum suis legitimis successoribus aliquam villam de novo locaverit de iure polonico in ius theutonicum videlicet maidemburgense presentibus duximus transferendum, removentes perpetuis temporibus ibidem in villa dicta Gawlow omnia iura polonicalia videlicet castellanorum, palatinorum, iudicum, subiudicum et cetera alia iura que ius predictum teutonicum perturbare consueverunt. Quasi scultetus in villa dicta Gawlow in causis magnis sive parvis cum suis cmethonibus ad aliqua alia iura evocati extiterint. Decernimus quod de cetero scultetus coram suo domino Leonardo et suorum successorum in curia domini sui, cmethones vero coram ipsorum sculteto non alio iure nisi ipsorum iure theutonico maideburgensi ad obiecta iudicialiter respondebunt. In cuius rei testimonium sigillum nostre maiestatis presentibus est appensum. Actum et datum Cracovia feria quarta ante festum nativitatis Marie sub anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo quinto (3 Września 1365) Presentibus his testibus nobilibus et strenuis viris dominis Andrea palatino cracoviensi, Raphaele succamerario sandomiriensi, Petro de Szczekocin castellano[1] sandecensi, Andrea subiudice cracoviensi, Petro castellano woynicensi Mathia de Strzelec et aliis nobilibus fide dignis – (Datum per manus domini Janussii cancellarii regalis curie nostre.

capit

O. III pag. 1105.

Zobacz potwierdzenie niniejszego i dodatkowy przywilej pod r. 1547. –

castell.

1/ oryginale prawdopodobnie ma być pewnie „capitaneo" –

wyjęte z kopii przywilejów zawartej w Inwentarzu Ekonomii Niepołomskiej, z r. 1736. ~~gł~~ 138

1365. [3. IX.]

In nomine Domini Amen. Quae regia Magnificentia, ad perpetuum rei
memoriam facere decreverit, nulli futurorum aliorum ea expedit violare. Proinde nos
Kasimirus, Dei Gratia Rex Poloniae nec non Terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Sira=
diae, Lanciciae, Cujaviae, Pomeraniaeque Dominus et Haeres Russiae. Ad notitiam
praesentium et futurorum cupimus devenire, Quia veniens ad nostram praesentiam,
dum in Niepotomice Nostrae Venationis personaliter fueramus constituti; Nobilis
Vir Leonardus Noster fidelis dilectus Haeres de Gawtow, Nobis humiliter Supplicavit,
ut propter violentias quas Nostri Procuratores, ac Vice Procuratores de Niepotomice
eidem Leonardo cum suis hominibus faciunt, descenderemus ad conspitiendas Gra=
nities, quae ab antiquis temporibus sunt in suis circumferentiis inter Niepotomice et
Villam dictam Gawtow, realiter limitatae. Nos vero habita diligenti consideratione fide=
lium obsequiorum Ipsius Leonardi, quae Nobis et Nostrae Mttis Genitori multis retro=
actis temporibus fideliter exhibuit, et per exhibitionem eorundem in Conspectu Nostrae
Mttis gratus esse meruit et acceptus. Volentes eundem Leonardum speciali Gratiarum
Nostrarum Praerogativa, horum intuitu redere consolatum, ut non solum Ipse Leo=
nardus, sed etiam Sui Sequaces per hoc reddantur inantea ad Nostra Servitia prom=
ptiores, sola propria in persona, cum Nostris Baronibus Nobiscum protunc existen=
tibus et cum antiquis Kmethonibus, quibus ex utraque parte Niepotomice et Villae
dictae Gawtow, ~~sit~~ sub fide juramenti notum fore exstitit, ad conspiciendas Granities,
cum Monticulis vulgariter dictis Kopcze, et Arboribus cum quibus praedictae Gra=
nities ex utraque parte sunt limitatae descendimus gratiose, primitus incipiendo
a Fluvio dicto Raba primo a Villa dicta Mikluszowice, ubi a dextris prope
Villam Gawtow circa Viam stant duae Arbores Quercinae, et duo Monticuli dicti
Kopcze, sub illis Arboribus ulterius, omnes Vias ad Sinistram manum dimittendo,
et viam Nostram a dextris pro veris Granitiebus habendo, quae limitat Granities
inter villam Gawtow et Puszynam, sive Niepotomice, ubi a dextris Ipsius viae est
Lacus vulgariter dictus Lug, ulterius stat Arbor quercina cum monticulo, per
bonum spatium stant duo Monticuli a Sinistris Viae, quae adversus Puszynam, sive
Niepotomice, inter ~~hos~~ quos est arbor Pineta recte in medio, et a sinistra parte Lacus
dictus Lug vulgariter moratur, ab illis Monticulis a dextris Viae jacent montes usq
ad primum Fluvium dictum Thiczyna, ubi stat a dextris Arbor quercina, et una
Pineta, a primo Fluvio Thyczyna, usque ad secundum Fluvium Thiczyna, una Via
vadit a dextris, et alia via vadit a Sinistris, et una Arbor, cum Monticulo, stat prope
Viam, quae limitat Granities, ante Tertium Fluvium Thiczyna vadit via de Krzyzanowice
versus Chwaliczow ad Montem Crucis. Retro tertiam Thiczynam est monticulus angularis,
et ultimus. a dextris ipsius Viae limitantur. de illo Monticulo recte per Viam, et ulterius
per Mericam limites vadunt, usque ad Arborem quercinam cum foramine, quod in medio
est, subtus monticulo, et ab illa Arbore sunt Arbores quercinae, et Pinetae, subtus cum Monti=
culis tenentes Thiczynam, quae jam a Sinistris Granitierum, cum Lacu qui vulgariter
dicitur Lug, penes Lacum vadunt Limites, usque ad Viam quae vadit de Niepotomice
in Krzyzanowice, ubi circa viam stat monticulus angularis, ad quam Viam fluit Thiczyna

per Montes pertranseuntes do Viam, a dextris Viae stat Arbor quercina cum Monticulo. Ab illa Arbore vadit Via ad Sinistram manum, quae limitat Granitiés, omnes alias Vias a dextris dimittentes do, cum longis Montibus, qui jacent a dextris, Sinistram Viam pro Granitiis reservando usque ad finem longorum Montium ubi in Capite, et ultimatim longorum Montium, stat Monticulus ~~stat~~ dictus Kopecz, pertranseundo Viam ab illo Monticulo. A sinistris Viae stat Arbor Pineta cum Monticulo de illa Arbore dimittendo Viam a dextris ad Krzyżanowice per bonum adultum usque ad unam Arborem Pinetam cum Monticulo de illa Arbore, usque ad aliam Arborem. Pinetam ad bonum spatium cum Monticulo, et de illa Arbore vadunt Granitiés ad unam Arborem quercinam Signatum, ubi est monticulus in Capite vel in principio Montis, qui Mons tendit versus Lacum dictum Swiathe, ab illa arbore in Monte per spatium est alia Arbor quercina cum Monticulo. De illa Arbore in superficie Montis est arbor quercina cum Monticulo. De illa arbore per medium Lacus Swiathe, directe ex illa parte Lacus stat Arbor quercina, quae limitat usque ad Granitiés, quae jacent inter Villam Krzyżanowice, et villam dictam Gawlow, quae granitiés ulterius vadunt ad Fluvium dictum Răbă. Nos igitur videndo Ipsius Leonardi meram instantiam ~~justitiam~~, ipsam Villam Gawlow, prout ipsam conspeximus, in suo giro circumferentialiter, cum Nostris Baronibus et antiquis Smethonibus in longitudine et latitudine prout ipsa Villa Gawlow ab antiquis temporibus est limitata, confirmavimus, fore juste limitata. Omnibus Nostris Procuratoribus et Vice Procuratoribus de Niepołomice, qui ipsam Villam Gawlow molestaverunt, in impedimento praedictae Villae perpetuum Silentium imponendo, Conferentes ex speciali gratia Nostra eidem Leonardo cum suis legitimis Successoribus in suis Granitiébus, per Nostram Majestatem conspectis, Feras omnium generum venandi, Scrophas pascendi, Pisces in suis lacubus piscandi, cum mellificiis, quae vulgariter dicuntur Barczy, omnia Prata, ac Gramineta falcandi, Sylvas proprias pro usu suo more utendi vendi, et pro suis aedificiis excidi, ad libitum propriae suae voluntatis. Insuper ex speciali Nostra Gratia volumus, et ita decernimus crevimus Ipsi Leonardo, et suis legitimis Successoribus ipsam Villam dictam Gawlow, cum omnibus suis Granitiis et Sylvis, Mericis, Quercinis, Rubetis, Agris extirpatis sive extirpandis ultimatim, Etsi Ipse Leonardus cum suis legitimis Successoribus aliquam Villam de novo locaverit, de Jure Polonico in Jus Theutonicum, videlicet Magdeburgense Magdemburgense praesentibus duximus transferendam Removendo perpetuis temporibus ibidem in villa dicta Gawlow, omnia Jura Polonicalia videlicet Castellanorum, Palatinorum, Judicum, Subjudicum, et caetera alia Jura, quae Jus praedictum Theutonicum perturbare consueverunt. Quod si Quasi Sculteтus in Villa dicta Gawlow, in Causis Magnis, sive parvis cum suis Smethonibus, ad aliqua alia Jura evocati extiterint. Decernimus quod de caetero Scultetus coram Suo Domino Leonardo et Suorum Successorum in Curia Domini sui, Smethones vero coram Ipsorum Sculteto non alio Jure nisi Ipsorum Jure Theutonico Maideburgensi, ad objecta judicialiter respondebunt. In cujus rei testimonium Sigillum Nostrae Majestatis praesentibus est appensum. Actum et datum Cracoviae Feria quarta ante Festum Nativitatis Mariae Sub Anno Domini, Millesimo Trecentesimo Sexagesimo Quinto. Praesentibus his testibus Nobilibus, et Strenuis Viris Dominis, Andrea Palatino Cracoviensi, Raphaele Succamerario Sandomiriensi, Petro de Szczekocin Castellano Sandecensi, Andrea Subjudice Cracov., Petro Castellano Vojnicensi, Mathia de Strzelec, et aliis Nobilibus fide dignis. Datum per Manus Domini Janussij Cancellarii Regalis Curiae Nostrae.

[31. III.]

1366. die 31. mensis Martii, Cracoviae.

Casimirus rex Poloniae civitati Lanckorona privilegium iuris Teutonici Magdeburgensis confert.[1] *)

In nomine Domini Amen

Dignum est, ut facta mortalium scripturis authenticis roborentur, noverint[a)] igitur, quibus expedit universis, quia nos Kazimirus Dei gratia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie, Pomeranie Russieque dominus et heres, Cupientes bona regni nostri pro viribus ampliare, ex nunc civitati nostre Lanckoronensi[2)] noviter locate, site in terra cracoviensi et omnibus seu quibuscunque hominibus ibidem morantibus ius theutonicum, quod wulgariter maydeburgense (dicitur) damus et concedimus perpetuo ibidem duraturum.[b)] Removentes omnia ibidem iura, modos et consuetudines polonicales universas, que ipsum ius theutonicum impedire consueverunt: absolvimus insuper, eximimus et tenore presentium perpetuo liberamus advocatum, cives et quoslibet incolas dicte civitatis ab omnibus iudicijs, iurisdictionibus, potestatibus omnium palatinorum, castellanorum, iudicum et subiudicum universorum regni nostri ac officialium eorundem, ita quod coram eis vel eorum aliquo pro causis magnis seu parvis, puta furti, sanguinis, homicidij et alijs quibuscunque citati minime[c)] respondebunt aut aliquas penas luere tenebuntur, sed tam cives iam dicti coram eorum advocato ipsorum iure teutonico scilicet maydeburgensi respondere tenebuntur, advocatus vero coram nobis aut nostro iudicio teutonicali dum tamen[d)] per literam nostram nostro sigillo sigillatam evocatus fuerit, tunc de se querulantibus non aliter quam suo iure teutonico maydeburgensi respondebit. In causis autem criminalibus et capitalibus supradictis Advocato eiusdem civitatis iudicandi, sententiandi et condemnandi plenam et omnimodam

a) nomine

b) duraturis

c) crimine

d) dimittendo

*) Podał do Oblaty w r. 1589 Maciej Weilowski, mieszczanin lanckoroński.

T. wilki M. wilki Cast. ... Advoc.

modam concedimus facultatem, prout ipsum ius maydeburgense in omnibus suis articulis postulat et requirit. Concedimus insuper praefatis civibus, ut omnium (sic) feria ~~rum~~ quinta ~~rum~~ forum habeant ibidem et valeant libere exercere. Praeterea admittimus et damus eisdem civibus de Lanczkoruna in civitate Cracovia et in alijs oppidis regni nostri pannos et omnia res venales more ferre emendi et vendendi potestatem. Ceterum habebunt iidem cives infra limites eiusdem civitatis ligna ad [e)] quaevis aedificia incidendi et deducendi omnimodam facultatem. — e) et

Damus etiam memoratis civibus cameram pro rasura panni ~~orum~~, pensam cuiuslibet metalli et etiam vecturam cerevisiae, quod Srotyn dicitur, pro usu civitatis libere perpetuo obtinendi. Decernimus ~~et~~ insuper (etiam [f)]) et volumus perpetuo observari, ut supradicta civitas Lanczkorun a ~~ensis~~ omnibus generaliter iuribus, quibus civitas nostra Cracovia gaudet, gaudeat perpetuis temporibus et fruatur. — f) et

In quorum omnium testimonium sigillum nostrum praesentibus literis est appensum. Actum Cracoviae feria tertia post dominicam Ramis palmarum, sub anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo sexto ~~(3° Marca 1366)~~.

Praesentibus testibus: Johanne cancellario cracoviensi, Dawirza castellano sandecensi, Johanne ~~Gorli (sic)~~ Bork [3)] dapifero sandomiriensi, Jaczkone cancellario dobrinensi, Wanczeslao (Wanchlostao) vicethesaurario et Orzeszkone tunc burgrabio ibidem in Lanczkoronensi [(5)] et alijs quam pluribus fide dignis. — Gork

~~Przywilej niniejszy jak niemniej jednocześnie oblatowana transakcya, mocą której Jan, zwany Werona, mieszczanin landskoroński sprzedał w r. 1402 ogrody swoje pod miastem, dać ku gaśnięci położone do użytku miasta na pastwisko potwierdził Stefan Batory w Warszawie na sejmie dnia 2a Lutego 1581.~~ —

~~O. 14 p. 820.~~

1) Z ks. Oblat 14 (str. 820), przechowanej w archiwum akt ziemskich i grodzkich w Krakowie.

2) Lanckorona, miasteczko w obwodzie wadowickim, pow. kalwaryjskim.

3) W kopii mylnie „Gorli".

Coll.

Opatoviae 1366 d. 17 m. Octobris.

Casimiri regis Poloniae diploma, quo fratribus Stephano et Petro de Chmielow silva Doblona dicta dono datur, Ksch 114/236 ut ibi villam iure magdeburgensi locent.

1366. In nomine domini amen. Noverint universi presencium noticiam habituri, quod nos Casimirus dei gracia Rex Polonie volentes ampliare utilitates regni nostri, eo nunc discretis viris Stephano et Petro de Chmielow fratribus germanis nostris fidelibus damus potestatem locandi villam in silva nostra dicta Doblona circa Ramizow iure theutonico Maideburgensi, quadraginta mansos continentem, in qua ipsos et eorum successores scultetos facimus per presentes, redditus autem ad dictam sculteciam assignamus infrascriptos videlicet duos mansos liberos, tabernam, molendinum cum duobus rotis, mellificia et prata in ipsorum mansis, nec non tercium denarium de qualibet re iudicata et sextum denarium de censu ac eciam competentem partem de collecta dicta sep. Que omnia ipsis libera deputamus per ipsos et eorum legitimos successores perpetuis temporibus possidenda. Absolvimus insuper dictos scultetos et cmetones predicte ville ab omnibus iudiciis omnium palatinorum, Castellanorum et quorumvis iudicum Regni nostri et officialium eorundem. Ita quod coram eis vel coram aliquo pro causis tam magnis quam parvis puta furti, sanguinis, homicidii et aliis minime respondebunt, sed tantum cmetones coram ipsis scultetis, sculteti vero coram nobis aut nostro iudicio theutonico

scilicet Maidburgensi respondere sint astricti. In causis autem criminalibus supradictis scultetis iudicandi, sentenciandi et condemnandi plenam et omnimodam concedimus facultatem, secundum quod ius supradictum postulat et requirit. Ut autem supradicta villa cicius valeat colocari, omnibus in ea incolis locatis et locandis, ab omnibus nostris solucionibus collectis et laboribus infra viginti annos a data presenti concedimus libertatem, qua expirata incole dicte ville de quolibet manso pro censu novem scotos, pro decima vero tres scotos singulis annis solvere et dicti sculteti servire prout autem consueverant, videlicet cum lancea teneantur perpetuis temporibus cum effectu. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Opatów in vigilia Sancti Luce Evangeliste. sub anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto. presentibus Petro Wilczkone (palatino) Castellano,

Derscone Subdapifero Sandomiriensibus
Dobeslao Visliciensi
Zawissa Woynicensi
Pelca Zavichostensi Castellanis

et aliis pluribus fidedignis.

ex Stephano. 1576. 7 Novem Torunii

Bartosz Paprocki
herby rycerstwa polskiego
Kraków 1858 str. 106

141

1366. [13. X.]

Paprocki 106

*)

In nomine Domini Amen.

Magnifica regum celsitudine digne consolationis premia promerentur, quos puritas fidei gratos reddit et acceptos, ubi enim est obsequium est ibi promptum premium et paratum. Ea propter noverit tam presens etas, quam futura,[a] quod nos Casimirus Dei gratia rex Polonie, Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuiavie, Pomeranie Russieque dominus et heres. Notum facimus tam presentibus quam futuris presentium notitiam inspecturis. Quod veniens ad nostram presentiam regalem (nobilis) Jacobus Caszmyczski[b], camerarius domini Andree (subiudici[c]) et iudicis curie nostre pronunciavit et manifestavit coram nostra regia maiestate. Quod emethones domini Joannis Ptaze et domini Zavische et domini Joannis Naklende[d] de Grzegorzewicze fuerunt citati per cives de Lelovia pro quodam furto[e] ad presentiam domini Andree Wawrowski subiudicis et iudicis curie nostre. Tunc dominus Joannes Ptaza stetit et intercessit pro predictis emethonibus iure suo. Quod[f] omnes bipenni et antiqui equi essent et processissent de uno avo et de una progenie et quod haberent ab antiquo unum ius omnes ita quod[g] nullum[h] hominum haberet iudicare eorum emethones et servitores nec ipse dominus rex, nec iudex, nec subiudex, nec nullus iudicum, nec dominus palatinus, nec aliquis dominus nec aliquis iustitiarius nisi ipsi soli domini predicti, videlicet[i] bipenni et antiqui equi et eorum legitimi successores habent iudicare (in suis bonis[k]) omnia iura et omnes actiones, videlicet

a) całego wstępu nie ma aż do nos Kaz.
b) Kozmiński
c) nie ma
d) Nekande
e) facinore
f) quia
g) itaque
h) nemo
i) nie ma
k) nie ma

*) Podał do oblaty w r. 1614 Jerzy Winarski imieniem Jana Ptaszy z Mstyczowa wielkorządcy krakowskiego.

1403 f. 3 post ... Invoc. ...

58 Maciej de Wanson iudex Caliss.
382 Albert de Mszurowa

licet decollare, suspendere, cremare) et omnia iudicia cum ipsis facere et exercere et hoc legitime probavit idem dominus (Joannes) Ptaza cum testibus fide dignis videlicet cum dominis Andrea palatino cracoviensi, domino Jaschkone Owcza, fratre suo uterino, herede de Morawica, domino Janusszio ibidem de Morawica, domino Gnewomiro herede de Niedzwiedz, domino Thoma dicto Szebiecz herede ibidem de Niedzwiedz, domino Krzeczslav herede de Wyszcud (sic) dicto Gruschka; illi omnes prestiterunt digne et solenne iuramentum pro isto facto coram predicto Jacobo Coszmyczki camerario domini Andree subiudicis et iudicis curie nostre supradicte et ille predictus Jacobus Cossmyczki pronunciavit eis iuramentum et coram ipsis iuraverunt et idem Jacobus Coszmyczki camerarius pronunciavit et manifestavit illud iuramentum coram nostra regia maiestate, quod bene et iuste iurassent secundum quod iuris fuit. Tunc (predictus) dominus Joannes Ptaza stetit et petiit nostram regiam maiestatem, ut dignaremur confirmare predictum ius eorum, quod ab antiquo habuissent a suis antiquis progenitoribus ea que nunc probavit cum fide dignis testibus.

Nos igitur inprimis fidele servitium dicti olim Joannis Ptaza et patrinorum suorum et predictorum testium dignum iuramentum ipsis dignam petitionem donamus et confirmamus omnibus bipennis et antiquis equis ac eorum legitimis successoribus predictum ius in omnibus bonis eorum, ubi pronunc habent vel in posterum habere possint ita quod nec nos nec nullus hominum, nec nullus iudicum nostrorum, (nec dominus cracoviensis), nec dominus palatinus, nec nullus dominus nec iudex nec

sub-

(subditi), nec nullus iustitiarius non habet iudicare eorum cmethones et servitores (predictorum bipennium), nisi ipsi soli domini predicti videlicet bipenni et antiqui equi et eorum legitimi successores (debent iudicare eorum cmethones et servitores videlicet decollare, suspendere, cremare et omnia iura nec non omnes ultiones cum ipsis facere et exercere. Ista omnia et singula antedicta iura donavimus, confirmamus nostris sigillis regalibus et approbamus z) perpetuis temporibus duratura.

Actum et datum Cracovie secunda feria post festum Sti Galli confessoris sub anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto. ~~presentib~~ (18° Października 1366).
Presentibus (his) testibus: domino Petro Neorza palatino sandomiriensi, (domino) Wilczkone castellano sandomiriensi, domino Grothkone castellano lublinensi, domino Dersłao dapifero cracoviensi, domino Mszugio subcamerario cracoviensi, domino Swanthopelko Gothardowski, domino Janussio cancellario cracoviensi, per cuius manus datum est et aliis quam z) pluribus fide dignis

Władysław Jagiełło przywilej ten potwierdził w Solcu we czwartek po święcie podwyższenia s. Krzyża (16° Września) 1428 roku.

z) perpetuis

z) aliisque

O. 40 p. 1113.

1367. [15.II.]

In nomine domini. Amen. Quod mag-
nifica regum decreuit auctoritas
ratum atque stabile debet perpe-
tuo permanere. Quapropter nos Ka-
zimirus Dei gracia Rex Polonie
ac terrarum Cracouie Sandomirie
Syradie. Lancicie. Cuyauie. Po-
meranie Russieque dominus et
heres etc. Ad notitiam uniuer-
sorum tam presentium quam
futurorum volumus deuenire.
Quod propter fidelia seruicia Pe-
tri et Stanislai fratrum germa-
norum nostrorum fidelium. que
nobis in locacione nostre ville
Brzescze vulgariter nuncupate,
inpenderunt, in districtu Byecen-
si site. Eis nunc ipsis ac eo-
rum successoribus scoltetiam in
predicta villa Byescze nostra ra-
cione dicte locacionis iure heredi-
tario damus conferimus et perpe-
tuis temporibus assignamus, cum

potestate vendendi, commutandi. et quouis titulo alienandi, nostro tamen et successorum nostrorum de consensu. Redditus vero infrascriptos ad dictam scoltheciam deputamus, videlicet, duos mansos liberos. thabernam liberam. molendinum liberum. mensam panis. sutorum et macellum liberum. sextum denarium de censibus et tertium de qualibet re iudicata. que omnia suprascripta ad eandem scolteciam volumus pertinere. Ceterum predictis fratribus - petro et Stanislao vendidimus pro decem marcis antiquum campum cum rubetis dictis Bandcowo, incipiendo a via antiqua, qua itur de Keschcowicze usque in Neglowicze, iungentes dictum campum ad scoltheciam supradictam. Preterea volumus ut eadem villa Bnesze jure theutonico gaudeat maydburgensi perpetue quemadmodum alie nostre ville in terra nostra Beycensi locate. eodem jure maydburgensi theutonico gaudere dinoscuntur. Ita tamen quod eisdem scoltetis et eorum successoribus. omnes causas criminales puta furti. sanguinis. homicidii. membrorum mutilacionibus. licebit perpetuis temporibus judicare. Insuper

omnes incole eiusdem ville pro censu
octo scotos. ac viginti owa. et duos
caseos racione honoris in festo pas.
che nobis et nostris successoribus pro.
decima autem ad quem pertinebit
de iure sex scotos grossorum pragen.
sium in festo Sci Martini Confes.
soris singulis annis soluere tenebun.
tur, demum prefati fratres videli.
cet petrus et Stanislaus et eorum
posteritas nobis et nostris posteris.
ad quamlibet expeditionem cum ba.
lista in equo seruire et ferreo pileo,
sint astricti! Eciam et rubeta pre.
dicti campi Bandcoue antiqui, va.
leant redigi ad uberiorem condicio.
nem, ex nunc omnibus incolis in
prefatis rubetis locandis, ab omni.
bus nostris solucionibus. collectis.
contribucionibus. a sep. versuris. con.
ductibus. laboribus. nostris. angariis
et perangariis uniuersis, quocunque
titulo nuncupentur, intra sex an.
nos datam presencium continuo
secuturos plenam et omnimodam
tribuimus libertatem qua elapsa

incole censum decimam et
alia iura impendent. que incole
seu kmethones prefate ville Brzesge
ab antiquo soluere et impendere

convenerunt. Horum quibus sigil-
lum nostrum appensum est testimo-
nio litterarum. Actum et datum
in Beycz in crastino Sti Valenti-
ni martiris Sub anno domini Mil-
lesimo Trecentesimo Sexagesimo sep-
timo Presentibus Johanne Castella-
no Cracoviensi Raphaele (succamerario) Sandomi-
riensi petro Capitaneo Sandecensi
pyedborio Subdapifero cracoviensi
pelka Marszalko curie nostre. Pran-
dotha de Myczlowicz et aliis
quam multis fidedignis. Scrip-
tum autem per Jacobum de Otto-
wa Notarium Curie nostre Regalis.

Z oryginału zachowanego w taj-
nym archiwum stanu w Ber-
linie.

1368. [1. XI.]

Kazimirus dei gracia Rex polonie, Honestis viris . (sic) Consulibus et tote (sic) vniuersati Ciuitatis nostre Sandecensis fidelibus nostris, graciam nostram et omne bonum. Ad votiuas instancias domini Johannis dicti Gladisz vestri vice-procuratoris fidelis nostri, vestre honestati ab omnibus nostris Solucionibus et depactacionibus quibusuis duntaxat anno presenti damus et concedimus plenam et omnimodam libertatem; volentes, quatenus quandam portam seu Januam dilatare seu ampliare studeatis, taliter, quod Currus ad Molendina extra Ciuitatem Sandecensem transire valeant, impedimento quolibet procul moto. Eciam hominibus, Incolis et Subditis predicte Ciuitatis in Solucionibus alias exaccionibus et depactacionibus vniuersis alleuietis, ne abinde ipsi homines de Ciuitate recedant, et per hoc Ciuitas nostra per defectum personarum et indigenarum in multis posset desertari. Datum Cracouie in die Omnium sanctorum. Sub Anno domini Millesimo. CCClxviij°.:.

Z oryginału pergaminowego do magistratu Sandeckiego należącego. Od pieczęci pozostał tylko sznurek pergaminowy. ~~tego~~

1369. [11.I.]

Casimirus Dei gratia rex Polonie notum facimus presentibus quam futuris, quibus expedit universis, quod de bono communi ville nostre Kampiele,*) site in terra cracoviensi proper Zarnowiec civitatem gratiosius perpendentes eatunc omnes et singulos cmethones et colonos dicte ville Kampiele ab omnibus nostris solutionibus, exactionibus, collectis, contributionibus arationis, vectionibus, laboribus, vecturis, a sep. angariis, preangariis, deportationibus universis ibidem, pencionibus quomodolibet observatis eximimus et perpetuo liberamus, tali condi- tione interiecta, quod cmethones et coloni dicte ville Kam- piele a quolibet manso per unam marcam, medietatem in grossis latis pragensibus et medietatem in quartis singulis annis diebus quatuor temporum quartam partem dicte marce nobis persolvere sunt astricti et quando grosso- rum pecuniam per medium nobis dare non haberent, tunc ratione marce huiusmodi unam sexagenam quartalium ad terminos, ut pre mittitur, nobis ministrabunt. Item duos pullos, viginti ova et caseum unum ad festum paschatis, duos pullos pro adventu nostro in Zarnowiec semel in anno et duos pullos ad natalem Christi cum duabus mensuris avene perpetuis temporibus nobis et nostris successoribus persolvere tenebuntur. Harum quibus sigillum nostrum est appensum. — Datum Cracovie feria [quinta] 5ta proxima intra octavas Epiphanie domini, anno Domini millesimo tre- centesimo sexagesimo nono (11 Stycznia 1369). Presen- tibus

---

*) Dziś Kempiele wielkie w powiecie pileckim, parafii wolbromskiej, wieś rządowa o 150 kilku dymach i 800 przeszło mieszkańcach.

Doberlao

tibus dominis Petro sandomiriensi, Boleslao cracoviensi pa=
latinis, procuratore generali domino Andrea subiudice craco=
viensi et aliis plurimis terrae nobilibus.—

Niniejszy przez włościana Kempielskiego Stanisława Kiezo w r. 1758 do oblaty podany przywilej po=twierdzili Zygmunt August w Piotrkowie dnia 2° Kwietnia 1563 i Zygmunt III w Krakowie d. 29° Maja 1591, Władysław IV w Krakowie na seymie Koronacyjnym 17° Marca 1633, Michał Król w Krakowie na seymie Koronacyjnym 17° październik 1669, Jan III podobnież 11° Maja 1676 i August III w Warszawie 11° paździer=nika 1757.

Był poprzednio już w r. 1670 oblatowany.

O. 97 B. p. 1835

O. 191 p. 2241.

1369. [15. III.]

In nomine Domini Amen.

Quoniam ea, que fiunt in tempore, ne simul cum lapsu temporis a memoria hominum labantur, scripturarum testimonio ~~firmiter~~ perennantur x), proinde nos Casimirus Dei gratia rex Polonie, nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Cuiavie, Lancicie, Pomeranie Russieque dominus et heres, ad universorum notitiam tam presentium quam futurorum volumus devenire, ad β) utilitatem regni nostri in districtu Cracoviensi per locationem civitatum augere volentes, extunc provido viro Jacobo Rechiczki de Nagłowicz heredi nostro fideli in loco ~~in loco~~ Przyrow γ) inter Leloviam et Radomslie, civitates nostras, situato addentes x) villam nostram Komorow penes eundem locum, prout est in suis graniciis x) distincta, cum omnibus agris, pratis ac aliis quibusvis utilitatibus universis dicto loco Przyrow super fluvium Wiercicza situato, novam civitatem, quam volumus Przyrow *) nomine, damus locandi plenam et omnimodam potestatem. In qua civitate dicto Jacobo suisque legitimis successoribus perpetuis temporibus viginti marcas grossorum pragensium ~~XL~~ marcas facientium x) advocatiam cum omnibus infrascriptis vendidimus, tenendam, habendam, donandam, possidendam, commutandam pro suo suorumque successorum legitimorum voluntate quomodolibet convertendam. Ratione cuius venditionis et emptionis iam dicto Jacobo et suis posteris damus et annectimus tres mansos liberos, duos hortos liberos, piscinam cum molendino ibidem liberam, in quo molendino neque cives

Margin notes: perennent. — x) perhenant! — in — β ad — przyrow — x) XLVIII marcas facientium — tenendam &

---

*) Przyrow w województwie Kaliskiem, obwodzie wieluńskim, powiecie częstochowskim. Radomsko w tymże województwie w powiecie piotrkowskim. Lelow w województwie Krakowskiem —

civitatis predicte neque villanis villarum nostrarum circumadiacentium civitati, nisi cmethones de villa nostra Czemietniki Czenelniki, quos suo molendino attribuimus et villanos villarum nobilium, quos ad unum poterit attrahere molendinum, molere teneatur. Item dicto Jacobo et suis legitimis posteris assignamus tertium macellum carnium, penum, sutorum, pistorum, pannorum et tertiam partem operis in ipsa civitate venientium vendendi omnia ornamenta, tertium devenientem de quolibet re indicata, a) adinis reservatis pro nobis et nostris successoribus. Etiam ad owielierz incipiendo dicte civitati usque ad granicies Mlesie in paludibus loca pro pratis et in his locis damus dicto nostro advocato pro pratis habendi sex iugera et insuper adjicimus dicte civitati incipiendo ab agris villis villae Komorow supradicte civitati loca usque ad paludinem, que Kozelni dicitur et ipsam Kozelni penes campum villae Wierzicza transeunda fluvium Wierzicza et sylvam, ac alia, que spectant ad granicies nostras. Inter cetera etiam asscribimus dicte civitati circa paludinem dictam Itembukie omnes utilitates videlicet borream et sylvam et Kozelni cum omnibus utilitatibus, que sunt vel possunt fieri in futurum et etiam ab ipsa Kozelni penes campum villae Wierzicza transeundo fluvium Wierzicza in sylvam et ipsam et alia, que spectant pro parte nostra, quanto remotius transeunt granicies nostre regales, perpetuo possidendi. Licebit etiam advocato et suis posteris in graniciis dicte civitatis ubicunque loca apta in fluvialis, qui potoki dicuntur, piscinam facere pro sua et suorum posterorum utilitatei; item pro ecclesia fundata in Komorow unum mansum pro ecclesia predicta, de quolibet macello in civitate nostra predicta, de residuis autem mansis post elapsum tempus libertatis singulis annis cives dicte civitatis ad festum sancti Martini confessoris

nobis

~~duos mansos pro pellendo grege, quod wigon dicitur, unum mansum~~

Marginal notes: α) Czenelniki; α) ad villam villarum; α) variendis vemendi; α) w Liesie; Mlesie; α) iuiera; Item; α) sic additis; Kozelni; α Kozelni; Kozelni

nobis et nostris successoribus per ferbunem; pro decima vero, cui debebitur, per sex grossos solvere teneantur.

Preterea removemus omnia iura polonicalia, angarias et preangarias, que ipsum ius civile, ~~molestare~~ sredense videlicet, consueverant perturbare et volumus, quod dictus advocatus et ipsa civitas nostra sicuti et alie nostre civitates gaudeant iure civili. - Absolvimus insuper dictum advocatum et familiam suam ~~ab~~ et omnes cives et singulos dicte civitatis nostre ab omnibus potestatibus palatinorum et castellanorum, iudicum ac ministerialium eorum universorum ita quod coram ipsis vel ipsorum aliquo pro causis tam magnis quam parvis, puta, sanguinis, homicidii, incendii et aliis universis quibusvis nulli penitus respondebunt, nisi cives coram advocato ipsorum iure suo civili, advocatus vero, dum litera nostra sigillo nostro regio munita evocatus fuerit ad iudicium generale, tunc de se querulantibus iure suo civili respondebit; in causis autem criminalibus vel capitalibus advocato dicte civitatis iudicandi, sententiandi, puniendi secundum quod ipsius ius civile videlicet ~~sredense~~ in omnibus suis punctis et clausulis postulat et requirit, damus et concedimus omnimodam potestatem. Sreciense

In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum in Olsztyn feria quinta proxima ante dominicam Iudica, anno Domini MCCCLX Nono (19 Marca 1369) Presentibus his dominis Raphaele Mislaus castellano, Ioanne subcamerario sandomiriensi Andrea subiudice cracoviensi, Ioanne Kmita de Wiszniza Clemente Mirogå militibus, Ioanne vice cancellario regni nostri ac archidiacono gnesnensi de Czarnkow. Scriptum autem per Albertum Clementis de Polonia clericum dioecesis gnesnensis, notarium curie nostre regalis

2) Visslicz. iciensi

Miroga

Przywilej ten potwierdzili następujący Królowie.

Zygmunt August na sejmie w Piotrkowie w środę po święcie Bożego Ciała (29a Maja) 1554*) z dodaniem trzech rocznych jarmarków na św. Michał, na św. Mikołaj i na dzień św. Anny obok ustanowienia targów w każdy poniedziałek.

Stefan Batory w Krakowie dnia 12 Grudnia 1578 z dodatkiem, że, gdy jarmarki przez poprzedniego Króla dozwolone nie są dla miasta dogodne (nundinae non sat commode sunt ordinatae) wyznacza w tydzień miejsce inne cztery, pierwszy we wtorek po św. Grzegorzu w Marcu, drugi w trzy dni po św. Wojciechu, trzeci w poniedziałek po święcie Bożego ciała, czwarty w dzień św. Anny, nadto zezwala na wybudowanie domu dla propinacyi miejskiej (qua quidem in domo libera esse debet propinatio et venditio earum rerum, quae communiter in aliis civitatibus in praetoriis propinari et vendi solent).

Zygmunt III w Krakowie ostatniego Czerwca 1602.

Władysław IV także w Krakowie 24a Marca 1633.

Michał Wiśniowiecki w Krakowie na sejmie koronacyjnym 9a października 1669 z ustanowieniem opłaty mostowego na rzecz miasta, przywróceniem tygodniowych targów i dodaniem jeszcze trzech jarmarków, jeden w niedzielę kwietną, drugi w niedzielę przedostatnią po świętym Wojciechu a trzeci w niedzielę po św. Marcinie.

O. 182 p. 2477. – z r. 1751.

Zob. przywileje dla tego miasta wydane w r. 1559. 1629 i 1631.

uwaga. Jest druga oblata tego przywileju z potwierdzeniem przez Zygmunta Augusta i Stefana Batorego – w aktach Lelowskich ks. 19. we wtorek przed św. Agnieszką (18a Stycznia) 1594.

coll. z z [illegible]

*) w oblacie lelowskiej jest r. 1555.

1369. [13. XI.]

Nos Stanislaus Liganza de Bobrek, Michael de Chotow, Falislaus de Pielgrzymowice vniuersis et singulis, presentem literam inspecturis, notum facimus et attestamur, quod cum dominus noster rex ex gracia sua validi militis Stanislai Veneti de Brzezie filiorum, morte ipsius relictorum: Iohannis, Vladislai et Iacobi proteccionem suscepisset, volens necessitatibus eorum subuenire et orbitatem consolari, concessit in vsuacionem domine Bachne de Tanczyn matri eorum, bona sua Zarnowiec. Que cum in tali vsuacione sua fuisset, de angariys et exaccionibus, in eiusdem Zarnowiec homines factis, coram domino nostro rege accusata, cumque suam innocenciam purgare cuperet, supplicauit domino nostro regi, ut eam filiosque suos a proteccione sua non ablegaret, recordareturque meritorum fidelis sui militis, eorum patris, causamque hanc dignaretur cognoscere, prout illi dominus rex graciosissime concessit nobisque mandauit, vt ad Zarnowiec proficisceremur querellasque has diiudicaremus. Quod mandatum domini nostri regis exequi volentes, ad dictum Zarnowiec descendimus atque ibi audiuimus singulorum hominum dicta et responsa, querellas et accusaciones, inprimis quod illis boues et equi in conducendis lapidibus et cemento ad muracionem arcis nimium fatigentur, et vltra mandatum domini regis laborare cogantur, ac equi illis vi auferantur, quod domina Bachna se facere negauit, sed ad eos, qui ex ordinatione domini regis muracioni arcis attendunt, pertinere dixit; deinde quod famulus domine Bachne Betkonem Duudam in popina vulnerauerit, aliosque ibi existentes contumeliose tractauerit et ex popina eiecerit, verum domina Bachna dixit, id sine scitu ipsius fuisse et iam prefatum

Duda accepit suam satisfaccionem, vnam marcam; quod autem eos ex popina eiecerit et se occluserit, id in defensione sui fecisse idem Iohannes famulus asserunt, quia illum voluerunt occidere. Quod vero domina Bachna eciam exacciones insolitas illis imponeret, hoc non probauerunt. Proinde cum nihil inuenissemus de angarijs et exaccionibus, que domina Bachna illis faceret, eandem absoluimus, istis vero hominibus Petro Skoribka, Spitkoni Wilk, Maczko Dudek, Andree Kozub, Mikuszo Lipowicz pro tradiccione domine Bachne penas imposuimus cuilibet illorum per vnum personem pro vino et cera ad ecclesiam ac domine Bachne deprecacionem, et ijs, qui muracionem arcis custodiunt, precepimus, ne illis sint molesti et ne illos angarient in leuacione equorum et boum pro conducendis lapidibus et cemento ad arcem, nisi iuxta ordinacionem et mandatum domini nostri regis, quod debent facere nollent (!) tunc precepimus illis, vt obediant et fabulas ad aures domini regis non deferant, dicte vero domine Bachne, quod debent, pendant, prout penderent ipsi domino nostro regi. Acta sunt hec in Zarnowiec, feria tercia post festum sancti Martini, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo nono.

Lib. terr. Crac. 135 p. 689.

1370. [7.I.]

Nos Pelka iudex et Wilczko subiudex Sandomirienses, vniuersis, quibus expedit, protestamur, quod cum relicta Petrasij de Corziczan citauerat ad presenciam nostram religiosum virum dei paciencia abbatem Koprivnicientsem propter pratum in Swecz, tandem in termino peremptorio prefata domina cum pueris suis publice fassa est, quod predictum pratum non est eius, sed predicti abbatis. Nos uero audita eius manifesta recognicione, predictum dominum pro prato prius dicto in Swecz iustificauimus, sibi illud perpetue adiudicantes; prefacte autem domine relicte Petrasij et pueris eius in hijs scriptis perpetuum silencium imponentes. In quorum omnium testimonium et euidenciam pleniorem, presentes scribi iussimus, nostrorum appensione sigillorum roborantes. Actum Sandomirie in colloquio generali, in crastino Epyphanie, anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo. Presentibus hijs testibus: Raphaele Wislicziensi, Pelka Zauichostiensi castellanis, Marcone cancellario Dobrinensi, Herscone subdapifero Sandomiriensi, Janusio de Kossouicz, Marco de Sulislauice heredibus et alijs fidedignis.

Dokument pargaminowy; po dwóch pieczęciach pozostały tylko pargaminowe paski.

Metr: 98/1013

1370. [13. VII.]

151

Krolewicze Modari

In nomine Domini Amen. Ne ea quae aguntur in tempore simul cum fluxu temporis evanescant, dignum est, ut scripturae testimonio cum annotatione testium roborentur. Proinde noverit tam presens aetas, quam successiva posteritas, quod nos Cazimirus Dei gratia Rex Poloniae &c. villam nostram Krolewicze vulgariter nuncupatam sitam in terra Sandomiriensi praedicta, quam a Reverendo in Christo patre Domino Jaroslao Archiepiscopo et ipsius Capitulo Gnesnensi per modum commutationis pro aliis villis nostris Regalibus

Regalibus habuimus Nobilibus viris Dionysio et Leonardo fratribus, nec non Andreae Sulkoni Wloskoni Henrico et Wierzchoslao filiis Cristini bonae recordationis haeredibus de Modari pro villa ipsorum praedicta videlicet Modari in terra Cracoviensi situata dedimus ratione commutationis resignand, cum omnibus utilitatibus, fructibus, censibus, obventionibus, proventibus, agris pratis, rubetis, virgultis, ac aliis utilitatibus et pertinentiis ad dictam villam quomodolibet pertinentibus, prout in suis limitibus circumferentialiter est distincta, et specialiter cum theloneo

neo, quod ibidem ratione reformationis aggeris
recipi ab antiquis temporibus est con-
suetum, per praedictos Nobiles fideles nostros,
et eorum successores legitimos tenendam,
habendam, vendendam, commutandam,
donandam, alienandam, ac perpetuo
possidendam. Eximimus insuper iam
dictos nobiles, ut puta Dionysium,
Leonardum, Andream, Sulkonem, Wlosko-
nem, Henricum et Wierzchoslaum
eorumque legitimos successores, ab
omnibus Iudiciis et potestatibus om-
nium Regni nostri Palatinorum
Castellanorum, Iudicum, Subiudicum et
ministerialium eorundem. Ita quod
coram ipsis, vel eorum aliquo pro
causis, tam magnis, quam parvis cita-
ti minime respondere tenebuntur.
Sed

Sed ~~tatum~~ tantum coram Nobis aut nostro Judicio, dum tamen per nostram literam nostro sigillo sigillatam fuerint evocati, tunc de se querulantibus non aliter, nisi iure ipsorum militali respondere sint adstricti, liberamus etiam eosdem nobiles et eorum quoslibet successores legitimos a bove, ove et staci-oni~~bus~~ perpetuis temporibus duraturis. Datum Visliciae ipso die ~~Sanctae~~ Beatae Margarethae Anno Domini 1370. Presentibus &c.

Servitor Domini~~s~~ Dambrowski Notarii Novae Civitatis Korczin.

153

7/9 Predboriae.

1370. [7. IX.]

*)

In nomine Domini Amen.

Quod magnifica regum fieri decrevit authoritas, ratum atque stabile debet perpetuo permanere. Igitur notum sit omnibus, tam praesentibus quam futuris, praesentem literam inspecturis, quod nos Casimirus, Dei gratia rex Poloniae nec non Cracoviae, Sendomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cuiaviae, Pomeraniae Russiaeque dominus et heres. Nihil unquam aeque cupimus, quam militum nostrorum, quorum probatam virtutem habemus, commoda prospicere, ne illorum fidelia obsequia maneant absque debita gratificatione. Proinde non est in nobis extincta meritorum memoria strenui et magnifici viri comitis Zbignei de Brzezie, qui non solum in diversis expeditionibus tanquam validus miles pro nostra, totiusque regni incolumitate fortiter certavit munusque exercituum nostrorum capidactoris feliciter obivit; verum propria hac fidelitate non contentus, fratrem quoque suum natu minorem Stanislaum comitem nostris obsequiis ita mancipavit, quod eiusdem opera saepius ad serenissimos Romanorum imperatores atque in causa serenissimi Ungariae regis ad Venetorum dominium usi fuerimus, tali eius dexteritate quod etiam redibus Venetus ab omnibus fuerit appellatus. Iure merito itaque haec utriusque gloria non solum in regno nostro floret, verum ad exteros

---

*) przywilej ten podali do oblaty w r. 1646 wielebny Wespazyan, proboszcz bobrownicki i ur. Przedbor z Brzezia Lanckorońscy, bracia rodzeni.

ceteros quoque principes pertransiit non irremunerata, dum serenissimus et excellentissimus dominus Carolus IV.**) Romanorum imperator eosdem Zbigneum et Stanislaum fratres eorumque successores legitimos in suos et sacri imperii romani comites assumpsit et extulit omnibusque libertatibus et honoribus, quibus romani imperii comites utuntur, donavit, arma quoque et insignia illorum locupletavit, dans illis authoritatem ad differentiam aliorum de armis Ptomien militum portandi scutum quadripartitum, cujus area superior destra et inferior sinistra rubea aquilam auream corona insignitam cauda et alis expansis versus sinistram positam habet, sinistra vero superior et destra inferior cærulea caput leonis flammas hiantis, antiquum familiæ decus portat, in medio horum scutum cæruleum parvum, in quo leo aureus flammam spirans, corona ornatus, cauda bicipiti sursum retorta, situ quasi ad pugnam versus destram partem compositus cernitur. Supra hæc scuto insident galeæ duæ apertæ, cancellato ore coronis aureis ornatæ, e quibus fasciæ dependent aurei et cærulei coloris, e corona vero galeæ destræ eminet aquila huic similis, quæ in scuto cernitur, a sinistra leo pubetenus apparet, gladium pede tenens, in cæteris leoni interno similis.

Quæ quidem omnia ad decus et gloriam supramemoratorum comitum ita disposita nos quoque supranominatus Casimirus rex in regno dominiisque nostris clementer admittimus et concedimus.

Quo vero magis etiam post fata Zbignei comitis virtutem et merita gratia nostra prosequamur, dilectis nobis Predborio et Lacoslao, eiusdem Zbignei comitis filiis, aulicis et clientibus nostris a patre suo nobis testamento commendatis damus, donamus in perpetuum iure hereditario oppidum nostrum

Wlo=

**) Zob. przywilej Karola IV cesarza z r. 1355.

dzislaw[***] cum suo territorio et villis pertinentibus iuxta metas antiquas dominii vlodzislaviensis, ad hoc eximimus omnes subditos tam in ipso Wodzislaw quam in villis ad illud pertinentibus a iurisdictione quorumcumque iudicum sed eos praefatis Predborio et Lacoslao eorumque successoribus subiicimus in omnibus iudicandos. Et haec omnia damus, donamus, admittimus et perpetuamus sigillis nostris regalibus subappensis. Actum et datum Predboriae[†] in vigilia nativitatis beatae Mariae virginis anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo (7° Września 1370). Praesentibus his testibus Pelcone iudice sandomiriensi, Vilcico subiudice, Mathia canonico cracoviensi[††], Paulo de Lodzia secretario, Ubislao de Kurnik, Jacobo de Gay, Petrko de Dambno, Creslao de Rogienice, aulicis nostris, Joanne decano cracoviensi, regni cancellario, per cuius manus datum est et aliis quam pluribus fide dignis.

Obl. 72 p 2059.

[***] Wodzisław, miasto w województwie dawnem Krakowskiem, dziś w gubernii Kieleckiej, powiecie Andrejewskim (Jędrzejowskim) o 200 domach i do 2000 mieszkańcach.

[†] Przedbórz miasto rządowe w województwie dawnem sandomirskiem dziś w gubernii radomskiej, w powiecie Koneckim.

[††] Podług katalogu biskupów x. X. Łętowskiego był w r. 1382 Maciej syn Wawrzyńca, kanonik krakowski, mistrz dekretów, benefactor scholarum.

1370. [4. XI.]

Kaziniérz nadaje Petrlinowi, Brun zwanemu, dziedzicowi Żmigrodu, część wsi Szczytnik koło Proszowic prawem dziedzicznem za zasługi.

In nomine Domini Amen.

Reges decet subditorum commoda prospicere et dignis digna premia uberius ampliare, ut ex eo ceteri fideles sumant exemplum et efficiantur ad quelibet servitutum servilia promtiores. Proinde et nos Kazimirus, dei gratia rex Polonie, nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie, Pomeranie Russieque dominus et heres tenore presentium notum facimus, quibus expedit universis tam presentibus quam futuris. Quia (Quod) consideratis et inspectis dignis et fidelibus servitiis, que nobis fidelis noster Petrlinus dictus Brun, heres de Smigrod impendit multipliciter et constanter, quorum intuitu partem ville Sczithnyky*) vulgariter nominatam prope Proschowicze situatam, ex integro, prout ad nostrum dominium regium noscebatur pertinere, cum omnibus et singulis utilitatibus, censibus, fructibus et pertinentiis universis ad eandem partem quomodolibet spectantibus, prout ipsa pars hereditatis in suis insigniis noscitur esse distincta et limitata ab antiquo, cum omni iure et dominio eidem Petrlino et eius legitimis posteris damus conferimus, donamus, annectimus, ascribimus et perpetuo incorporamus ipsi Petrlino et eius legitimis successoribus sepedictam hereditatem (tis) partem in Sczithniki temporibus perpetuis tenendam, habendam et possidendam, nec non vendendam, donandam et commutandam ac pro sua suorumque posterorum voluntate quovis titulo et alienationis libere convertendam.

Ut autem hec nostra donatio firma et inviolabilis perpetuo

*) Szczytniki dawniej w województwie Krakowskiém, teraz w gubernii Kieleckiej w powiecie Stopnickim włość prywatna

tuo perseveret presens privilegium saepedicto Petrlino et eius posteris gratiose dari mandavimus maiestatis nostre ~~titulo~~(5) communitum.

Actum Cracovie feria secunda proxima post diem omnium sanctorum anno nativitatis Domini millesimo trecentesimo septuagesimo. (4 Listopada 1370). Presentibus his testibus: Andrea subiudice; Presborio subdapifero cracoviensibus; Joanne de Czarnkow archidiacono gnesnensi et vicecancellario curie nostre; Petro procuratore generali; Laschkone Zlodzyey ~~de~~ de Palewicz; Dimitrio subthezaurario nostro et aliis quam plurimis fide dignis. Datum per manus domini Joannis, decani doctoris (doctorum) decani (sic) et cancellarii cracoviensis. Scripsit Albertus Clementis de Polonia, notarius curie nostre regalis.

Wypis z Księgi aktów ziemskich krakowskich № 0 – oblatowany tamże we wtorek po 3ch Królach (9° Stycznia) 1504 r.

Zob. przywilej Królowej Elżbiety str. 1372

Coll. A.B.

1372. [5-IV.]

*)

In nomine Domini Amen.

Helisabeth Dei gratia regina Hungarie et Polonie senior. Notum facimus universis. Quia cum ab olim per serenissimum principem dominum Casimirum regem quondam Polonie, fratrem nostrum charissimum fuisset facta donatio hereditatis in Szczitniki fideli Petrlino suo familiari, decimis vero dun taxat exceptis in pium usum convertendis, decimis tamen ex prefatis post agros et araturas Petrlini predictis in Szczitniki, que ad pia opera et in elemosinas per ipsum essent convertende. Nos vero inducte instructu et zelo pietatis ipsius salutem cupientes obtinere ob reme= dium ipsius anime decimas predictas post agros et araturas ipsius Petrlini in Szczytniki de consensu diecesani cracoviensis addamus et assignamus ac donamus ecclesie sancti Johannis in Proszowi cze nostre collationis, ascribentes (~~iis~~) easdem decimas eidem ecclesie in Proszowice post omnes agros et araturas Petrlini in Szczytni ki predictos perpetuis temporibus. In qua ecclesia vigilie et misse singulis quatuor temporibus pro salute ipsius anime per ple= banum aut ipsius ministros efficaciter peragantur, veluti etiam predicte decime cuiuslibet seminis ad predictam ecclesiam in Pro szowicze in antea integraliter pertinebant.

Quam quidem donationem volumus esse perpetuam, ipsum Petrlinum et ipsius successores ad predicta astringentes.

In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est

---

*) Podał do oblaty w r. 1604 x Adam Romerius Sężycki, kanonik kol legiaty s. floryana na Kleparzu przy Krakowie, pleban proszowski —

est appensum. Datum Cracoviae feria secunda post conductum pasche anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo secundo. (5o Kwietnia 1372) Praesentibus Joanne cracoviensi, Raphaele visliciensi castellanis, Nicolao iudice, Andrea subiudice cracoviensibus, Andrea castellano zarnoviensi et Iwano de Rogow et aliis nostris fidelibus fide dignis. Datum per manus Janussii doctoris decretorum, decani et cancellarii cracoviensis et Zawisza archidiaconi cracoviensis et vicecancellarii regni Poloniae, nostrorum fidelium

Obl. 31 pag. 587.

Zob. przywilej Kazimierza nr. 1370.

1373. [28. IX.]

In nomine Domini Amen.
Noverint universi presentium notitiam habituri, Quod nos Krzywosand, heres de Czarna-Poramba[*], volens conditionem nostrorum bonorum facere meliorem, hereditatem nostram predictam discretis viris Michaeli et Nicolao, fratribus germanis et eorum legitimis heredibus rite et rationabiliter (vendidimus) sculteciam in eadem villa dicta Czarna poramba pro quadraginta marcis grossorum pragensium numeri terre cracoviensis, ratione cuius sculteciæ assignamus eisdem Michaeli et Nicolao duos mansos franconicos liberos, tabernam, molendinum, macellum carnium, panum, sutorum et fabrile, sextum denarium de censu ac tertium denarium iudicali. Hoc adiecto, quod nec nos Krzywosand nec nostri posteri suo tempore in eadem hereditate tabernam et molendinum in dictorum scultetorum preiudicium erigere non valeant quovismodo. Damus etiam dictis Michaeli et Nicolao et eorum legitimis heredibus ex opposito dictorum mansorum, rubeta quæ ad aquam dictam Wartha extenduntur ad locanda mellificia tot quot eorum placuit voluntati, damus etiam dictos scultetos et eorum heredes legitimos ab omnibus servitiis et expeditionibus habere penitus supportatos solum quod infra distantiam hereditatum nostrarum nobis more solito servire teneantur. Concedimus etiam eisdem scultetis et eorum heredibus unum grossum de pecuniis iuramentorum et obērzne sic videlicet (quod) de equo et bove seu eorum semelis non plus nisi quatuor denarios recipere presumunt (erit). Incolis[a] autem qui in dicta hereditate Czarna poramba nunc resident, per sedecim annos a data presentium tam a censibus

*) Dziś Czarnej Poręby nad Wartą nie znajdujemy; jest wieś Poręby o dwóch dymach tylko w powiecie sieradzkim parafia Grabszyce.

a) Incolae

bus nostris, quam a decima infra sedecim annos concedimus, locandis vero in posterum per viginti annos plenam concedimus libertatem; qua expleta de quolibet manso franconico decem scotos pragenses nobis pro censu, et domino episcopo cracoviensi sex scotos grossorum eorundem pro decima annis singulis in festo sancti Martini de mense Novembri solvere tenebuntur. Nec non ter anno nobis facient prandia, duo incole et tertium prandium sculteti vel[b)] et pro quolibet prandiorum predictorum duodecim grossos bohemicales ... [a)] quod volumus nobis solvant. Ac insuper de quolibet laneo pro honore nostro ad festum nativitatis virginis gloriose duos pullos, ad festum pasche triginta ova et duos caseos singulis annis solvere sunt adstricti. Promittentes scultetis predictis, ut eandem sculteciam suam vendendi, permutandi seu alio quovis modo alienandi de nostra licentia et consensu liberam habeant facultatem. Ne autem predicta nostra venditio quovis modo in posterum perturbaturX(?) ipsam in presenti charta ad perpetuam memoriam conscribi fecimus et nostri sigilli, quo utimur, appensione muniri.

Actum et datum Cracovie quarto Idus Octobris anno Domini M.CCC.LXX. tertio (12° Pazdziernika 1373) — Praesentibus nobilibus et discretis viris dominis Ioanne herede de Tuczina(?), Szegotha de Poramba, Martino de Wrozno, Johanne de Chelm, Petro de Mosgawa, Sandkone de Piotrowice et aliis quam pluribus fide dignis.

b) et

O. 12 p 877.

Podany do oblaty ver 1586 z nastepującem potwierdzeniem

prandium

Jy

1374. [6. VIII.]

Helisabeth Dei Gratia Hungariae et
poloniae Senior Regina Notificamus
Universis et singulis praesentium
notitiam habituris quod ad instanta-
neas praeces fidelium nostrorum ci-
vium ac ~~et~~ montanorum Ilkussiensium
ordinationem infrascriptam non tan-
tum profectum Nostri Thesauri quan-
tum eorundem civium et montano-
rum ac mineram ibi quaerentium u-
tilitatem et commodum gratuite con-
siderantes fecimus in hunc modum:
videlicet quod praefati cives et monta-
ni de quibusque mundi partibus fuerint
mineram plumbi seu argenti iuxta
modum ac consuetudinem primitus obser-
vatam in spatio unius ~~milliaris~~ mi-
liaris ex omni parte dictae civitatis
retro et ante infra spatium sex
annorum continue sese sequentium
incipiendo a Festo Beati Michaelis
videlicet anni sexti elapsi terminando,
libere quaerent, conquaesitamque pur-
gabunt et conflabunt, quam purgatam
et conflatam et in plumbum et argen-
tum propriis illorum expensis labori-
bus et impensis seu facultatibus qui-
buslibet redactam, iidem montanarii
et ipsorum quilibet ~~redactam~~ ratione
supremi Dominii nobis et ad nostrum
Thesaurum Zuppario seu Zuppariis
Nostris quos tunc praefigemus, eisdem
undecimam marcam argenti et undeci-
mam centenariam plumbi, dare et assig-
nare tenebuntur, decem partibus tam
argenti quam plumbi pro se reservatis,
quas quidem decem partes ~~argenti quam~~
~~plumbi~~ ~~ipsorum~~ argenti et plumbi
damus eisdem et cuilibet ipsorum, de

nostro et baronum nostrorum consilio, liberam facultatem infra spatium sex annorum ut praefatur vendendas, expatandas et deducendas, in et extra Regnum nostrum, terras et dominia nostra, quocunque et quandocunque ipsorum placuerit voluntati libere et sine impedimento aliquo. Salvis tamen praemissis et aliis Juribus nostris Regalibus scilicet Denariorum ~~libertat~~ liberalium vulgariter Freyheller de quolibet Centenario, unum denarium et uniis abscissis, puta Heken nominatis, seu aliis causis Judicialibus ad supparalie iudicium pertinentibus quae pro nobis specialiter exponimus prout antiquitus fuerant in consuetudine obtenta. In cuius rei testimonium sigilla nostra Hungariae et poloniae praesentibus sunt appensa. Actum et datum Cracoviae in octava Beatorum petri et pauli apostolorum anno Domini Millesimo Trecentesimo septuagesimo quarto praesentibus Serenissimo principe Domino Vladislao Duce Opoliensi et Russiae nec non strenuis Militibus Nostris fidelibus Dominis petro Sandomiriensi Doberlao Cracoviensi palatinis, Joanne Marescalco Regni poloniae, Sandomiriensi Capitaneo, Ottone Castellano Vislicensi. Datum per manus honorabilis ~~Ven~~ Viri Domini Januarii Archidiaconi et Cancellarii Cracoviensis.

159
Nadkł. 309.

1375. [23. VI.]

Elżbieta królowa polska i węgierska oddaje zaczętą przez Kazimierza wielkiego*) budowę szpitala Sᵗ Jadwigi na Stradomiu przełożonym gnieźnieńskiego i miechowskiego zgromadzenia kanoników grobu chrystusowego do dokończenia, co Zygmunt August zatwierdza.**)

Nos Elisabeth, Dei gratia regina Hungarie et Polonie, memorie commendantes tenore presentium significamus quibus expedit universis, quod nos consideratis industriis et sagacitatibus religiosorum virorum cruciferorum, videlicet Benedicti prepositi gnesnensis et Martini de Miechovia, nostrorum fidelium, quibus ad opera salutaria facienda et exercenda habiles et strenui fore dignoscuntur instituimus et constituimus eos rectores veros et legitimos operis illius domus hospitalis, quam quondam dominus Casimirus rex, frater noster, pro salute anime sue prope finem pontis inter Cracoviam et Casimiriam civitates existentem construere inceperat, a quo remansit nondum perfecta, ut eorum propriis rebus et expensis atque iuvaminibus et auxiliis bonorum omnium eandem domum hospitalem operari et construi faciant et perficiant perfectamque regant iure perpetuo et gubernent ipsi et ordo eorundem ad utilitatem, sustentationem et refugium pauperum et infirmorum secundum gratias et indulgentias domini Urbani pape pro eadem domo hospitali datas et concessas, recipientes eosdem in regiam protectionem et defensionem in predicta domus operatione, constructione atque gubernatione. Volumus etiam quod quicumque homo quamcumque rem suam ad opus illius domus hospitalis vel ad sustentationem pauperum vel infirmorum propter Deum illi domui hospitali dare vel legare voluerit, liberam habeat dandi et legandi facultatem. In cuius rei testimonium presentes eisdem et ordini eorundem dedimus literas privilegiales, pendentis sigilli nostri

---

*) W r. 1591 zaczęto stawiać Kollegium szpitalne na Stradomiu pod imieniem Sᵗ Jadwigi, niegdy księżnej wrocławskiej.
Obszerniej o tém zobacz: „o początku rozkrzewieniu i upadku zakonu xx kanoników stróżów grobu jerozolimskiego" xiędza Pękalskiego.

**) Przywilej z potwierdzeniem z r. 1550 oblatowany w r. 1640 przez x Augustyna Wolskiego przełożonego Kollegium Sᵗ Jadwigi

munimine roboratas. Datum Cracoviæ in vigilia nativitatis S^ti^ Joannis Baptista anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo quinto. (23° Czerwca 1375). –

Zygmunt August na prośbę X Leonarda biskupa Kamienieckiego, przełożonego szpitala St Jadwigi przywilej powyższy w Krakowie w piątek przed St Andrzejem (28° Listopada) 1551 w całej osnowie zatwierdził.

O. 117 pag. 1853. –

1375. [27-VI.]

Nos Stephanus Gallicus, civis cracoviensis, nec non scultetus de Bronowicze polonicali, prout iudex seu advocatus supremi iudicii iuris teutonici in castro cracoviensi, permagnificum principem dominum ac dominum Lodvigum, Dei gratia regem Polonie Ungariaque serenissimum ad hoc specialiter deputatus una cum scabinis eiusdem iudicii infrascriptis notum facimus per praesentes quibus expedit universis, protestantes. Quod veniens ad nostram nostrorumque assessorum praesentiam nobilis vir dominus Crziwosand, heres de Czarna Poramba fassus est in iudicio bannito et publice recognovit, se vendidisse sculteliam in eadem villa Czarna poramba discretis viris Michaeli et Nicolao, fratribus germanis et eorum legitimis heredibus pro pecunia, quae in tenore ipsius privilegii inferius patebit. In qua scultelia volens ipsos Michaelem et Nicolaum praefatos fratres germanos tutius ac melius certificare, coram nobis constitutus in iudicio prenarrato una cum Michaele et Nicolao scultetis predictis villae praevocatae privilegium super eadem sculteliam posuit et presentavit, supplicans pacifico et quiete, ut id idem privilegium [propter meliorem firmitatem nostro Iudiciali Privilegio] dignaremur confirmare, cuius tenor sequitur in haec verba.

(Tu następuje w całej osnowie powyższy przywilej)

Nos vero inclinati petitionibus ipsius domini Crzywosand heredis prenominati et scultetorum prius dictorum videlicet Michaelis et Nicolai, de maturo consilio nostrorum superius dictorum assessorum praesens privilegium scribi fecimus excellenti sigilli illustrissimi domini regis superius dicti, quo specialiter ex demandato ipsius utimur, munimine roborari. Actum et datum in castro cracoviensi feria quarta infra octavam sancti Ioannis Baptistae sub anno Domini M°CCC°LXX° quinto (27° Czerwca 1375) –

Praesentibus his famosis et discretis viris Martino de Lubowza, Stephano de Cronisczow, Petro dicto Cosarz de

de Slomniki, Stanislao de Glogoszow, Mròslao de Subrowicz scultetis, Dominicone et Paulo dicto Biskupicz civibus cracoviensibus ac iuratis et aliis quam plurimis fide dignis. Obl. 12 p. 876

~

Coll.

AR.

161

1375
[1. VIII]

Cf. Cod. Min. Pol. III. 291-292.
(wykarówka Łagany)

Anno 1375, die 1a Augusti, Sandomiriae, Elizabeth, Senior Regina Ungariae, et Poloniae, petitionibus Nicolai, sculteti de Jaśkowice, inclinata, litteram, quam sibi Drogossius, haeres de Chroberz, concessit, (Nro AR II), ratam habens, confirmat.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam, nos Elizabeth, dei gracia, Ungarie, et Polonie Senior Regina, universorum, et singulorum, tam presencium, quam futurorum, presentibus declaramus, quod veniens ad nostre maiestatis presenciam, Nicolaus, scultetus de Jaszkawijcze[1.)], litteram pergameneam nobilis viri, domini Drogossij, heredis de Chroberz[2.)], nunc capitanei Sandomiriensis[3.)], nostri fidelis, ipsius sigillo subappenso, non rasam, nec cancellatam, sanam, atque integram, prorsus omni vicio, et suspicione carentem, nobis ostendit, suplicans nostre benignitati, ut eandem litteram, et omnia in ea contenta, confirmare dignaremur, de gracia nostra speciali. Cuius quidem littere tenor de verbo ad verbum sequitur sub hac forma: (Sequitur littera Nro AR II). - Nos vero ipsius peticionibus acquiescentes, presertim ad relacionem ipsius domini Drogossij, eandem donacionem, necnon literam, et

omnia in ipsa contenta, gratuite(?) iuxta consuetudinem terre, ratam, et gratam habentes, confirmamus, et roboramus, perpetuis temporibus valituram, et approbamus, harum, quibus nostrum sigillum est appensum testimonio litterarum. Actum Sandomirie[3.)] in die ad vincula sancti Petri, Apostoli, anno domini millesimo CCC° LXX° quinto, presentibus nostris fidelibus dominis: Dobeslao, pallatino Cracoviensi, Petro, Lublinensi, Nicolao, Zawichostensi[4.)], Petro, Lucoviensi[5.)], castellanis, Marco, subiudice Sandomiriensi[3.)]. Datum per manus honorabilis viri, domini Zawissij, Archidiaconi, et Cancellarij Cracoviensis.—

Liber Castri Sandomiriensis III. ff 180.— Oblata facta fuit feria tercia post dominicam Ramis Palmarum proxima, anno 1499.— Dolna część księgi zupełnie w tym miejscu wystrzępiona, stąd kropki w odpisie transsumptu (AR.^ii)

1.) Jaśkowice, wś. na lewym brzegu Sanu, w pow. Tarnobrzeskim w Galicji.

2.) Chroberz, wś. paraf. w gub. Kieleckiej, pow. Pińczowskim.—

3.) Sandomierz, mto pow. w gub. Radomskiej.

4.) Zawichost, mto w gub. Radoms. pow Sandomierskim

5.) Łuków, miasto pow. w gub. Siedleckiej.

AR.II

1375.

Cf. Cod. Mazur Pol. III. Nr. 292 (w Khrobi Lagunny)

163

Anno 1375, die 31. Octobris, Sandomiriae,

Drogossius, capitaneus Sandomiriensis, ac haeres de Chroberz, proventus sculletiae R. Mtis in Jaśkowice augere cupiens, sculteto Nicolao de ibidem, tertium denarium de judicio, medietatemque de juramentis ac potestatem locandi unam tabernam et molendinum, confert. – (cf. Nro A.R.III).

In nomine domini amen. Quod magnifica nobilium decreuit auctoritas, latum, atque fermum (s.) debet permanere. Igitur nouerint omnes, tam presentes, quam futuri, quod nos, Drogossius, Capitaneus Sandomiriensis, ac heres de Chrobrza[1.] (s.) sculteciam, de qua modica vtilitas Regie Maiestati hactenus periieniebat (s.), ffructus vberiores ampliare, et indeficienter (s.) augeri cupientes, viro prouido, Nicolao de Jasskowycze[2.], propter sua fidelia seruicia dedimus et damus per presentes tercium denarium de judicio, ac de juramentis medietatem, vnam thabernam, ac molendinum locare, si fieri poterit, atque vnum riuulum, prout prius, et ab antiquo tenebat, dantes eidem Nicolao, sculteto, ...

....

....

....

....(scultheciam) vendendam, comutandam, pro sua, ac suorum posterum vtilitate conuertendam, Idem scultetus, et sui possessores tenebuntur duas vrnas mellis quolibet anno Regie Maiestati persoluere, veluti prius persoluebat. – In cuius rei testimonium, sigillum nostrum duximus presentibus appendendum. Datum, et actum in vigilia Sanctorum Omnium Sandomirie, anno domini millesimo CCC° LXX° quinto, presentibus hijs testibus, videlicet Hebronio(s.) ac Raciborio, heredibus de Rossevw[3.)], Jacussio, herede de Lipnyk[4.)], Passcone de Milossouicz[5.)], Preczslao, herede de Pleanow[6.)], Bogomilo, ac Adam, necnon Bartholomeo, kmethonibus ibidem in Jasskovicze[2.)], ac alijs, quampluribus fidedignis.

Transumpt z dokumentu, zamieszczonego w zbiorze niniejszym pod N° AR

1.) Chrobercz, wś. paraf. w gub. Kieleckiej, pow. Pińczowskim.

2.) Jaśkowice, wś. na lewym brzegu Sanu w pow. Tarnobrzeskim w Galicji.

3.) Rosiejów. gub. Kielecka, pt. Pińczowski, par. Skalbmierz.

4.) Lipnik, gub. Kielecka, pt. Pińczowski, par. Kije.

5.) Miłoszowice, gub. Radomska, pt. Opatowski; par. Kiełczyna.

6.) Nomenklatura dziś nie istniejąca. –

1371.

[1376. 24. VIII.]

In nomine sanctæ Trinitatis et individuæ unitatis. Amen.

Cum inter universalia animalia homo sit dignior et perfectior creatura et iure solam carnis ab anima merito habet agnoscere suum creatorem, pateat igitur præsentibus et posteris præsentes literas inspecturis. Quod nos Elisabeth Dei gratia regina senior Ungariæ, Poloniæ, Dalmatiæ nec non aliorum regnorum adhuc sanitate et valetudine corporis gaudentes et nostrum volumus ordinare et augere testamentum, videlicet quod ecclesia sancti Michaelis in Rupella sita in Casimiria civitate, in qua civitate sanctus Stanislaus fuit passus, mansum vulgariter Szreb, situm in Zawada cum area et horto et cum fossalibus omnibus vulgariter dicti Padołki, qui mansus sive Szreb iacet circa Wislam et magnum lacum et tendit usque ad viam, qua itur in Pychowice, cum tribus campis et duobus pratis inter montes adiacentibus, quæ sunt retro montem Tentawa, duobus praticulis circumque viam eundo in viam iam dictam Pychowice damus nec non legamus pro sanitate dilecti filii nostri Ludovici regis Ungariæ, Poloniæ, Dalmatiæ et pro sanitate et remedio animæ nostræ, nec non fratris nostri Casimiri quondam regis Poloniæ, omnimode, libere et perpetuo possidendum liberumque in predicta villa Zawada pascendi omnia et singula animalia rubetum pro sepibus et igne cremandi.

Rector vero Bartholomeus ac sui successores predictæ ecclesiæ in Rupella nostrum anniversarium singulis annis debet celebrare et Dominum pro nobis devote exorare.

Ne igitur nostra ordinatio sive donatio in irritum deduci possit presentem paginam per manus Petri, nostri publici notarii, scribi

scribi mandavimus et nostri sigilli pendentis in filo serico munimine consignari seu roborari. Actum et datum in Bochnia anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo primo, nono Calendis Septembris, indictione XIII et in crastino assumptionis beatae Mariae virginis gloriosae (16 Sierpnia 1371). Praesentibus his fidelibus testibus Nicolao, Michaele[1] Ungaris militibusque ac familiaribus nostris, dominoque procuratore generali et factorum domino, Joanne palatino cracoviensi et domino Joanne Tarnoviensi et domino Przedborio marschalcone militibus cracoviensibus, domino Martino et domino Petro presbyteris curiae nostrae reginalis et aliis quamplurimis fide dignis.

Obl. 91 VI p. 2023.

Zobacz przywileje z r. 1378 i 1473 przez Władysława IV. jako i niniejszy. w r. 1642 potwierdzone

1) Ten Michał Węgrzyn zwany Pogan zamordowany został także w r. 1377

Coll. H/P.

1377. [26. VII]

In nomine Domini Amen. Quod magnifica Regum decrevit fieri auctoritas ratum et Stabile debet perpetuis temporibus permanere, Proinde Nos Lodovicus dei grã Hungarie Polonie, Dalmanie Croacie, Ramie, Servie, Galicie, Lodomerie, Bulgarie Comanieque Rex, princeps Sallernitanus et honore montis Sti Angeli Dñus Notificamus quibusca pedit universis. Quod nos attendentes et sane considerantes, multiplicia obsequia quibus strenuus Vir Dymitrus Vicethesaurarius regni nr̃i predikti Polonie, et Iwanus fratres germani heredes de Cleczcze Gnarss — complacuerunt regie nostre maiestati et adhuc in futurum auctoi fidelitatis studio, poterunt prestantius complacere, ipsis eorum que heredibus et successoribus legitimis utriusque sexus Castrum nostrum dictum Goray, alio nomine Loda nuncupatum cum villis infrascriptis dictis Loda, Radzaniczow, Chrzanow, Zkola, Choczeidza, Bala, Brenwicza, et Dzilowicze necnon civitatem sive oppidum, Crasnik nuncupatum, cum villis infrascriptis denotatis, videlicet Sztroza, Wyznicza et dimidia villa dicta Rzeczczo, ac laneis universis ad ipsus pertinentibus, cum omnibus, et singulis juribus dominiis, fructibus, censibus, agris, pratis silvis nemoribus, virgultis, rubetis, queretis, molendinis, piscinis, lacubus, mellificiis, venationibus, aquis, earumque decursibus, ac aliis utilitatibus, universis quibascumque vocitentur nominibus, que nunc ibidem existunt et in posterum poterunt suboriri situatu et situata in Terra Sandomiriensi, prout dicta castrum et Civitas cum predictis villis ipsis adiacentibus, in eorum graniciis et metis circumferentialiter sunt distincte et qut ipsarumet ipsa cum villis superius expressatis, nos et nr̃i illustres predecessores Reges Polonie tenuimus hactenus possedimus, dimus assertabimus, incorporamus, adiungimus, donatione inviolabili et donamus perpresentem Castrum et Civitatem cum villis prenotatis, tenendum habendum donandam alienandam, commu

tandem

tantum in ipsis eorum beneplacitos conteud et per memoratos Dimitrum et Iwannum eorumque heredes et successores legitimos ut predicitur utriusque sexus temporibus perpetuis pacifica possidendam Caustituendo memoratos Dymitrum et Iwannum eorumque heredes et successores legitimos utriusque sexus cis prefati Castri dicti Goray vel Lade et Civitatis Crasnik et villorum omnium ad ipsum, et ad ipsa pertinentium quodlibet, dominos, heres et legitimos possesores. Demum volentes prenotatos nr̃os fideles, gratia persequi Speciali universos et singulos advocatos, opidanos, incollas et villanos eorum civitatum et villarum ab omni Regni nr̃i Polonie, Palatinorum, Castellanorum, Judicum Subiudicum, ceterorumque officialium et Ministerialium, eorundem judiciis, Jurisdictionibus, potestatibus, citacionibus atque penis eximendos duximus et absolvendos. Itaque quod coram ipsis vel eorum aliquo pro causis tam parvis quam magnis ut puta furti, Sanguinis homicidii, incendii membrorum mutilacionibus ac quibuscumque aliis citati minime respondebunt Sed tunc predicti opidani coram ipsorum advocato. et villani coram ipsorum Scoltetis. Advocatus vero et scolteti coram Dn̄os Dymitro et Jwano, ipsorum dominis aut eorum heredibus et successoribus vel coram nobis ante judicio nr̃o generali ġnali. si fortasse iidem Dymitrus et Jwannus in redenda justitia negligenti fuerint. Sutamen reprad vocatus et scolteti per tra̅m nr̃am nr̃o sigillo sigillatum evocati fuerint, tunc non alio quam iure ipsorum Theutonico Shredensi quo ipsos noviter quaudete volumus, cuilibet ad citata respondere sunt astricti. In causis autem animalibus et capitalibus Superius expressatis Advocato et scoltetis memoratorum civitatum et villarum judicandi, Sniandi., puniendi et

condemnandi

condemnandi, damus et concedimus, plenam et omnimodam facultatem prout hoc ius Theutonicum Stredense in omnibus suis punctis, clausulis et articulis postulat et regnat. Et ut premissa omnia et singula robur obtineant perpetue firmitatis, presentes maiori nostri ~~nostri~~ Sigilli munimento fecimus roborare. Actum ante castrum Belz, terre Rusie in festo Sti Jacobi Apostoli Anno domini Millesimo trecentesimo Septuagesimo septimo Presentibus Illustri principe domino Ladislao opoliensi, Weluensi et Russie duce, Joanno Castellano Cracoviensi, Othone palatino Sandomiriensi, Predborio Marszalko Curie Domini nostre Regni Polonie Petro Iudice et Johanni Castelano Sandomiriensibus et aliis quampluribus nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus reverendi in Christo patris dni Demetrii Epi Zagrabiensis Hungarie nec non Ladisii Polonie Regnorum Cancellariorum et Symonis Vice cancellarii Regni dni Polonie Sepredicti—

Nadanie Miast Goray i Krasnik
Dymitrowi podskarbiemu, i Iwanowi
braciom, od Ludwika króla Polskiego i Węgerskiego

R. 1377

Oryginał na Pargaminie
ze sznurkiem jedwabnym zielonym
bez pieczęci w Archiwum
Xcia Lubomirskiego w Dubnie

169

1377. [19.X.] 0

Noverint universi et singuli presentes et futuri harum litterarum noticiam habituri. Quod nos Clemens iudex terre Sczeczechowiensis per dominum Oto.nem palatinum et Capitaneum Sandomiriensem ad hoc specialiter deputati recognoscimus atque testamur presentes quod Nobiles Adam una cum Wasztrone fratre suo heredes de , obtinuerant iure

Testes produxere ydoneos viros et honestos Janussium heredem de et Stanislaum heredem de Raczko qui approbando demonstraverunt contra Jarconem heredem de Zalesie in ripa fluvii Wile Juraverunt in hunc modum quod Silua nuncupata Ostrow cum ripa prenominata fluvii Wile. sicut circumferencialiter in suis graniciis


pertinent ex prefatus Jarco nichil potuit contra eos renerare Ideo nos videntes per iusticiam prenominatis Ade et Wasztroni adiudicavimus eis saepedictam sylvam Ostrow cum omnibus fructibus et utilitatibus plenarie possidere Jarconi vero abiudicando. In cuius rei testimonium ac evidenciam pleniorem robore ~~nos~~ mei Sigilli presens scriptum iussimus communiri Actum in Szeczechow in Crastino Sti Luce Anno dni M. CCC. LXX VII presentibus hiis Testibus Cristino herede de Slauno Protasio h ( ) ulcowicz Imbrone herede ( ) ynelwicz Jarcone herede de domino ( ) plebano de golabe Mach ( ) arna herede de Saoni Nicolao notario castri ( ) herede de glizcez Adamcone ( ) de Osmolicz et aliis fidei dignis.

z Wayanii d. 26 Listopada 1850 zapisałem
Nb. pieczęci nie ma.

1377 [25. XI]

Nos Prsemisslaus dei gratia dux Tesschinensis Notum facimus tenore praesentium universis, quod constitutus in nostra praesentia fidelis noster dilectus Byssslaus de Witanowicz villarum suarum Witanowicz antiquam cum omni dominio, videlicet ead (curia) (~~eciam, albo lei ecclesia~~) ducali et omnibus aliis pertinentiis suis et utilitatibus sicut ipse eandem possidere demonstratur, et sicut ipsa in suis graniciis consistit, — Katherine conthorali sue legitime, nomine veri dotalicii in octuaginta marcis polo=nicis grossorum pragensium; — et in casu quo dicta villa se ad valorem octuaginta marcarum non extenderet, extunc villam suam Witanowicz novam in supplementum dictarum octuaginta marcarum eidem conthorali sue juxta Terre Oswieczimensis consuetudinem resignavit ad manus Zegothe de Czweyenczug et Zakussonis * de Zawysscho=wicz, notant (notanter, albo notantium) q (quod) in Witanowicz nova non plus habere deberet, nisi quantum, et si, in Witanowicz antiqua, octuaginta marcas in valore habere non posset complete. Nos itaque hujusmodi resignationem tamquam ratam et gratam de verbo ad verbum prout superius facta describitur, de nostre potestatis plenitudine, auctoritate praesentium confirmamus, duraturam in sui roboris * firmitate, presencium, sub appensione nostri ducalis sigilli, testimonio litte=rarum. — Datum Oswieczim in die Ste Katherine. anno domini Millesimo CCCo septuagesimo septimo. presentibus Strenuis domino Iescone de Wilemowicz, Dno Maczcone de Bitkaw Militibus (...) Sulisslao de Brzeznicz, Wrochnone Maloze et aliis pluribus fidelibus nostris et dilectis. per Karolium Notarium nostrum —

(L. S. penselis. cerei.)



Przepisałem z oryginału, na pargaminie małego bardzo formatu, ~~jak~~ jak ćwiartka mniejsza Arkusza, czytelnie napisanego, który pożyczony sobie miałem od JW. Konst. Świdzińskiego. (r. 1833. d. 3 Czerwca.)

[Notatka A. Helcla.]



171

1378. [19. VII.]

Nos Petka judex et Prandolka subjudex Sandomiriensis. Universis quibus expedit. Protestamur quod accedens ad nostram vostrorumque assessorum praesentiam nobilis vir Stanislaus haeres de Dmoricz una cum filiastris suis Petro, Leonardo, Marciano, Nicolao, Pyeszkna, Brona haeredibus ibidem suam totam portionem haereditatis in Jeszaw quam habuerant nihil penitus pro se reservantes, prout soli tenuerunt, cum omni jure et dominio ac cum omnibus utilitatibus et singulis proventibus, non compulsi, non coacti, sed cum bona ~~suum~~ ipsorum voluntate vendiderunt, tradiderunt ac publice in perpetuum resignaverunt, pro octoginta marcis grossorum monetae pragensis numeri polonicalis quadraginta octo grossos ad unam marcam computando honorabili viro Domino Jacobo procuratori

Vasnoviensis

Conventuique Monasterii Tremerensis habendam et ad usus suos bene placitos convertendum, quam venditionem ac emptionem litera praesenti ratificanda in perpetuum

confirmamus. In cuius rei testimonium nostra sigilla huic litterae sunt appensa. Datum et actum in Opatkow Feria secunda proxima ante Festum Sti Jacobi Apostoli. Anno Domini Millesimo septuagesimo octavo praesentibus his Nobilibus Prandotha de Konin, Prandotha de Bodzenthow, Christino de Ostrow, Dominis strenuis militibus Olsandz de Wronow, Jacobo de Budziszew, Dominis haeredibus Nicolao de Helmece et aliis quam pluribus fide dignis.

1378 [1.X.]

In nomine Domini Amen.
Elisabeth Dei gratia Ungarie et Polonie senior regina ad universorum notitiam volumus devenire per presentes, quod accedens ad nostre celsitudinis presentiam fidelis et devotus Bartholomeus capellanus prior ecclesie sancti Stanislai ad Rupellam in Casimiria supplicavit humiliter et devote, quatenus hortum quendam in Stradomia penes plateolam seu vicum ex opposito novi hospitalis sancte Hedvigis situm, quem asserebat per Stanislaum dictum Craia, servitorem olim inclyte recordationis Casimiri regis Polonie, fratris nostri carissimi, eidem ecclesie ad Rupellam ob remedium anime sue fuisse collatum, ex consueta nobis devotione eandem donationem dignaremur nostris literis confirmare, quam etiam donationem nobis nostri fideles Janussius cancellarius aule nostre et Bozenta procurator noster cracoviensis generalis, ob maioris fidei argumentum sunt professi.

Et quoniam scriptum est, quod semel dedicatum est [nore deo] amplius in humanos usus redigi non debet, nos itaque huic donationi piis visceribus inherentes et maxime que in pios usus sunt donata felici incremento augmentare potius quam diminuere volentes ipsiusque Bartholomei capellani prefati gehinnosis [x)] precibus annuentes, cum iuste petentibus non est assensus denegandus, eundem hortum, prout in suis dimembrationibus quadrangulariter longe lateque distinctus et limitatus, prefato Bartholomeo capellano et ecclesie sue iam dicte ac suis successoribus ratificamus, confirmamus, damus, donamus, adscribimus, attribuimus, incorporamus donatione

x) gnosis

natione inviolabili et largiter eximentes eundem hortum ab omni labore et gravamine seu quovis alio fundo castri nostri cracoviensis tenendum, habendum, libere et liberaliter perpetuis temporibus possidendum ac in usus quosvis beneplacitos suos suaeque ecclesiae prius dictae locandum, convertendum et exponendum. Harum quibus nostrum sigillum est appensum testimonio literarum.

Actum et datum Cracoviae feria sexta infra 8vas translationis sancti Stanislai anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo octavo. Praesentibus nobilibus nostris: Dobeslao palatino a) castellano cracoviensi, Janussio fratre eiusdem, herede de Mtyny, Navogio pincerna nostro cracoviensi, Wlodkone (de) Charbniow heredibus, Nicolao iudice cracoviensi, ac Bozanta nostro procuratore generali multisque aliis aulae nostrae fidelibus fide dignis. = 1/10. 1378.

Obl. 91 B. p. 2021

Zob. odnoszące się do tegoż Konwentu przywileje z r. 1371 i 1473 przez Władysława IV. jak i niniejszy potwierdzone

a) był palatynem, a został wojewodą dopiero w r. 1381.

wojew. krakow.	Kaszt. krak.	sędzia krak.
1376, 1377, 1379 Dobiesław	Jan	Mikołaj
1381 Spytek	Dobiesław	1378, 1385 Drogomir

8.

Drogon replié 22/12 1378

coll. 5/10.

174

1378 d. 16 Decembris

LR Nicolaus et Clemens de Iaschona fratres germani, injurias varias sibi vicissim illatas concordia componunt.

1378. Nos Crestaus heres de Chodow, Castellanus et Judex generalis terre Sandecensis nec non Jacussius de Lukowicza heres iudex subrogatus publice recognoscimus quibus expedit universis. Quia quomodo cum inter Nicolaum parte ex una et Clementem de Jaschona fratrem ipsius parte ex altera lis discordie fuisset exorta tandem accedentes ad nostram nostrorumque assessorum presenciam dum iudicio presidebamus, recognoverunt inter se totalem fecisse concordiam pro omnibus causis magnis sive parvis videlicet vulneribus et vadio inter ipsos et eorum familias racione pacis vallato per arbitros ex utraque electos et est talis quod Clemens cum uxore sua et familia Nicolaum fratrem suum de Jazona (sic) Crac. civiam Sandecz vel alias (sic) pro preda furtu (sic) et potencia amodo citare non presumet nisi pro iniurijs et debitis et alijs que predicta non tangunt, citare ipsi licebit; eciam concordie iunxerunt predicte quod dictus Clemens de Jazona Nicolaum ab omni vadio, et fideiussores famulosque, recepta ab eis venia per arbitros adinventa, solutos dimittet. Similiter annexum est concordie quod Nicolaus predictus de Jazona e converso Clementem fratrem ipsius uxorem et familiam Crac. Sandecz vel alias pro predictis videlicet pro preda furtu (sic) et potencia perpetuis temporibus citare non presumet sororibus duntaxat exceptis; nisi pro iniurijs (omnibus?) (ut hodie) omnibus et debitis citare licebit. Item sepedictus Nicolaus dicto Clementi pro vulneribus et alijs offensionibus per ipsum et per familiam ipsius perpetratis ... quadraginta marcas grossorum solvere sit

solvere sit astrictus; pro quibus quidam (sic) tres mansos in parte sue hereditatis ibidem in Taschowa quinque Kmethonibus collatatos (sic) ~~vallatos~~? predicto clementi in obligatcionem tradere non obmittet quos pretactus clemens cum omnibus utilitatibus et proventibus tenebit iuxta terre consuetudinem et huius concordie Centum ~~(centum)~~ marcas vadii [invicem? sunt vallate] ... In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum in Sandecz quinta ~~feria~~ ... ~~post~~ ... [feria post festum ... (Decoll...)] Anno domini M° CCC° LXXVIIJ. ~~(millesimo trecentesimo septuagesimo octavo?)~~ (1378). presentibus testibus Andrea et Joanne fratribus de ~~Belza~~ Belz... (Belzco? Belzo? Belzow?) Clemente de Druschcow, ... (Mroczkone) De Stroschna Mroczkone de Polna Gregorio plebano de nova ~~lipnercia~~ lipnicia arbitris et aliis ... fide dignis.

Ex originali ~~in charta pergamena scripto Bibliothecae~~ in Musaeo Zamoyscianae asservato. — Unum tantum sigillum subappensum.

pieczęć opisać!

nota ...

Z pieczęci dwóch, jedna tylko (z porządku druga) pozostała z wórku zawierającego ciemnego. W środku na tarczy jest wyraźny i dobrze odbity herb do Lubicza podobny na około napis: + S. IACSUI. D LUCOVICA:



z tą różnicą, że nad podkową nie ma krzyża, – a w środku podkowy prosty raczej miecz w kształcie krzyża, niż krótki jak w Lubiczu krzyż widzieć się daje.

Łukowica w Sandeckiem parafialna w. na zachód od Starego Sącza o 2 mil blizko.
Belz(a) Bielcza w Bocheńskiem parafii Borzęcin przy miasteczku Szczepanów, niedaleko Brzeska.
Druszków paraf. Czchów pod samym Czchowem ku południowschodowi
Stróżne paraf. Bobów miasteczka też przy niem
Lipniczka w. parafialna przy Bobowie
Polna parafialna w Jasielskiem o 2 mili od Stróżna

175

LK

Abraham Kmetho de Jaszona villa in districtu sandecensi sita, liberatur a judicio provinciali ex privilegio Elisabethae reginae.

1379. [5.5.] Ti.e. Długosz tekst.

Nos Nicolaus Carnifex judex provincialis subrogatus, nec non septem Scabini videlicet Bernardus de Longo prato [?] Staszco de Kyczno, condam franco de Gosturicze Johannes de (plama czarna, zatarte) Mylcova — dziś Milkowa — Mathias de Szedlcze dobeslaus de Cunina et laurencius de Fricroua sculteti villarum in districtu sandecensi commorantes (sic) notum fieri cupimus tam presentibus quam eciam futuris ad quos presens scriptum fuerit divolutum (sic) Quod cum Abraham Kmetho de Jaszona per quemdam hominem ad nostram presenciam videlicet ad iudicium provinciale fuisset evocatus. Tandem veniens Nobilis vir Nicolaus heres de Jaszona cum privilegio serenissime domine domine Elyzabeth regine Ungarie et Polonie sufficienter docuit et probavit quod nullus suo de Kmethonibus in iudicio provinciali predicto respondere de se querulantibus est astrictus nisi kmethones prefati domini de Jaszona coram suo sculteto. Scultetus vero predicte ville coram suo domino respondebunt nos itaque privilegio domine Elyzabeth domine serenissime regine audito et intellecto volentesque mandato eius obedire prenarratum Kmethonem ad ius theutonicum ipsius domini remisimus ipsum circa ius germanicum F conservando. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. A[ctum] et datum feria quinta proxima ante festum sancti Stanislai anno domini Millesimo [] CCC° LXXIX. (Millesimo trecentesimo septuagesimo nono 1379)

(Left margin: 7 zdaje się Kunina w Sandeckiem w parafii Nicdźwiedź. Dominium Podspalicz... ka.; wydarte; right margin: grium)

Ex originali Musaei Ordinationis Zamoysianae.

Unum tantum sigillum (parvum) subappensum a tempore deletum, zacne na niej orła z rozpiętemi skrzydłami jakby wzór wzlatującego: z napisu okólnego nic już wyczytać nie można: na tasiemce pergaminowej.

Długołęka do dóbr Świrkla należąca wieś, parafii Podegrodzie w Sandeckiem na zachód od Nowego Sącza o 2 mile. — Kameral.

Kycznia o 1½ mili od Długołęki na południowo=zachód, parafii Łącko (nad Dunajcem) Dominium Kamienica. — Kameral.

Gostwica parafii Podegrodzie 1 od Starego Sącza na północo zachód — Kameral.

Miłkowa i Siedlce na północ N. Sącza o 2 mile circit. pod Zbyszycami miasteczkiem parafia obu w Siedlcu. — prywatne

Konina i Frycowa Nawojowskiéj parafii i Dominii wsie przy sobie leżące na południowo wschód od Starego Sącza o 2 mile — prywatne

1379. [28. IX.]

In nomine domini amen. Iuri congruit et est consonum racioni ea, que aguntur in tempore, ne simul cum lapsu temporis pereant et literarum apicibus, sicut sapientum sanxivit auctoritas, fide dignorum testimonio roborentur. Eapropter nos Elisabeth dei gracia senior regina Ungarie, Polonie, Dalmacie etc. ad universorum noticiam volumus devenire, quod oblato nobis pro parte strenui viri Potrasii dicti Saffraneci, Subdapiferi Cracoviensis, nostri fidelis, peticio continebat, quatenus sibi literam nobilis viri Sandivogii, Capitanei cracoviensis, nostri fidelis, sanam et integram omnique prorsus vicio carentem ac sigillo ipsius appenso sigillatam innovare, ratificare, gratificare ac confirmare de reginalis nostre potestatis plenitudine dignaremur. Cuius quidem litere tenor de verbo ad verbum sequitur sub hac forma:

In Christi nomine amen. Nos Sandivogius, Capitaneus cracoviensis generalis, notum facimus presentibus et futuris, quibus expedit universis, quod nostram plurimorumque terre nobilium veniens presenciam magnificus vir dominus Otto, miles de Pilcza nec non palatinus et Capitaneus terre Sandomiriensis, non

compulsus, non coactus nec aliquo vicio aut errore circumventus, sed de ipsius mera, bona, spontanea voluntate ~~suis~~ usus super hoc consilio salubri suorum specialium amicorum, hereditates suas infrascriptas videlicet Szedlez et Climantow una cum quadam parte juris patronatus ecclesiam in oppido Mislovize conferendi, cum omni jure et dominio, quemadmodum ipse solus tenuit, habuit et multis temporibus possedit, nichil juris, dominii vel proprietatis pro se excipiendo in bonis memoratis, videlicet cum agris, agriculturis, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, mericis, rubetis, borris et earum mellificiis, gaiis, ~~aquarum decursibus~~ sollitudinibus, querretis, stangnis, lacubus, fluviis, piscinis et earum piscaturis, rivulis, molendinis, aquis, aquarum decursibus et specialiter cum medio fluvio, qui vulgariter dicitur Pszemsza, ac universaliter cum omnibus fructibus, redditibus, utilitatibus, censibus, proventibus, quibusvis obventionibus ad jam dictas hereditates Sedlez et Kymantow (sic) spectantibus aut spectare sperantibus, qui nunc sunt ibidem aut esse poterunt quomodolibet in futurum mediante meliori provisione, quemadmodum sepius dicte hereditates tam in longitudine quam in laditudine antiquitus ab aliis sunt distincte circumferencialiter et limitate, nec non cumulis et signis

consuetis secundum terre consuetudinem et statuta consignati, nobili viro domino Petrassio dicto Saffranecz, subdapifero Cracoviensi, sibi sueque legitime posteritati pro dimidio manso agrorum in villa Pelgrzimowicze nec non pro septingentis marcis grossorum pragensium numeri polonicalis quadraginta octo grossos marca pro qualibet computando dedit, permutavit, contulit, donavit, ascripsit, vendidit hereditarie et in perpetuum coramque nobis secundum juris exigentiam resignavit tenendas, habendas, possidendas, donandas, vendendas, commutandas, quemadmodum memorato domino Petrassio suisque legitimis successoribus ac liberis natis et nascendis utriusque sexus melius et utilius competere videbitur ac etiam expedire. Si, quod absit, sepe dictus dominus Petrassius per quempiam hominem pro ipsis bonis Sedlecz et Clymontow quovismodo impediretur, memoratus dominus Otto coram nobis promisit ipsum dominum Petrassium et ejus legitimos successores a talibus impedimentis infra spatium trium annorum intercedere et exbrigare verbo sue promissionis sine omni dolo et semota qualibet fraude, harum, quibus sigillum nostrum presentibus appensum est, testimonio literarum. Actum et datum Cracovie die sancti Gregorii

pape, sub anno a nativitate domini millesimo trecentesimo septuagesimo octavo, presentibus hiis dominis Zavissio Cancellario et archidiacono Cracoviensi, Iacussio Mlinski,
1378.
Dymitrio thezaurario Regni, Iwane milite, fratre ipsius germano, Iacussio Czban, Petrassio de Roznow militibus et aliis multis fide dignis vocatis ad presencia specialiter et rogatis. Amen.
Nos vero ipsius Protassii peticionibus ob ipsius probitatis merita generosius annuentes memoratam literam in omnibus suis articulis, punctis, clausulis et sentenciis, prout superius sunt descripte, approbamus, innovamus, ratificamus et presentis scripti patrocinio confirmamus, volentes ac decernentes, ut omnia ac singula contenta in prescripta litera perpetue roboris obtineant firmitatem, preterea eciam, quod consideratis et attentis diligenter et sollicite dignis ac fidelibus obsequiis, que nobis strenuus miles dominus Potrassius prefatus de Luzicz que vulgariter nuncupatur, noster fidelis et dilectus

a longis

a longis et retroactis temporibus
indiciis, serviciis beneplacitis mul-
tiplicatis exhibuit et ostendit ac
domino dante ferventius exhibere
poterit in futurum, horum igitur
serviciorum et aliorum bene meri-
torum intuitu speciali gracia i-
psum prosequi cupientes, ut ipsi
et kmetonibus suis in villis vide-
licet Sedlcz et Klymantow superius
nominatis fructus accrescat et uti-
litas omnimodi, ex nunc villas ipsius
antedictas in terra Cracoviensi sytua-
tas, prout in suis metis et granici-
ciis sunt limitate et distincte, de
jure Polonico in jus Theutonicum,
quod Maydburiense dicitur vulga-
riter, transferimus, perpetuis tem-
poribus duraturum, removentes ibi-
dem omnia jura Polonicalia ac
modos ac consuetudines universas
regni Polonie, que ipsum jus Theu-
tonicum impedire ac aliqualiter
perturbare consueverunt. Absolvi-
mus insuper et eximimus ac teno-
re presencium liberamus prefatum
Potrassium et successores ipsius
nec non kmetones et incolas omnes

quoslibet inhabitatores et scoltetum seu scoltetos predictarum villarum Sedlecz et Clymentow ab omnibus jurisdictionibus, juribus, potestatibus, angariis et perangariis omni dominorum palatinorum, capitaneorum, castellanorum, judicum et subjudicum, ministerialium universorum nostri regni, ita quod coram eis vel ~~coram~~ eorum aliquo in causis tam magnis quam parvis, puta furti, sanguinis, homicidii, incendii, membrorum mutilationibus seu aliis quibusvis causis vel excessibus citati aut ad aliquam causam tracti minime ~~ten~~ tenebuntur respondere, sed kmetones et incole supradictarum villarum coram suis scolteto vel scoltetis et ejus legitimos successores deputato vel deputatis, scoltetus vero vel scolteti coram prefato suo domino et herede aut posteris non aliis, qui pro tempore fuerint vel coram nobis seu nostro judicio generali, si fuerint in reddenda justicia negligentes, dummodo ad hoc per nostram literam nostro sigillo sigillatam evocati fuerint, tunc de se querulan-

tibus non aliter nisi suo et dicto jure Theutonico Maydburiensi respondere civilibus sint astricti, in causis vero criminalibus et capitalibus prout superius est declaratum et expressum, aliisque universis scolteto vel scultetis villarum sepius nominatarum judicandi, sentenciandi, excessus delinquentium corrigendi et reformandi, puniendi et condemnandi de benignitate nostra reginali damus, concedimus et elargimus plenam ac omnimodam potestatem, prout ipsum jus Theutonicum secundum consuetudinem regni Polonie alias serenissimi parentis recolende memorie domini Kazimiri olim regis Polonie et fratris nostri karissimi consecratam in omnibus suis clausulis, punctis et articulis postulat et requirit. Et in horum omnium evidens testimonium sigillum nostrum presenti privilegio juris Theutonici est appensum. Actum Cracovie ipso die beati Wenceslai martiris anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo nono, presentibus hiis testibus, strenuis militibus et honorabilibus viris ac dominis Petro de Sczecocini

et castellano Lublinensi, Johanne de Tharnow et castellano Sandomiriensi, Andrea de Wawrovize et Subjudice Cracoviensi, Spitkone de Lowinicza et subpincerna Sandomiriensi, Nicolao Krzelowski, Krizonone de Ostrow heredibus et aliis quampluribus fide dignis ad premissa. Datum per manus venerabilis viri domini Zawissii archidiaconi et cancellarii Symone de Ruscow vicecancellar Cracoviensibus.

Z archiwum stanu w Berlinie. Pieczęć zawieszona na zielonym sznurku.

1381. [12. XI.]

In nomine Domini Amen.

Gloriosus Deus in sanctis suis et mirabilis in maiestate, etsi cunctos suos ministros magnificet, altis decorat honoribus et celestis efficiat beatitudinis possessores, illos tamen, ut dignis digna rependat, potioribus attolat insigniis dignitatum et premiorum a) ~~[illegible]~~ uberiori retributione prosequitur, quos digniores in diligenti promotione ipsarum religionum ac in divini cultus benigna augmentatione agnoscit.

Proinde nos Ludovicus Dei gratia rex Ungarie, Polonie, Dalmatie ~~Cracovie~~ Croacie b) etc. huius sacri elogii exemplo docti pariter et informati, ad cunctorum noticiam volumus devenire ob remedium salutis nostre et successorum nostrorum soliciti de divini cultus salubri multiplicatione in ipsis religionibus et ~~[illegible]~~ cum ecclesie sanctimonialium Monasteriorum et Conventuum ad sanctum Andream in Civitate Cracoviensi et in Antiqua Sandecz ordinis sancti Francisci seu etiam beate Clare predicte diocesis Cracoviensis ingenti meritorum excellentia apud nos recommendetur, Nos ex innata nobis benignitate, cum eisdem volentes agere gratiose ipsas et eorum bona hereditaria et omnes ac singulos eorum kmethones seu iobagiones ubilibet constitutos ex nostra munificentia regali ab omnibus exactionibus, serviciis, solutionibus, collectis, ~~super~~ a sep, angariis et preangariis, quibuscunque nominibus censeantur et si quas vel que per consuetudinem seu quocunque ~~[illegible]~~ alio iure nostri predecessores et nos habuerunt et habuimus in eisdem, absolvimus, liberamus et eximimus nos penitus harum serie literarum sed duntaxat in signum dominij Regie Maiestatis volu

volumus pro nobis habere et nostris successoribus a quolibet cmethone villarum seu hereditatum monasteriorum et conventuum predictorum de manso quolibet seu laneo possesso singulis annis in festo sancti Martini confessoris quatuor grossos monete in regno Polonie communiter decurrentis pro nostra camera regia et successorum nostrorum cum una mensura siliginis et duabus avene debito modo planatis et non cumulatis iuxta modum in ipsorum videlicet cracoviensi et sandecensi, quas predicti cmethones seu robagiones tenebuntur, dare exsolvere et firmiter assignare.
Ceterum iidem cmethones seu robagiones monasteriorum predictorum pro nostra curia regali ipsis cum propinquiori duos dies infra unius anni spatium singulis annis unum videlicet tempore messis ad metendum, recolligendum et recollecta in horreo reponendum, et alium ad falcandum, falcata congregandum et debito modo in allodio ordinandum sint astricti. Hoc tamen adiecto, quod cum personaliter nos aut successores nostros una cum incolis dicti regni Polonie ad aliquam generalem expeditionem extra limites regni ire contigerit extunc ab hominibus seu robagionibus predictorum monasteriorum pro nobis et successoribus nostris caritativum subsidium licite postulabimus, dummodo talis generalis expeditio sortiretur suum effectum; si vero ad aliquam talem expeditionem generalem edictum fuit postulatum et receptum caritativum subsidium per nos et et successores nostros et aliquo casu seu impedimento eadem expeditio non deduceretur ad finem seu aliquovis modo impedimentum, extunc pro futura et sequenti simili expeditione nihil penitus dare debebunt, nisi prius dicta pecunia pro expeditione tali generali fuerit per dominos
nobiles

nobiles exposita et deservita. Similiter autem caritativum subsidium postulabimus, si et quando filium seu filiam nostram maritare aut nuptias pro liberis nostris vel successores nostri pro ipsorum faciemus seu facient vel ipsos seu alterutrum eorum coronari ad coronam dicti regni accedere ei contingat; homines vero seu robagiones monasteriorum predictorum pro eo subsidium caritativum per omnia ut supra tenebuntur dare et sine contradictione assignare. Volumus etiam et ex innata nostra magnificentia clementia decernimus pretextu recolligende pecunie nullus notariorum seu etiam memoratum quidquam exigat seu requirat, nisi unum grossum de qualibet villa. Preter autem premissa nihil omnino ab ecclesiis monasteriorum et conventuum sanctimonialium predictorum vel hominibus et personis eorundem volumus exigere seu extorquere.

In quorum omnium testimonium presentes literas fieri iussimus et sigillo in presentia muniminе roborari. Actum Cracovie in crastino sancti Martini pontificis gloriosi (12° Listopada) anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo primo. Datum per manus venerabilis viri Joannis Radlicij cancellarii supremi regni nostri ...

Lib. Rel. 19 pag. 2237.

Zygmunt III potwierdził ten przywilej w Warszawie na sejmie walnym 15° Czerwca 1593 r.

Podał do oblaty w tymże roku 1593 X Klemens ze Skalbmierza prowincyał franciszkański (Clemens scarbimiriensis, minister provincialis regni Poloniae conventus St. Francisci fratrum minorum conventualium) także powyższy z potwierdzeniem jako też przywileje Władysława Łokietka z r. 1312, Alexandra z r. 1505 i Zygmunta 1507.

Erectio Ecclesiae S. Spiritus Conventus Xiąsznensis, PP. Augustinorum
Christe Nomine invocato Amen. –

Cum autem dignum et justum est, aequum et salutare, ut (et) ea quae pro agendo (peragenda)
cultu divino, in laudem summi Creatoris et honorem gloriosae beataeque Mariae Virgi-
nis Matris Ejus, Nobilium haeredum et Comitum fieri (fuere) decrevit voluntas, scrip-
turis authenticis et fidedignorum testimonio, ad perpetuam rei memoriam firmiter robo-
rentur: proinde Nos Sbitko Haeres et Dominus (Comes) legitimus in Xiąsn, Palatinus
Cracoviensis: Universis tam praesentibus quam futuris, praesentium notitiam pariter et
memoriam inspecturis, publice declaramus. Quod ex sincera (sua) devotione, per gratiam
Dei nos instigantem, sancti (sane) Religiosorum Virorum Patrum Eremitarum Ordinis S. Augustini
qui viventes sub jugo regulae, exemplum vivendi praebent Christi fidelibus, doctrinis evangelicis
devotis praedicationibus, orbis per climata longe lateque diffusis, – piis exhortationibus humilibe[…]
inducendi, qualiter in hac vita vestigia salutis imitando, sic transeat per bona temporalia, […]
in futuro cum felici transitu vitam habeant sempiternam: praeclarae igitur devotionis insi-
gnia et praemissis diligentius intuentes, gratia qua strenuus et nobilis (nobis) miles Joannes Ca[…]
lanus Cracoviensis, Genitor noster charissimus felicis recordationis, prout a principio concessit,
et nos in sinu nostrae dominationis ipsos fovere et conservare volentes, pie et benigne protege[…]
ut in Xiąsn civitate nostra in terra Cracoviensi situata, perpetuis temporibus in Ecclesia […]
dem per patrem nostrum praenarratum bonae memoriae noviter (noverit) constructa, et de novo […]
data, firmissime stet fundamento, cum monasterio ipsorum supradicto, sine perhorrescentia et ali[…]
haesitatione. Et nunc, de Generosae Dominae Zoffiae Matris meae praedilectae consensu specia[…]
nec non ex pia voluntate et deliberatione Rectorum, ac pro salute felicitatis aeternae, nec no[…]
in remissionem omnium meorum peccatorum, donationem nostram gratiose roborando, aream et
fundum pro aedificatione monasterii praemissi, usque ad finalem ejus perfectionem, ob reverentiam e[…]
gratiam S. Spiritus Paraclyti, inter domum Petri dicti Kościejowski Civis nostri, prope Ecclesiam seu
Templum ejusdem Monasterii jacentes (jacentis) et inter muros civitatis ejusdem in dextera parte
et in sinistra, prout eadem area in suis extremitatibus, in signis et circumferentiis noscitur
per nos esse distincta, ac per eosdem Fratres a principio possessa (possessato) insignita et comprehensa;
mediamque partem molendini nostri, prope civitatem jacentis, quod Advocati molendinum ~~fuit~~ ab antiquo
fuit nuncupatum, in quo tota civitas brassea molere tenetur (tenentur), in quo etiam molendinator tertiam
partem haereditarie possidet, nos vero cum eisdem Fratribus duas partes per medium in perpetuum
dividemus: Item eisdem unam macellam Carnificum in civitate saepe dicta damus, donamus, et per-
petuo assignamus. Item ipsis ac ipsorum Monasterio damus et incorporamus praedium ante
Civitatem cum prato horto et agris: quorum agrorum distinctio est talis: videlicet inter metas
seu gades Villae dictae Mianocice, usque ad metas seu granicies ~~[…]~~ villae dictae Czanstosowice, – haec la-
titudo; – longitudo autem a via quae transis a Mianocice in Czestosowice incipiendo, usque ad viam
quae currit de Zandowice in Scalmiriam civitatem; Pratum autem quod antea est expressatum,
Advocati ab antiquo fuit nuncupatum: Haec itaque omnia et singula ut praemittuntur, de nostrae
donationis sana et matura benignitate, libere cum omni jure possessorio, ipsi Monaste-
rio gratiose damus conferimus et perfectissime donamus eidem Ordini et Fratribus supradictis:
Saepe dictam aream cum monasterio, nec non omnibus et singulis aedificiis juxta ipsum mona-
sterium quomodolibet comprehensis, et subsequenter comprehendendis (comprehendentis), adscribimus, annectimus

annectimus et incorporamus, et perpetuis temporibus pacifice possidendum appropriamus. Volentes insuper eosdem Fratres ampliori gratia et libertate de nostra benigna donatione habere consolatos, ne post decursum temporis, aliquis pro solutione aliquali nomine ejusdem areae seu fundi, ipsos impedire possit, aut aliqualiter praesumat perturbare, eosque eandem aream seu fundum allodium, et agros ac alia omnia per nos eisdem praestita, ab omni communitate ipsius Civitatis Xiązn, in vigiliis nocturnalibus quibuslibet, sive custodiis, et a solutionibus universis, tam magnis quam parvis, quibuscunque Nominibus censeantur, absolvimus, et perpetuo liberamus. Ut autem haec nostra donatio firma permaneat et perpetue perseveret, praesens privilegium sigillorum nostrorum appensione communitum, monasterio et Fratribus praemissis dari mandamus, in robur et testimonium perpetuas (perpetuum) firmitatis. Actum et datum ibidem in Xiązn, Sexta feria proxima ante diem Nativitatis Domini Nostri Salvatoris, sub anno ejusdem 1381. praesentibus his nobilibus Viris, Domino Joanne haerede de Tarnów et Castellano Sandomiriensi, fratre nostro charissimo. Domino Pacuszo de Zbigniew Dzigrot: Domino Nicolao de Burzyn: Creslao et Falislao de Stupów, et Petrossio de Vanchadlow haeredibus, et aliis multis fide dignis. Per manus Clementis haeredis de Boskorzow, cujus consilio et instinctu, Fratribus et ordini praemissis Monasterium contulimus praenarratum. —



Leliva haec in appenso Sigillo —

Ad Instantiam Rev. P. Mathiae Karski prioris Xiąsnensis, iste Authenticus est relatus ad Acta Terrestria Xiąsnensia Feria 5ta ante Festum S. Priscae Virginis proxima. Anno Domini 1599no.

Odpisana z kopii znajdującej się w Klasztorze Augustjanów w W. Xiężu; — której oryginał zgorzał. — (d. 24. Września 1833.) —

(1382. [29. X.]) (N) 183

(Z.)

Sigismundus, dei gracia, marchio Brandeburgensis, Sacri Romani Imperii Archicamerarius, necnon dominus Regni Polonie, tenore presencium notificamus universis, quia constitutus coram nobis, ac nostro consilio, discretus vir, Johannes de Zelezowicz, dictus Mÿrnocz, matura deliberacione prehabita, propria de voluntate est professus, villam, seu hereditatem suam, dictam Odrowansch, in capitaneatu, seu districtu Oppocznensi sitam, prout ab antiquo exirtit, terminis, et limitibus circumscripta, pro parte sua, ac heredum suorum, pro quadringentis quinquaginta marcis grossorum denariorum pragensium argenti eorum, se vendidisse nobili Petro Kmithe de Wisnicze, suisque heredibus, foro terre Regni Polonie legittimo, et consueto, ac eandem

hereditatem Odrowasch cum omnibus pertinencys, juribus tam spiritualibus, quam secularibus, cum agris cultis, et incultis, pratis, siluis, rubetis, pascuis, aquis, censibus, dominio, venacionibus, piscaturis, aucupacionibus, libertatibus, nichil penitus fructus, vel juris in eadem hereditate pro se, vel successoribus suis reseruans, supradicto Petro Kmithe, suisque heredibus, publice resignauit, temporibus perpetuis eandem hereditatem Odrowasch cum singulis, ac omnibus suprascriptis pertinencijs possidendam, vendendam, et in vsus suos quouis modo conuertendam, promittens insuper eandem hereditatem, et singulas eiusdem pertinencias a quolibet homine disbrigare, et purificare iuxta consuetudinem iuris terre in singulis hactenus obseruatam, Quasquidem, tam vendicionem, quam empcionem confirmamus, approbamus, ratam, et firmam haberi volentes temporibus perpetuis affuturis. Presentibus, ac testibus nobilibus, Pacossio,

subcamerario cracoŭiensi, Petro Malocha, capitaneo Cujaŭiensi, Jacussio de ~~[illegible]~~ Groschoŭicz, Clemente de Daleschoŭicz, Zawissio de Daloschoŭicz, necnon pluribus Regni nobilibus fidedignis. Harum, quibus nostrum sigillum est appensum testimonio litterarum. Datum in Radom in crastino beatorum Symonis, et Jude apostolorum, anno domini millesimo CCC° LXXX° secundo. —

Transsumpt 2 dokumentu, zamieszczonego w zbiorze niniejszym pod Nr XXI-i

Dokument niniejszy znany jest Prof. Piekosińskiemu (Cod. dipl. Pol. Min. I Nr 365.) ale tylko z błędnej co do imion i nazwisk świadków, kopii, znajdującej się w VIII t. tek Naruszewicza, pod Nr 206; dlatego też odpis niniejszy ~~niniejszym tu~~ zamieszczamy w naszym zbiorze ~~niniejszym~~. —

Coz

1384. [19. X.]

Hedwigis dei gracia Regina Polonie, ac terrarum Cracouie, Sandomirie etc domina. Magnificis et nobilibus viris, Palatinis, Castellanis, Judicibus, subiudicibus, et quibuscuis ministerialibus et officialibus ipsius Regni nostre Polonie, ac terrarum supradictarum, Salutem et graciam. Ad vestram et cuiuslibet vestrum tenore presencium deducimus noticiam, quod in nostre celsitudinis constitutus presencia prouidus vir Sydelo fidelis Ciuis noster Sandachensis nostro culmini exponere curauit, quod licet ipse villam dictam Januschoua alias Somnieschyn nuncupata [sic], certis pecuniarum sumpmis legittime comparasset, prout in suis metis et adiacencijs dudum sit descripta, saluis tamen sex marcis Polonicalibus, quas singulis annis ad fiscum nostrum regium soluere consueuit, ab alys exaccionibus, solucionibus, seruicijs, angarijs et perangarijs, inuentis et inueniendis, quibuscunque nominibus censeantur, ipsi et sui legittimi heredes esse debeant pretextu memorate ville liberi et immunes; et quamuis prefata villa Januschoua de Jure nostro Polonico in Jus Theutunicum, quod Meydeburgense dicitur, secundum omnes modos, Jura, consuetudines et obseruancias cum suis adiacencijs, et a vestris Jurisdicione et potestate de certa sciencia sit translata, eo adiecto modo, quod coram vobis aut aliquo vestrum, pro causis magnis seu paruis, puta furti, homicidi (sic), sanguinis, incendij, membrorum mutilacione, citatus, minime debeat respondere, sed Kmetones prefate ville et eius adiacenciarum, coram ipsorum scultetis, qui sunt pro tempore, ipsi vero sculteti coram memorato Sydelone, Sydelo vero coram nobis seu nostro Judicio theutunicali, supremi Judicij Curie nostre Sandacensis, dum tamen per nostram litteram nostro sigillo sigillatam ad hoc Citatus, et in reddenda iusticia negligens fuerit, tunc de se querulantibus, non alio nisi suo Jure Meydeburgensi theutunico respondere ad obiecta cuilibet sit astrictus, prout inter cetera in quodam priuilegio inuictissimi principis et domini domini lodouici olym Hungarie et Polonie regis, indelende memorie genitoris nostri carissimi vidimus plenius contineri. Tamen vos Palatini, Castellani, Judices et subiudices, ac alij officiales regni nostri, spretis indulgencijs et concessionibus genitoris nostri supradicti, eundem Sydelonem et eius scultetos et Kmetones, non ad Jus Theutunicum Curie nostre Sandacensis, sed pocius in vestrum Polonicum et nobile trahere niteremini, contra libertates eidem concessas a regia maiestate. Quapropter vobis omnibus et singulis supra scriptis, et presertim vobis Kryslao Castellano Sande,

czensi moderno et vices vestras gerentibus et successoribus, precipimus et districte mandamus, quatenus ipsum Sydelonem a vestris Citacionibus et Iudicijs relaxantes, ad Ius theutunicale, quod Meydeburgense dicitur, et ad Curiam nostram Sandacensem, in questionibus contra eum motis vel mouendis, iuxta suorum priuilegiorum tenorem, debeatis remittere sine difficultate aliquali. Presentes autem, post lecturam, reddi iubemus presentanti. Datum Cracouie secundo die festi beati luce ewangeliste, Anno domini Millesimo. Trecentesimo octuagesimo. quarto, regni autem nostri anno primo

Z oryginału pergaminowego do Magist. Sandec. należącego. Jako na liście okólnym, a nie zaś na przywileiu pieczątka mała w śrzodku pod pismem tylko była na wierzch wycisnięta, a nie zaś wisząca. Stąd tylko onejże okrągłej i małe dziureczki przychylującej pieczątkę tasiemki pozostały się.

N. Wh-1 i. 186

1385. [12.V.]

In nomine domini amen. Ad rei memoriam sempiternam, Hedwigis, dei gracia, regina Polonie, necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiauie, Pomeranieque domina, et heres, licet ad prosequenda quorumlibet vota fidelium regie liberalitatis dextera, quadam regularitate sit prona, Illis tamen sue munificencie dextram specialis prerogatiua fauoris aperire consueuit, qui reginalis maiestatis decus, et gloriam, specialibus obsequiorum insignys, fideliter prosequuntur. Sane pro parte strenui viri, Petri Kmithe, castellani lublinensis, nostri fidelis dilecti, nuper nostre maiestati oblata peticio continebat, quatinus litteram illustris principis, domini Sigismundi, marchionis Brandemburgensis, sacri Romani Imperii archicamerarij,

sigillo ipsius pendenti signatam; de nostre celsitudinis solita benignitate, innouare, approbare, ratificare, et confirmare dignaremur. Cuiusquidem littere tenor sequitur in hec verba: (Sequitur littera Nr. 2) Nos itaque, iustis et honestis peticionibus prefati Petri Kmithe benigniter acclinate (s.), cum, iuste petentibus assensus non est denegandus, prescriptam litteram ratam, gratam, atque firmam habentes, ipsam in omnibus suis punctis, articulis, clausulis et sentencijs, innouamus, approbamus, ratificamus, et tenore presencium confirmamus, decernentes supradictam litteram in predictis omnibus suis punctis, articulis, clausulis, et sentencijs, robur obtinere perpetue firmitatis, presencium sub nostre maiestatis sigillo testimonio litterarum. Actum Cracouie in crastino Ascensionis Domini, anno eiusdem millesimo trecentesimo octogesimo (s.) quinto. Presentibus hijs Strenuis, et nobilibus viris, Sandziuogio, capitaneo, Sbiscone,

venatore, cracoviensibus, Dymittero de Vice-thezaurario Regni Polonie, Clemente, castellano Czechoviensi, Nemerza de Lapanow, Jescone Zaclica de Korzkew, ac alijs multis nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus honorabilis viri, domini Zaclicze, prepositi Sandomiriensis, aule nostre cancellarij, fidelis dilecti.-


Dokument oryginalny pergaminowy, nieco tylko przez wilgoć i rdzę uszkodzony. Pieczęć (majestatyczna) Królowej (śred: 10½ ctm) z wosku naturalnego, na sznurze jedwabnym, zielono-purpurowym zawieszona, przedstawia wpośrodku postać Jadwigi w stroju królewskim, siedzącą na tronie pod paradnym baldachimem gotyckim o pięciu nawach. W nawach bocznych, bezpośrednio do głównej dotykających, znajdujemy dwie postacie świętych, a w krańcowych, dwie tarcze herbowe gotyckie, mocno już uszkodzone. U stóp Królowej widnieje na takiejże tarczy większych rozmiarów, herb Kujawski. Napis w otoku zniszczony.- Na odwrotnej stronie dokumentu obok późniejszych

notatek, zawierających jego streszczenie, znajduje się, z wieku XV pochodzący napis: „S. Odrowansz". N= 1 ze zbioru Hr. Wielhorskich. – Dokument niniejszy znany jest Prof. Piekosińskiemu (Cod. dipl. Pol. Minoris N= 370) z kopji, zamieszczonej w VIII tomie tek Naruszewicza pod N= 206; ze względu atoli na pewne, dość ważne różnice, zachodzące pomiędzy powyższą kopją, a oryginałem, odpis takowego podajemy w zbiorze niniejszym. –

1385. [29.V.]

Nos Drogomirus iudex, Krzeslaus subiudex terre Cracouiensis generales, notum facimus, quibus expedit, vniuersis, presentem literam inspecturis, quod accedens ad nostram nostrorumque assessorum presenciam generosus Iohannes de Brzezie, strenui comitis Stanislai cognomento Venczi, filius, non compulsus nec coactus, nec aliquo dolo circumuentus, sed de bona ipsius voluntate consilioque suorum amicorum prehabito, totam partem hereditatis sue ibidem in Brzezie, ipsum legittime tangentem paterna ex successione, cum omni iure et dominio, prout solus habet et possidet, nihil iuris aut dominij in eadem sibi et successoribus suis reseruando, sed cum omnibus vtilitatibus, agris, pratis, gajs, rubetis, syluis, censibus et cum iure patronatus totaliter, prout in se continetur, generoso Predborio de eadem Brzezie, strenui comitis Zbignei filio, eiusque successoribus legittimis, pro centum quinquaginta marcis bonorum grossorum in perpetuum iure hereditario vendidit et irreuocabiliter resignauit. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Cracouie feria secunda post festum sancte Trinitatis, anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo quinto. Presentibus: Tephtone de Czulicz, Andrea de Chechel, Iacussio de Irzanczyce, Falislao de ibidem, Belczone Tarna de Radranowice ac alijs multis fidedignis testibus.

Lib. terr. Crac. 135 p. 688.



1386. [2. I.]

189

Jadwiga, królowa polska zatwierdza przywilej Kazimirza W. z r. 1336 nadający Wierzynkom jedną grzywnę tygodniowo na cle krakowskiem.

In nomine Domini amen. Hedwigis Dei gracia Regina Polonie, necnon terrarum Cracouiensis, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie, Pomeranieque Domina et heres. Ad rei memoriam sempiternam licet ad prosequenda quorumlibet vota fidelium regie liberalitatis dextra quadam regularitate sit prona, illis tamen sue munificencie dextram specialis prerogativa fauoris aperire consueuit, qui reginalis maiestatis decus et gloriam specialibus obsequiorum insigniis fideliter prosecuntur. Sane pro parte Strenui viri Thomconis olim Werzingi, militis nostri fidelis dilecti, nuper nostre maiestati oblata peticio continebat, quatenus quandam literam Serenissimi principis domini Kazimiri felicis recordacionis olim Polonie Regis, awi et predecessoris nostri carissimi, sanam et integram omnique vicio penitus et suspicione carentem, ipsius sigillo patenti sigillatam, de innata nostre celsitudini

/.

clemencia ratificare, innovare, approbare et confirmare dignaremur. Cuiusquidem litere tenor per omnia dinoscitur fore talis. In nomine Domini amen. Quod magnifica Regum fieri decreuit autoritas, ratum atque stabile debet perpetuis temporibus permanere. Proinde nos Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, noticie et testimonio vniuersorum presencium et futurorum hoc scripto fieri volumus manifestum, quod consideratis fidelibus seruiciis et inspectis, que nostro patri pie memorie, nobis et regnicolis nostris vir discretus Nicolaus Wiringi, noster ciuis Cracouiensis aduocatusque Magni Salis multipliciter exhibuit et impendit fideliter et constanter, ea faciendo et ampliando, que commodum nostrum, regni nostri ac regnicolarum nostrorum respiciunt profectum et honorem, in recompensam ipsius tantorum obsequiorum, ut et alii ad similia faciendo prouocentur, eidem Nicolao et per eum progenitoribus ipsius legittimis unam marcam grossorum pragensium, quadraginta octo grossos

pro marca computando singulis septi-
manis damus, tradimus et conferimus
in theolonco nostro Cracouiensi jure he-
reditario imperpetuum possidendam.
Sic volentes et in presentibus statuentes,
quod vnusquisque theoloneator Cracouien-
sis, qui predictum theoloneum conuene-
rit, emerit, aut ex parte nostra in
commisso tenuerit, ipsi Nicolao aut eius
heredibus iamdictam marcam grosso-
rum inexcuse singulis septimanis sol-
uere teneatur. Qui si theoloneator in
iamdicta marca persoluenda singu-
lis septimanis ut prefertur, negligens
pertinaciter extiterit, exnunc prout
extunc, et extunc prout exnunc ei-
dem Nicolao et eius successoribus da-
mus et largimur omnimodam fa-
cultatem huiusmodi theoloneatorem
pignorandi, dum in soluendo negli-
gens extiterit marcam supradictam,
ad hoc adhibito vel assumpto de sci-
tu nostro et mandato nostro serui-
tore et nunccio speciali. Ceterum iam-
dicto Nicolao et ipsius heredibus da-
mus et conferimus plenum posse sepe-
dictam marcam vendendi, donandi

/ commutandi, vel ad alios usus conuer-
tendi, prout sibi videbitur utilius ex-
pedire et heredibus suis supradictis.
Et ut hec gracia et donacio inuiola-
bilis perpetuo perseueret, presens pri-
uilegium sibi Nicolao Wiringi suisque
successoribus dari mandauimus, nostro
sigillo regio communitum. Actum Cra-
couie feria tercia post Epiphaniam
Domini, anno eiusdem incarnacionis
millesimo CCC^mo^ XXX^mo^ sexto. Presenti-
bus hiis testibus nostris nobilibus:
Comite Spicimiro Castellano Cracouiensi,
Mstugio Pallatino Sandomiriensi, Msti-
gneo Castellano Radomiensi, Andrea
venatore, Dirscone Dapifero Cracouien.
Warsio Castellano Woynicienci, et aliis
multis fidedignis. Datum per manus
Domini Sbignei prepositi et Cancella-
rii Cracouiensis. Nos igitur voto et
voluntati ipsius Domini Kazimiri a-
ui nostri carissimi in hiis se confor-
mare plenius cupientes, ad supplica-
cionis quoque ipsius Thomconis olim
Werxingi supradicti instanciam pro-
pensius animati, supradictam lite-
ram ratam habentes et gratam,

ipsam in omnibus et singulis suis
punctis, clausulis, articulis, condicio„
nibus et sentenciis ratificamus, in„
nouamus, approbamus et confirma„
mus, Decernentes et volentes, sepedic„
tam literam in predictis omnibus
suis punctis, articulis, clausulis, con„
dicionibus et sentenciis robur optinere
(sic) perpetue firmitatis presencium
sub nostre maiestatis sigillo testimo„
nio literarum. Actum Cracouie in
crastino circumcisionis Domini, an„
no eiusdem millesimo trecentesimo
octoagesimo sexto. Presentibus hiis
Strenuis viris: Johanne Sandomiriensi,
Sandziuogio Kalisiensi, Johanne Lan„
ciciensi Palatinis, Drogosio Iudice
Spithcone Subcamerario Cracouien. et
Petro Roschen de Roschnow ac aliis
multis nostris fidelibus fidedignis.
Datum per manus Honorabilis viri
Domini Zaclicze prepositi Sandomirien„
sis, aule nostre Cancellarii fidelis di„
lecti.

Dokument pargaminowy. U nié„
go na paśmie z pąsowego i zié„
lonego jedwabiu zawieszona ~~w~~
pieczęć majestatowa królewej

Jadwigi w zwykłym wosku wy-
ciśnięta, znacznie uszkodzona.
Jako kontrasigillum wytłoczona
pieczęć mała, okrągła w czerwonym
wosku - wyobrażająca w obwódce
podłużnej o czterech łukach tarczę,
w niej orzeł. Napis głoskami go-
tyckiemi: s. hedwigis. regine.
polonie.

1386, die 7. mensis Ianuarii, Sandomiriae.

949.

Ręka XVI w. u marg. necessaria.

Banschiz duarum parcium pro monasterio empcio *)

Nos Pelka iudex et Prandotha subiudex terre Sandomiriensis universis quibus expedit pre-sentibus recognoscimus quod accedentes ad nostram nostrorumque assessorum presenciam nobilis vir Conradus de Ban-szicze una cum Margaretha relicta Hinconis civis Sandomi-riensis nepte sua vendidisse se recognoverunt religiosis viris dominis Conrado pro tunc abbati conventui monasterii Coprzy-wniciensis ordinis Cisterciensium duas porciones ville Banschi-cze que est conlimitata ville predicti monasterii eciam Ban-szicze nuncupate pro octuaginta marcis grossorum Bohe-micalium XL^ta VIII° grossos pro marca computando, Terciam vero partem eiusdem ville iuxta comunem cursum terre Polonie, pia ducti devocione ac zelo desuper accensi pietatis pro sua suorumque predecessorum salute dederunt donaverunt ac nomine testamenti perpetuo legave-runt monasterio pro predicto, cum omnibus et sin-gulis, utilitatibus, fructibus, usibus, iure et dominio censibus molendinis, pascuis, pratis, silvis, rubetis

borris mellificiis, aquis et aquarum decursibus ac generaliter cum universis et singulis usufructibus que fieri

x/ renuncientes

possent villa in predicta renunciantes omni iure si quod ante habuerant in eadem dantes et assygnantes dictis dominis .... abbati et suo conventui pacificam et realem possessionem cum plenitudine iuris tenendam ac perpetuo possidendam vendendam et commutandam sicuti ipsorum visum fuerit voluntati. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Sandomirie in crastino epiphanie domini in colloquio generali. Anno domini CCC°

Stało VI° porem l. przema, zamaza cinna ręka.

LXXXVI°.x Presentibus nobilibus et honorabilibus viris dominis: Johanne Capitaneo et pallatino Sandomiriensi, Nicolao castellano Zawichostensi, Mathia cancellario Dobrinensi, Vidzga de Wrzasow, Vidzga de Crisow, Jacobo de Boduschow heredibus et aliis quam pluribus fidedignis.

Z kodeksu Kopcz. p. 181-182.

194

1386. [3. III.]

Vladislaus Dei gracia dominus et gubernator regni Polonie supremusque dux Lithuanie ac Russie verus heres, notum facimus tam presentibus, quam futuris, quibus expedit, universis, quod consideratis fidelibus serviciys strenui militis domini Petri Schafraniecz subdapiferi Cra Cracoviensis nobis impensis et in futurum dante Domino impendendis, eidem domino Petro intuitu dictorum serviciorum suorum castrum nostrum Peschkowa Scala vulgariter nuncupatum, situm in terra Cracoviensi, cum omnibus villis, molendinis, proventibus et utilitatibus suis universis et presertim cum villa Sulosсhow wlgariter dicta, cum suis fructibus et utilitatibus, que ad dictum castrum et ad villam eandem pertinuerunt ab antiquo, in quingentis marcis grossorum Pragensium, numeri Polonici, quadraginta octo grossos pro qualibet marca computando, dedimus, contulimus et donavimus de gracia nostra speciali tenendum, habendum et pacifice possidendum tam diu, donec placuerit nostre voluntati et predicte quingente marce per nos eidem domino Petro integraliter et plenarie fuerint date et realiter persolute. Quarum testimonio literarum sigillum nostrum Lithuanicum est appensum. Datum et actum Cracovie sabbato proximo ante dominicam Esto mihi, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo sexto.

Teka Naruszewicza N. 9 fol. 29 z oryginału przechowanego niegdyś w archiwum wielopolskich w Pieskowej Skale.

1386. [2. IV.]

Nos Iohannes heres de Tarnouia, palatinus nec non capitaneus Sandomiriensis, presentibus notum facimus, quibus expedit, vniuersis, quomodo nobilem virum Dirsconem Czewley 1) heredem de Brzecze, burgrauium nostrum, Iudicium castrense supremum iure Magdeburgensi in Sandomiria banniri et vigorari per submissos scultetos more solito commisimus, videlicet per Vilhelmum de Ozalina, Cosmanum de Kopryvnicz, Laszkonem de Luslawa, Mathiam de Szawlowicze, Stanislaum dominum Paczek, Iacobum de Opatow, Mathiam Molendam de Sandomiria, coram quo iudicio honorabilis vir dominus Mathias cancellarius Dobrinensis, cantor Sandomiriensis, per procuratorem suum, in iudicio exhibitum, nobis sub suo sigillo de rato et grato habendo, suo constituto procuratore, scilicet Iohanne dicto Pykel, ciue sepedicti loci, loco et nomine suo, tamquam propria esset in persona, curiam siue allodium suum, dictum Golapbicze, situm prope Sandomiriam, cum agris et cum omnibus pertinencijs ad eandem curiam seu allodium spectantibus, prout in suis metis discurrit, resignauit Luthomiro cognato suo, nato Swentoslai heredis de Swesz-crowice, dicti Balek, intuitu seruiciorum suorum procurauit. Quam quidem resignacionem sic habitam, presentibus roborari duximus nostris sub sigillis. Actum et datum secunda feria post Letare Ierusalem dominicam, anno Domini millesimo trecentesimo octogesimo sexto, presentibus quam plurimis viris fidedignis.

Teka Naruszewicza N. 9 fol. 10 z oryginału przechowanego w archiwum miasta Sandomirza, opatrzonego dziewięcioma pieczęciami.

1) T. N. mylnie „Czeczvely".

196

1386. ? 4/IX Września [7. IX.]

Nos Pelka Judex et Dziandotha subiudex Sandomirienses. Vniuersis quibus expedit protestamur, Quod accedentes ad nostram nostrorumque assessorum presenciam nobiles viri Visszko, Woyslaus fratres heredes de Geszow fassi, ac publice recognouerunt suam totam porcionem hereditatis, quam habuerunt in Geszow prout soli tenuerunt nichil ibidem preseruantes cum omnibus vtilitatibus ac singulis presentibus in perpetuum libere vendidisse ac resignasse pro centum marcis grossorum pragensium numeri polonicalis, honorabili viro domino Jacobo preposito Tremesnensi monasterij totique conuentui eiusdem, habendam tenendam donandam commutandam vendendam et ad vsus sui beneplaciti et suorum conuertendam ac perpetuis temporibus possidendam quam empcionem ac vendicionem presentibus ratificando imperpetuum roborando confirmamus. In cuius rei testimonium nostra sigilla huic litere sunt appensa. Datum in Opethow magno feria sexta in Vigil-

la natiuitatis sancte marie. Anno
domini M CCC LXXX sexto ~~Millesimo trecentesimo octa-~~
~~gentesimo sexto~~. Presentibus hijs no-
bilibus Vidzga de ~~...[?]~~ Wrzazow Sangnewo de Cona-
ri Raphaele de Michow Thomcone
de Prawanczim Jacusio de Bodussow
Dzyuisio de Postkow et alijs quam
plurimis fidedignis.

Pieczęci nie ma.

1386. [7. IX]

Nos Pelka iudex et Prandotha subiudex Sandomirienses, vniuersis, quibus expedit, protestamur, quod accedentes ad nostram nostrorumque assessorum presenciam nobiles viri Christoph (et) Voyslaus fratres, heredes de Teszow, fassi sunt ac publice recognouerunt, suam totam porcionem hereditatis, quam habuerunt in Teszow, prout soli tenuerunt, nihil ibidem pro se reseruantes, cum omnibus vtilitatibus ac singulis prouentibus in perpetuum libere vendidisse (et) resignasse pro centum marcis grossorum Pragensium, numeri Polonicalis, honorabili viro domino Iacobo, preposito Tremesnensis monasterij totique conuentui eiusdem habendam, tenendam, donandam, commutandam, vendendam et ad vsus suos beneplacitos libere [1]) conuertendam, ac perpetuis temporibus possidendam. Quam empcionem ac vendicionem presentibus ratificando, in perpetuum roborando confirmamus. In cuius rei testimonium nostra sigilla huic litere sunt appensa. Datum in Opatow magna feria sexta in vigilia Natiuitatis sancte Marie, anno Domini Mccc L XXXVI. Presentibus his nobilibus: Widzga de Gruszczow, Tarognewo de Cornici, Barthosio [2]) de Mnichow, Thoma de Prawaczyn, Iacencio de Bodusszow, Dzywisio de Bostow et alijs quam plurimis fidedignis.

Teka Naruszewicza N. 9 fol. 19 z archiwum klasztoru Łysogórskiego.

1) T.N. mylnie: „bene placiti et suorum conuertendam” 2) T.N. „Barthodeo”

1386 a. [7. IX]

Nos Pelka judex et Prandotha subjudex Sandomir-
ienses universis, quibus expedit protestamur. Quod
accedentes ad nostram nostrorumque assessorum
presenciam nobiles viri Wiszeo Woyslaus fratres he-
redes de Geszow fassi sunt ~~et~~ ac publice recognoverunt
suam totam porcionem hereditatis, quam habuerunt
in Geszow prout soli tenuerunt nihil ibidem proser-
vantes cum omnibus utilitatibus ac singulis pro-
ventibus in perpetuum libere vendidisse ac resignasse
pro centum marcis grossorum pragensium numeri
polonicalis honorabili viro domini Jacobo preposito
Tremesensi (sic) monasterii totoque conventui ejusdem
habendam, tenendam, donandam, comutandam, venden-
dam et ad usus beneplaciti ~~et~~ vel suorum convertendam,
ac perpetuis temporibus possidendam, quam empcionem
ac vendicionem presentibus ratificando in perpetuum ro-
borando confirmamus. In cujus rei testimonium no-
stra sigilla huic litere sunt appensa. Datum in
Opatow magno feria sexta in vigilia nativitatis sanc-
te

sanctę Marię. Anno Domini MCCCLXXX sexto presentibus his nobilibus: Vidzga de Warazow, Savgnewo de Copani Raphaele de Muzhow, Thomaone de Prewanczin, Sacusio de Rodusstow, Dzynisio de Postow et aliis quam plurimis fide dignis.

1386 [9. IX]

Nos Pelka iudex et Prandotka subiudex Sandomirienses Universis quibus expedit profitemur, quod accedentes ad nostram nostrorumque assessorum presenciam nobiles viri Martinus, Thomko, Petrus, Wirchoslaus fratres germani cum sorore sua gretka nomine sana mente non conpulsi nec coacti sed bona voluntate totam porcionem hereditatis videlicet Crobelicz prout soli tenuerunt cum omni iure et dominio nichil omnino pro ipsis aut suis successoribus reseruando inperpetuum resignauerunt ac vendiderunt venerabili viro ac domino domino Nicolao abbati Coprivnicensi totoque conuentui pro C marcis grossorum Pragensium habendam, tenendam, vendendam, commutandam et in usus suorum beneplacitorum conuertendam ac perpetuis temporibus possidendam, hoc tamen adiecto, quod prefati fratres cum sorore sua pro omni impedimento, quod predictum monasterium habere posset publice promiserunt eciam contra quemlibet proximorum aut successorum suorum, et si quod absit predictus dominus abbas cum fratribus monasterii aliquod dampnum incurreret, hoc totum in eorum dampnum omni accione remota totaliter redundaret. Quam empcionem et resignacionem littera presenti ratificando inperpetuum confirmamus. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Sandomirie in crastino Nativitatis virginis Gloriose in colloquio generali sub anno domini M° CCC LXXXVI° presentibus hiis nobilibus viris: Sgnewo de Conari, Mathia cancellario Dobrinensi, Nicolao Morka, Nicolao de Sniechowicz, ~~Wlos~~ Flostiborio de Grabowa heredibus Laurencio plebano de Samboricz et aliis quam pluribus fidedignis.

Bibl. przyw. w Warsz.
Dok. oryg. perg. z dwoma pieczęciami
pieczęć sędziego — napis nieczytelny
pieczęć podsędka — S. Prandote subiudicis.

Napis na pieczęci Prandoty ma też inny napis od napisu na pieczęci w następnym akcie

Kil. III.

1386, die 9. mensis Septembris, Sandomiriae.

DCCCCLVII.

Crobyelicze porcio incorporacio pro monasterio

Nos Pelka iudex et Brandotha subiudex Sandomirienses universis quibus expedit profitemur, quod accedens ad nostram nostrorumque assessorum pre,senciam nobiles viri Martinus, Thomco, Petrus,

Grega: Wrchoslaus fratres germani cum sorore sua Grethaᵃ⁾ nomine, sana mente, non compulsi nec coacti sed de bo,na voluntate totam porcionem hereditatis videlicet Cro,byelicze prout soli tenuerunt cum omni iure et domi,nio nihil omnino pro ipsis aut suis successoribus reservando in perpetuum resignaverunt ac vendide,runt venerabili viro ac domino Domino Nicolao abbati Coprzywniciensi totoque conventui pro centum marcis grossorum pragensium habendam, tenendam, vendendam, commutandam et in usus suorum benepla,citorum convertendam ac perpetuis temporibus pos,sidendam, hoc tamen adiecto quod prefati fra,tres cum sorore sua pro omni impedimento quod predictum monasterium habere posset publice promisserunt eciam contra quemlibet proximo,

rum aut successorum suorum, et si quod absit pre-
dictus dominus abbas cum fratribus monasterii
aliquod dampnum incurreret hoc totum in eorum
dampnum omni occasione remota totaliter redundaret
Quem empcionem et resignacionem littera presenti
ratificando in perpetuum confirmamus. In cuius
rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa.
Datum Sandomirie in crastino nativitatis virginis gloriose
in colloquio generali. Sub anno domini millesimo
trecentesimo octuagesimo sexto. Presentibus hiis no-
bilibus viris: Signewo de Conare, Mathia cancel-
lario Dobrinensi, Nicolao Morka, Nicolao de Smy-
chowicz, Flostiborio de Grabowa heredibus; Lau-
rencio plebano de Samborzecz et aliis quam pluribus
fidedignis etc.

Kopia z kodeksu Koprz. p. 149-150.

1386. [10.XII]

Hedwigis dei gracia regina Polonie princepsque Litwanie suprema et heres Russie etc. Significamus omnibus et singulis presencium notitiam habituris, quod accedens ad nostram celsitudinem nostrorumque baronum presenciam, strenuus miles Petrus Subdapifer Cracoviensis, dictus Saffranecz, sano ac deliberato animo, non coactus nec compulsus nec aliquo errore seductus, villas Sedlecz et Climontow in districtu Cracoviensi et Pogonya in districtu Tarnensi sitas pro septuaginta marcis grossorum pragensium, numeri et pagamenti polonicalis, nobilibus viris Vislao et Petro de Mislovicze, filiastris reverendissimi in Christo patris, domini Bodzanthe, sancte Gneznensis ecclesie Archiepiscopi, vendidit et libere

resignavit cum omni jure et dominio et velut easdem possedit, nichil juris aut dominii in dictis villis pro se penitus reservando, cum agris, silvis, nemoribus, pascuis, piscinis factis vel fiendis, molendis factis vel faciendis, cum aquis, stagnis et aquarum decursibus, censibus, proventibus, emolumentis et redditibus, et generaliter cum omnibus et singulis pertinentiis ad easdem, quocunque nomine vel quibuscunque nominibus censeantur, prout eedem ville ab antiquo tempore et approbata consuetudine in suis graniciis sunt distincte et certis limitibus limitate, tenendas, habendas, usufruendas ac perpetualiter possidendas et ad usus beneplacitos convertendas, prout eisdem Vislao et Petro ipsorumque legittimis successoribus et heredibus utilius videbitur expedire, presencium, quibus sigillum nostre celsitudinis est

appensum, testimonio litterarum. Datum Cracovie feria secunda proxima post festum concepcionis sancte Marie virginis. Anno domini Millesimo trecentesimo octuagesimo sexto.

Z oryginału zachowanego w Archiwum Stanu w Berlinie.

1386. [10. XII]

Hedwigis Dei gracia regina Polonie princepsque Lithuanie suprema et heres Russie etc. Significamus omnibus et singulis, presencium noticiam habituris, quomodo accedens ad nostram celsitudinem nostrorumque baronum presenciam, strenuus miles Petrus, subdapifer Cracoviensis, dictus[1] Safranicc, sano et deliberato animo, non coactus nec compulsus, nec aliquo errore seductus, villas Siedlec et Klimontow, in districtu Cracoviensi, et Pogonia in districtu Csirensi (s) sitas, pro septingentis marcis grossorum Pragensium, numeri et pagamenti Polonicalis, nobilibus viris Vislao et Petro de Mislowicze, filiastris reverendissimi in Christo patris, domini Bodzanthe, sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopi vendidit et libere resignavit, cum omni iure et dominio et velut easdem possedit, nihil iuris aut dominij in eisdem villis pro se penitus reservando, cum agris, sylvis, nemoribus, pascuis, piscinis factis vel fiendis, molendinis factis vel fiendis, cum aquis, stagnis et aquarum decursibus, censibus, proventibus, emolumentis et redditibus, et generaliter cum omnibus et singulis pertinencijs, ad easdem quocumque nomine vel quibuscumque nominibus censeantur, prout eedem ville ab antiquo tempore et approbata consuetudine in suis granicijs sunt distincte et certis limitibus limitate, tenendas, habendas, utifruendas ac perpetualiter possidendas et ad usus beneplacitos convertendas, prout eisdem Vislao et Petro ipsorumque legittimis successoribus et heredibus utilius videbitur expedire, presencium, quibus sigillum nostre celsitudinis est appensum testimonio literarum. Datum Cracovie feria secunda proxima post festum Concepcionis sancte Marie virginis, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo sexto.

Teka Naruszewicza N. 9 fol. 25 z oryginału pargaminowego, przy którym nie było już pieczęci.

1) T.N. „dominus"

1386. [29. XII]
CMP IV nr 978
dr

In nomine Domini amen. Vladislaus Dei gracia rex Polonie necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiauie, Lithuanie princeps supremus, Pomeranie, Russieque dominus et heres etc. Ad perpetuam rei memoriam. Regia celsitudo reuera multimodis tunc laudum attollitur preconijs, dum ad suorum fidelium vtilitatem et profectum magnifice tendit, ad illorum specialiter, qui titulis insigniuntur honestatis. Quinimo concessiones etiam et largiciones illustrium principum quodammodo vetustate temporum ad defectum sterilem defluentes, prodignatur patrocinio per translacionem in meliores condiciones eisdem reuocare. Cum itaque ad nostre maiestatis presenciam venientes nostri fideles ciues nostre ciuitatis Ilcusiensis, claris testimonijs et euidentibus documentis probauerunt et euidencius ostenderunt, quod et quomodo litere priuilegiales desuper iuribus ipsorum, signanter et presertim super iure Theutonico Maydburgensi, quo nihilominus gaudent et fruuntur, per ignis incendium sunt combuste, nos igitur indempnitatibus ipsorum occurrere graciosius cupientes, desiderantesque ciuitatem nostram Ilcusiensem predictam ac ciues et incolas ipsius sub nostre maiestatis felici regimine felicia suscipere incrementa, vt et thesaurus noster, ad cuius augmentum nos cura suscepti regiminis sollicitat, futuris vsibus lacius instauret, considerantes quoque multiplicia fidelitatum insignia, quibus ijdem ciues et incole ipsius nostre ciuitatis Ilcusiensis maiestatem nostram sunt hactenus venerati ~~vel~~ (seu[1]) adhuc aucto fidelitatis studio se poterint reddere continuo graciores, horum intuitu eisdem ciuibus et incolis nostre ciuitatis Ilcusiensis predicte ius Theutonicum Maydeburgense restituimus, damus quoque et appropriamus perpetuis temporibus duraturum, remouentes ibidem omnia iura Polonicalia, modos et consuetudines vniuersas, que ius ipsum Theutonicum Maydeburgense predictum perturbare consueuerunt. Eximimus insuper, absoluimus et perpetuo liberamus aduocatum et ciues ac incolas ipsius nostre ciuitatis Ilcusiensis ab omnibus iurisdiccionibus et potestatibus omnium regni nostri Polonici palatinorum, castellanorum, iudicum, subiudicum ceterorumque officialium et ministerialium eorumdem, ita, quod coram ipsis aut coram (eorum) aliquo pro causis tam magnis, quam paruis, puta sanguinis, homicidij, incendij, furti, membrorum mutilacionis ac quibus iis aliis citati minime respondebunt, nec aliquas penas soluere tenebuntur. Signanter volumus firmo edicto regio statuentes, quod ijdem

[1]) T.N. „sed"

./.

ciues et incole ciuitatis nostre Ilcussiensis supradicte cum bonis et rebus ipsorum pro debitis quibuscumque in ciuitate nostra Craco-uiensi per quempiam attestari non debeant, nec in causis huius-modi debitorum ibidem quomodolibet iudicari, quibus eciam iuribus alias freti sunt et gauisi, prout per barones nostros de eodem sumus plenius informati; sed tantum ciues et incole ipsius nostre ciuitatis Ilcussiensis coram ipsorum aduocato vel nostro iudicio iuris Theutonici supremo, si idem aduocatus in reddenda iusticia negligens fuerit, dum tamen per litteram nostram sigillo nostro signatam, euocatus fuerit, tunc non aliter, quam iure ipsorum Theutonico Maydebur-gensi predicto cuilibet ad obiecta respondere sint astricti. In causis vero criminalibus et capitalibus superius expressatis, aduocato dicte nostre ciuitatis Ilcussiensis iudicandi, senterciandi, corrigendi et pu-niendi damus et conferimus plenam et omnimodam facultatem, prout hoc ius Theutonicum Maydeburgense predictum in omnibus suis punctis, clausulis, condicionibus, articulis et sentencijs postulat et requirit. Harum nostrarum, quas appensione sigilli nostri com-muniri fecimus, testimonio literarum. Actum in Wislicia sabbatho proximo post festum beati Iohannis apostoli, anno Domini millesi-mo trecentesimo octuagesimo sexto, presentibus hijs validis ac stre-nuis viris: Dobeslao castellano Cracouiensi, Iohanne Sandomiriensi, Sandiuogio Calissiensi palatinis, Crzeslao castellano Sandomiriensi, Crzeslao subiudice, Petro Schafranecz subdapifero Cracouiensibus et alijs pluribus nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus vene-rabilis Zaclice prepositi Sandomiriensis, aule nostre cancellarij, fidelis dilecti.

Teka Naruszewicza N. 9 fol. 26 z oryginału przechowanego w archiwum miasta Olkusza.

1387, die 7. mensis Ianuarii, Sandomiriae.

Ius super prata inter Sosniczam Schewcze et Skotniky pro mona,, sterio Coprzywniciensi.

Nos Pelka iudex et Prandotha subiudex San,, domirienses universis quibus expedit publice profitemur Quod accedentes ad nostras nostrorumque assessorum presen,, ciam nobiles viri Nicolaus una cum fratre suo Jk, et sorore sua Katherina heredes de Gelczsa sana mente non compulsi nec coacti sed bona ac libera voluntate, reco,, gnoverunt se vendidisse prata que sita sunt inter hereditates circumferencialiter videlicet Sosniczam, Sewcze et Scoth,, niky venerabili viro ac domino domino Nicolao abba,, ti Koprzywniciensi totoque conventui pro XL marcis gros,, sorum Pragensium que eciam prata ab antiquo ad prefatum monasterium pertinebant, hoc tamen ad,, iecto, quod predicti fratres una cum sorore sua pro omni dampno et impedimento contra quemlibet pro,, ximorum suorum successorum, et si quod absit mo,, nasterium predictum aliquod dampnum haberent hoc eorum et suorum successorum dampnum esse occasione remota proviserunt. Quam emcionem et

resignacionem littera presenti ratificando in perpetuum confirmamus In cuius rei testimonium sigilla no-stra presentibus sunt appensa. Datum et actum Sandomirie in colloquio generali in crastino Epi-phanie domini. Anno eiusdem M°CCC°LXXXVII°. Presentibus his nobilibus viris Nicolao de Smye-chowicz, Nicolao dicto Morca de Mikolaiowicz, Pelka Nigro de Vschowa, Wlostiborio de Grabowa, Swanthoslao de Posromna heredibus et Laurencio plebano de Samborzicz et aliis quam pluribus fide-dignis

Kopia z kodeksu Koprz. p 175/2 – 176.

1387. die 28. mensis Martii.

Nos Pelka iudex et Frandolha subiudex Sandomiriensis terre tocius generales, vniuersis et singulis, quibus presentes deuenient, lucidius protestamur, quod venientes ad nostram presenciam ac nostrorum assessorum Nicolaus et Gregorius fratres uterini, Stanislaus et altera vxor Marcissy, pro tunc heredes de Teszow, ⌈que Szimanska vlgariter nominatur, non compulsi, sani mente corporeque, de eorum propria (et) libera voluntate, prout soli tenuerunt, habuerunt et possederunt, nihil pro se ac suis legitimis successoribus reseruantes, pro sexaginta marcis grossorum consueti numeri Polonicalis, honorabili viro domino Iacobo preposito ac suo conuentui cenobij Fremesnensis perpetue vendiderunt, assignando ex integro resignauerunt, habendam, tenendam, vendendam, commutandam, possidendam, prout domino Iacobo preposito ac suo conuentui supradicto cenobii Fremesnensis ad vsus deducere meliores (placuerit voluntati). In cuius rei testimonium nostra nostrorumque sigilla (assessorum) presentibus sunt appensa. His testibus: Stanislao de Globsowice, Boxa de Woxyce, Wilgenc suo fratre ibidem, Iohanne de Kowalkowice, Derslao, Dunsio camerarijs. Datum feria quinta proxima post Annunciacionem beate Marie virginis gloriose ab anno Domini MCCCLXXXVII.

Teka Naruszewicza N. 9, fol. 35 z archiwum Stasłoru Tyrogórskiego.

⌈ totam partem hereditatis medium (?) ibidem in Teszow, ⌉

1387. die 28. mensis Marcii, Opatoviae.

Nos Pelka iudex et Frandotha subiudex Sandomiriensis terre tocius generales, vniuersis ac singulis, quibus presentes deuenerint, manifeste protestamur, quod veniens Sueсko [1]), protunc heres de Tezow, filius Tali„slai [2]), non compulsus nec aliquo dolo seductus, sanus mente pariter (et) corpore, sua propria et libera voluntate, omnes suas partes hereditatis patrimonij et matrimonij in Tezow, et quartam partem ibidem, que Gzimanska dicitur wlgariter, nihil pro se ac suis legitimis successoribus reseruando, prout solus integras tenuit, habuit ac possedit, honorabili viro domino Iacobo preposito cum suo conuentu cenobij Tremesensis pro centum marcis grossorum numeri consueti Polonicalis vendidit, tradidit resignando in perpetuum coram nobilibus [3]) ac nostris assessoribus pre„sencialiter assignando, predictas partes patrimoniales, matrimoniales et quartam partem, que Gzimanska nominatur, habendas, tenendas, ven„dendas, commutandas, conuertendas [4]), prout sibi domino Iacobo ac suo conuentui supradicto melius et vtilius videbitur expedire. In cuius rei testi„monium nostra sigilla nostrorumque (assessorum) presentibus sunt appensa." His testibus: Thomislao de Globostowicze, Boxa de Woycicze, Wilgone suo fratre ibidem, Iohanne de Kowalkowice, Derslao et Dionisio ca„merarijs iudicialibus et alijs quam plurimis fidedignis. Datum in Opa„thow per manus Laurencij notarij feria quinta proxima post Annun„ciacionem beate Marie virginis gloriose ab anno Domini millesimo tre„centesimo octuagesimo septimo.

Teka Naruszewicza N. 9, fol. 36 z archiwum klasztoru Tyszogórskiego.

1) T.N. „Seusco." 2) T.N. „Talistrij" 3) T.N. „nobilis" 4) „conuertendo."

1387, die 9. mensis Maii, Cracoviae.

Przywilej zamiany dóbr w Pierzchowie między Janem wojewodą Tęczyńskim a plebanem niegowićkim.*)

Nos Drogomirus iudex et Creslaus subiudex generales terrae cracoviensis.

Wiadomo czynimi komukolwiek o tem wiedzieć należy teraźniej=szymi listami**), iż gdy na urzędzie trybunalskim wysadzeni byliśmy, to jest naczelnie walnym, przystępując do naszej assessoryi i innych należących do tego, doświadczony w sprawach rycerskich Jan wojewoda Tęczyński***) z uczciwym i dobrze urodzonym panem Wa=wrzyńcem, rektorem kościoła niegowićkiego taką ugodę i postanowienie między sobą uczynili, że przerzeczony pan Jan wojewoda tęczyński wzbudzony miłosierdziem pańskiem z do=stateczną i zdrową radą część w wielkim Pierzchowie+), któ=rą u szlachetnego pana Zygmunta dziedzica z Ciechowy alias pro quadraginta marcis duodecim grossorum pragensium ku=pił, pomienionemu panu Wawrzyńcowi do kościoła niego=wićkiego ratione commutationis za młyn i ogród w Niewia=rowie dał i odmienił ze wszystkimi pożytkami i dochodami tj. łąkami, rolami, łęgami i ogrodami, chmielnikami i wszy=stkiemi przyległościami, którémkolwiek imieniem i nazwi=skiem są mianowane dostatecznie i nieodmiennie dał i przed wszystkiem prawem dziedzicznem wiecznie i nieod=miennie zeznał. ~~z dostateczną~~ zastrzegłszy jednak dla siebie i dla swych własnych potomków połowicę jeziora tamże w

*) Podał do oblaty we 1722 Jan Piechowicz w imieniu Heleny ze Stokowiegdy Piotra Niewiarowskiego, burgrabiego krakow=skiego pozostałej wdowy.

**) Widoczna, że przywilej ten wydany w języku łacińskim, tu został na polski język podczas oblatowania dosłownie przełożony.

***) Jan Ligęza h. Półkozic

+) Pierzchów dziś w powiecie wielickim, własność Kępińskich

w Pierzchowie, które jezioro do pomienionej części należy i z dawności do Więcica wsi należące. My tedy to postanowienie dignam commutationem, tojest słuszną zgodę i nieodmienną, i dostatecznie utwierdzoną, mając (sic) przy obecności swej przyłożeniem pieczęci potwierdziliśmy. Actum et datum Cracoviae in oratorio sancti Stanislai martyris gloriosi pontificis anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo septimo (9° Maja 1387). Praesentibus his dominis Dobeslao cracoviensi *), Crestlao sandomiriensi **), Spythkone subcammerario, Clemente Wojszki, Spythkone superpincerna, zbythoviensi (?) palatinis et castellanis et multis personis fide dignis.

O. 145 p. 898.

*) Przedtem Dobeslao, gdyż owego czasu Dobiesław z Kurozwęk był wojewodą, potem kasztelanem krakowskim i t. d.
**) Krzesław z Kurozwęk kasztelan sandomierski i t. d.

1387, die 3. mensis Iunii, Sandomiriae.

Contractus quidam inter nobiles quosdam heredes in Banschycza.
Nos Pelca iudex et Prandotha subiudex Sandomi-
rienses recognoscimus universis presentem litteram
inspecturis. Quod veniens Cuncza protunc heres
de Banszicz ad nostram presenciam nostrorumque
assessorum fassus est ac publice recognovit nobili mi-
liti Ade heredi de Bechow in hereditate tota iam
dicta Banszicz triginta marcis numeri consueti polonica-
lis, tali condicione prehabita, quod ipse Cuncza iam dictus
quandocumque obligaret aut venderet Banszicze heredita-
tem supradictam, tunce Ade iam dicto debet dare
XXX marcas nominatas, sed hoc non obstante suam
ad mortem debet frui seu uti omnibus in usibus
aut fructibus provenientibus, utilitatibus in heredi-
tate nominata. Post decessum vero Cuncze predicti
Adam predictus in hereditate Banszicze habebit
XXX^ta marcas aut sui legittimi successores possi-
denter modo superius notato quousque per pro-
ximos ad ipsam hereditatem pertinentes sepedicte pecu-
nie XXX^ta marce, fuerint totaliter persolute

cåueåt

Ade de Bechow quam pluries nominato aliis omni,
bus ut iumentis et frumentis et aliis quibuscum,
que pro quo Luncza causaverat inter eos pretermissis
Spithcone subpincerna Sandomiriensi, Spithcone
succamerario Cracoviensi, Mathia cancellario
Dobrinensi, Sangneo de Conari, Johanne canto,
re Cracoviensi Budcone de Panchow et aliis
fidedignis. Data ^(viz) Sandomirie in crastino sancte
trinitatis colloquio ^(in) generali Sub anno domini
M°CCC° LXXXVII°.

Kopia z kodeksu Koprz p. 182 - 182/2. Podobnaż kopija tego samego brzmienia na p. 189,6 - 190.

1387. die 3. mensis Junii, Sandomiriae.

211

De Banschicz concordia quondam inter certos nobiles acta.

Nos Pelka iudex et Prandotha subiudex Sandomiri-
enses presentibus quibus expedit declaramus universis quod
nobiles viri Cuncza de Banschicze et Adamco de Byechow
heredes venientes ad nostram presenciam fecerunt inter
se talem pactacionem ordinacionem et concordiam, ita
quod idem Cuncza debet tenere et possidere dictam villam
Banschicze militalem, que fuit Jarzinonis quam-
diu vivit cum omnibus suis iuribus, utilitatibus fructi-
bus censibus pratis et mericis, piscinis, molendinis
et generaliter cum omni dominio sicuti in suis li-
mitibus[1] est circumferencialiter distincta. Ipso
vero Cunczoni defuncto quicumque fuerit propin-
quior in linea consangvineitatis eiusdem Cunczoni
solutis triginta marcis grossorum Adamconi vel
suis legittimis successoribus debet dictam villam
Banschicze perpetuis temporibus possidere. Cause vero
quecumque sunt, fuerant vel erunt inter dictos
Cunczam et Adamconem seu eorum successo-
res sunt totaliter distincte suffocate et perpe-

[1] limitatibus

tuo annulate. Super quibus omnibus si quis dictorum Cuncze et Adamcone seu eorum successorum, dictam concordiam violaverit ut premissum est solvat centum marcas grossorum parti tenenti In cuius rei te-stimonium presentibus nostra sigilla sunt appen-sa. Datum Sandomirie in crastino sancte trinitatis. Anno domini M°CCC°LXXX septimo Presentibus honorabilibus viris Vidzga de Czi-szow, Vidzga de Wrzazow, Segneo de Cona-ri, Alberto de Wamborcow, Thomcone de Brandoczino et Nicolao de Slawoschow heredibus testibus ad premissa..

Kopia z kodeksu Koprz. p. 172–172/2.

1387 die 16. mensis Iulii, Wislicie.

1387.
212

Lubzine pro Czyschicza commutacionis confirmacio regia.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam Wladislaus dei gracia rex Polonie Lythwanieque princeps supremus et heres Russie etc. notum facimus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris Quod ad nostram baronumque et nobilium nostrorum venientes presenciam fideles nostri Pacossius et Martinus fratres germani de Cischicza non compulsi neque per errorem, sed ex ipsorum certa sciencia deliberato animo contractum seu forum sic ut infrascribitur se cum venerabili ac religiosis viris ~~abbatibus~~ abbate et conventu monasterii Coprzywniciensis recognoverunt contraxisse nostro super hoc consensu specialiter accedente Quod scilicet prefati* Pacossius et Martinus, Czischicze dictam (sic) in terra nostra Sandomiriensi sitam ipsos ex paterna successione iure hereditario concernentem, cum omnibus et singulis censibus, fructibus proventibus utilitatibus redditibus, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, nemoribus, quercetis, gays, rubetis, mericis, borris, mellificiis, venacionibus, aucupacionibus, aquis et earum decursibus, piscinis, lacubus, stagnis, paludibus, piscaturis, molendinis, emolimentis, allodiis ac quibusvis aliis pertinenciis, obvencionibus et appendiis universis, quibuscumque nominibus censeantur ad eandem villam quomodolibet spectantibus nullis penitus exclusis ac cum eo iure et dominio quibus idem Pacossius

*prefat

et Martinus ac progenitores ipsorum predictam villam tenuerunt
possederunt habuerunt et ad hactenus possiderunt,*) rite solito modo, more
et racionabiliter resignarunt abbati et conventui monasterii
memoratis Promittentes ~~eidem~~ eisdem abbati et conventui mo-
nasterii predicti pro omnibus ipsorum fratribus, sororibus, amicis,
cognatis et propinquis ita quod nullus predictorum abbatem
et conventum predictos pretextu contractus hereditatis pre-
dicte vexaciones, molesciass et quaslibet impeticiones procurare
debeat quomodolibet vel monere. Supradicti vero abbas et con-
ventus villam monasterii sui Copriwniciensis sepedicti Lub-
schina dictam in terra nostra Becensi situatam cum liber-
tate et cum sexaginta marcis grossorum Pragensium con-
sveti numeri polonicalis quadraginta octo videlicet grossos in
marcam quamlibet computando pro villa sepedicta Crischicza racione com-
pensacionis equivalentis sepedictis Pacossio et Martino similiter resigna-
verunt per ipsos ex utraque parte tenendas, habendas, utifruendas, ven-
dendas, obligandas et perpetue possidendas prout eis et eorum legit-
timis successoribus melius videbitur et conveniencius expedire. Ha-
rum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio littera-
rum Actum in Wislicia feria tercia proxima post diem divisio-
nis appostolorum. Anno domini millesimo trecentesimo octuage-
simo septimo. Presentibus Spithcone Cracouiensi Barcussio de
Wezemburg Poznaniensi pallatinis; Krzeslao Sandomiriensi
Cristino Sandecensi, Imramo Zawichostensi et Pascone Slodzey
Becensi castellanis, ac aliis multis fidelibus nostris fidedignis.
Datum per manus venerabilis Zaclicc prepositi Sandomiri-
ensis aule nostre cancellarii fidelis dilecti.

Kopia z kodeksu Koprz. p. 109/2 – 111/2

In nomine domini Amen. Wladislaus dei gracia
Rex Polonie litwanieque Princeps supremus et heres Rus-
sie etc. Notum esse volumus quibus expedit vniuersis,
Quod licet ad Vniuersorum subditorum, quos amplitudo
Regni nostri complectitur, regalis nostra circumspecta
benignitas grata beneficiorum et vtilitatum commoda pro-
curanda sollicite sit intenta, Nos tamen innata nobis
benignitas inducit istorum frequencius salubrium asstare x)
profectuum incrementa, quos non solum iugi fide liqueat
et plena constancia continue perstitisse, verumeciam
in eiusdem fidei virtutum firma perseuerancia re-
rum et personarum plurima dampnorum dispendia
pertulisse. Sane considerantes clare fidei constanciam
et laboris indefessi solerciam, quibus Ciues et Incole
nostre Sundecensis Ciuitatis ad nostros et Regni nostri
Polonie instaurandos honores multe diligencie conati-
bus fidelissime laborarunt, Et nunc ad ea, que no-
strum et ipsius Regni nostri Polonie respiciunt ho-
norem frequenter aspirant, Et signanter cum ijdem Ciues
ea que preclare Principis domine Hedwigis olim Du-
cisse Cracouie, Sandomirie etc. decus et gloriam respe-
xerant intemerate fidei specialium obsequiorum insignijs
prosequebantur affectibus operosis, quorum eciam in-
tuitu eadem domina Hedwigis memoratis Ciuibus
libertates et iura concesserat et donauerat continuo
infrascriptas, Videlicet, quod ijdem Ciues et Incole
Ciuitatis Sandecensis et eorum successores, equites et pe-
destres cum Curribus ipsorum rebus cuiuscunque ge-
neris vel speciei fuerint honeratis, plenam et omni-
modam potestatem habeant transeundi absque quo-
libet genere solucionis Theoloneorum, personam ipsius
domine Hedwigis concernencium per vniuersos passus
et loca Terre Sandomiriensis, in quibus Theoloneum
consuetum est exigi et extolui, necnon nauigium per
aquas cunctibus cum rebus et mercibus ipsorum in
perpetuum pacifice et quiete. Nichilominus Theolonea
que personam ipsius domine Hedwigis non tangebant,
memorati Ciues sunt astricti soluere iuxta consuetudi-

nem ab antiquis temporibus ibidem obseruatam, prout hec omnia in literis eiusdem domine Hedwigis nobis pro parte predictorum Ciuium oblatis vidimus eciam clarissime contineri. Habito itaque respectu ad multe fidelitatis fructuosa seruicia, que nobis et predecessoribus nostris prefati Ciues Sandecenses operosa sollicitudine vt prefertur exhibuerunt et adhuc continuato fidelitatis studio poterunt prestancius exhibere, Horum intuitu ipsos specialis fauoris prerogatiua prosequi cupientes, huiusmodi libertates et Iura per ipsam dominam Hedwigim dictis Ciuibus Sandecensibus sic vt premittitur concessas et donatas, ratas habentes et gratas, ipsas approbamus, ratificamus et confirmamus decernentes, easdem libertates et Iura manere perpetuis temporibus et vigere de nostre regalis plenitudine maiestatis. Vt autem omnia premissa pleniorem obtineant firmitatem, literas nostras subappenso nostro maiori Sigillo dare volumus, dum primum Sculptum fuerit et formatum. Harum quibus Sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Actum in Noua ciuitate, ipso die beati Bartholomei Apostoli, Anno domini Millesimo Trecentesimo Octuagesimo septimo, presentibus Reuerendo in christo patre domino Iohanne Episcopo Cracouiensi ac Strenuis viris Spithcone Cracouiensi, Sandziwogio Kalisiensi, Tescone ligancza lanciciensi Palatinis, Krzeslao Sandomiriensi et Petro Kmithe lublinensi Castellanis, ac alijs multis nostris fidelibus fidedignis. Actum per manus Venerabilis viri domini Zaclice prepositi Sandomiriensis Cancellarij et Clementis de Mozcorzow Vicecancellarij Aule nostre nostrorum fidelium dilectorum.

1) Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum miasta Nowego Sącza, opatrzony jest większą pieczęcią króla Władysława Jagiełły, w czerwonym wyciśniętą wosku, zawieszoną na sznurku z różowego i zielonego jedwabiu. (Żebrawski II, Tab. 17 N. 46)
Drugi egzemplarz pargaminowy, lecz pieczęć oderwana. Wisi tylko sznurek jedwabny koloru jak zwyk.

1387, die 24. mensis Augusti, in Korczyn. 1. 214

DCCCCLXIX 969.

t. 178. Oblata 1160, pag 3684.

1387:
1387,
1402,
1388,
1389,
1417,

Oblata litterarum Sanctae Regiae Majestatis donationis horti in Blonie Conventui P.P. Augustianorum Casimiriae ad Cracoviam siti servientium.

Ad officium et acta praesentia castrensia capitanealia Cracoviensia personaliter veniens admodum Reverendus et Religiosus Pater Patricius Grymetz Sancti Augustini Conventus ad Ecclesiam Sanctae Catharinae Casimiria ad Cracoviam siti Procurator suo et totius Conventus ratihabitione cavet ac se praesentibus insecutis: Nomine infrascriptas Sanctae Regiae Majestatis litteras Donationis horti in Blonie prope Casimiriam siti per Serenissimum olim Dive memoriae Vladislaum Regem in Blonie D. Conventui praedicto benigne datas et collatas sigilloque Regni communitas officio et actis praesentibus ad acticandum obtulit petens easdem Sacrae Regiae Majestatis litteras a se offerente suscipi et in acta praesentia ~~[illegible]~~ inscribere permitti. Cujus affectatione officium praesens annuendo praefatas Sacrae Regiae Majestatis litteras ab eodem offerente suscepit et in acta sua inscribere mandavit de tenore verborum sequenti:

[1387, 24. VIII.]
[Kod. Mp. nr. 987. Reg.]

In Nominimine Domini Amen. Ne ea, quae pro animarum remediis et Ecclesiarum commodis elemosinarum operibus elegans principum benignitas tribuere dinoscitur largiendo famelicus emulorum faucibus corrodantur, conservit ea non s s. cum exhibitione testium firmitas perennare. Nos igitur Vladislaus Dei Gratia Rex Poloniae Lithuaniaeque, Princeps Supremus et haeres Russiae etc. Universarum noticiam tam praesentium quam futurorum quibus expedit praesentia volumus devenire, quod sincere zelo devotionis ac dilectionis accensi diem extremum judicii operibus misericordiae praevenire divinae retributionis Illustrissimorum Serenissimorumque Praedecessorum nostrorum salutis intuitu pro sustentatione cenobitarum Fratrum Heremitarum Ordinis Sancti Augustini in Casimiria in Monasterio Sanctae Catharinae degentium ejusdemque Monasterii liberiori reformatione considerantes eorumdem fratrum Heremitarum orationibus animabus Praedecessorum nostrorum et nostrae similiter indubitatae saluti compendia

auctore Domino procurari hortum nostrum in Blonie prope Casimiriam in omnibus et singulis censibus, proventibus fructibus pertinentiis et obventionibus universis quibuscunque nominibus nuncupatendis ad ipsum hortum quomodolibet spectantibus quemadmodum dominicus hortulanus ibidem eundem hortum habuit, tenuit et possedit de quo eodem horto praefatus Dominus sedecim scotas grossorum annis singulis pro nostra Camera solvere consuevit, praefato Monasterio Sanctae Catharinae in Casimiria ejusque cenobitis Domino, conferimus perpetuis temporibus incorporando liberaliter et donamus per dictos Fratres Monasterii praedicti dictum hortum tenendum, habendum, uti, fruendum donandum commutandum obligandum vendendum alienandum et perpetue possidendum nec non in usus suos (suorumque) suorumque successorum Fratrum Monasterii praedictorum beneplacitos convertendum, modo, quo ipsis melius et utilius videbitur expedire. Ut autem haec nostra praesens donatio robur obtineat perpetue firmitatis presentes fieri fecimus nostri sigilli munimine confirmatas. Actum in Nova Civitate alias Korczyn, ipso die festi sancti Bartholomei Apostoli Anno Domini Millesimo Trecentesimo octuagesimo septimo praesentibus his eremnis viribus: Spitcone Cracoviensi, Sandzivogio Calissiensi, Joanne Rigansa Lanciciensi palatinis, Petro Kmita Castellano Lublinensi, Jrislao subjudice Cracoviensi et Petrassio Nosthensi Capitaneo Lanciciensi et aliis nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus venerabilis Domini Zaklico Praepositi Sandomiriensis Cancellarii et Clemcatis de Moskorzow Vicecancellarii Aulae nostrae fideliter dilectorum. Locus sigilli pensilis caerei. Quarum quidem litterarum Sacrae Regiae Majestatis originale idem offerens illico ab officio praesenti recepit.

T. 145, oblata 283, str. 898.

1387. Oblata litterarum privilegii Communitatis bonorum infrascriptorum serviens.

Ad officium et acta praesentia castrensia, capitanealia Cracoviensia personaliter veniens nobilis Johannes Piechowicz

1387, die 9. mensis Maii, Cracoviae.

nomine magnifica Helena Stolz olim magnifici Petri de Niewiarow Niewiarowski, burgrabii arcis Cracoviensis consortis relicta, vidua, per cujus ratihabitione cavet ac se praesens inscribit infrascriptas litteras privilegii commutationis bonorum infrascriptorum per partes inferius nominatas facti, sigillis communiti, officio praesenti ad acticandum obtulit, petens easdem litteras privilegii commutationis a se offerente suscipi et in acta praesentia inscribere permitti. Cujus affectationi officium praesens ammendo infrascriptas litteras commutationis a praefato offerente suscepit et in acta praesentia inscribere permisit, quarumquidem litterarum privilegii commutationis tenor sequitur talis:

[1387, 9.V.]
Kod. Mp. nr. 983.
Reg.]

Nos Drogomirus, judex, et Creslaus subjudex generales terrae Cracoviensis, wiadomo czynimy, komukolwiek o tym wiedzieć należy, teraźniejszymi listami, iż gdy na urzędzie trybunalskim wysadzeni byliśmy, to jest na sejmie walnym, przystępujące do naszej assessoryi i inszych należących do tego, doświadczony w sprawach rycerskich Jan wojewoda łęczycki z uczciwym i dobrze urodzonym panem Wawrzyńcem, rektorem kościoła Niegowickiego, taką ugodę i postanowienie między sobą uczynili: że przerzeczony pan Jan, wojewoda łęczycki, wzbudzony miłosierdziem pańskim, z doświadczoną, z dostateczną i zdrową radą część w wielkim Pierzchowie, którą u szlachetnego pana Zygmunta dziedzica z Cichawy alias pro quadraginta marcis duodecim grossorum pragensium kupił pomienionemu panu Wawrzyńcowi do kościoła Niegowickiego ratione commutationis za młyn i ogród w Niewiarowie dał i odmienił ze wszystkimi pożytkami i dochodami, to jest łąkami, polami, lasami i ogrodami, chmielnikami i wszystkimi przyległościami, którymkolwiek imieniem i nazwiskiem są mianowane, dostatecznie i nieodmiennie dał i przed wszystkim prawem dziedzicznym wiecznie i nieodmiennie zeznał, zostawiwszy jednak sobie y i dla swych własnych potomków połowicę jeziora tamże w Pierzchowie, które jeziora do pomienionej części należy i z dawności do wieczna wsi należące. My tedy to postanowienie, dignam commutationem, tj. słuszną zgodę i nieodmienną i dostatecznie utwierdzoną, mając przy obecności swej przyłożeniem pieczęci potwierdziliśmy. Actum et datum Cracoviae, in crastino Sancti Stanislai

martiris, gloriosi pontificis anno Domini millesimo trecen-
tesimo octuagesimo septimo praesentibus his Dominis:
Sobeslao Cracoviensi, Creslao Sandomiriensi, Spytkone sub-
camerario, Clemente Wojski Spytkone super pincernatu
Lbytkonensi palatinis et castellanis et multis personis
fide dignis. Quarum quidem litterarum, privilegii
Commutationis originale idem offerens illico ab offi-
cio praesenti recepit et de recepto officium praesens qui-
tavit.

T. 10. obl. str. 453.

1402. Oblata litterarum ex parte Conventus Sancti Francisci.

Oblata sunt ad officia et ad acta praesentia castrensia
capitanealia Cracoviensia littera Sanctae Majestatis
Regiae infrascriptae ex parte monasterii totiusque con-
ventus Sancti Francisci emanatae, sigillo majori Regni
communitae et manu propria ejusdem Majestatis Regiae
subscripta omni vitio et suspicionis nota carente
quarum tenor sequitur, estque talis:
Stephanus, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithu-
aniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Vo-
lhiniae, Podlachiae, Livoniaeque rex nec non trans... prin-
ceps significamus nostris hisce litteris universis et sin-
gulis, quorum interest exhibuisse et produxisse apud
nos venerabilem et religiosum patrem Camillum Terencensem
Ordinis Franciscanorum in regno nostro provincialem, bi-
nas litteras quidem divi Vladislai Jagiellonis Polonorum
Regis, antecessoris nostri, alteras vero sub titulo Boleslai
seu Siridrigalli Ducis Lithvae et Domini terrae Podoliae, illas
quidem superiores cum appenso sigillo, quamvis vetusto, in-
tegris tamen insigniis, seu stemate, quod caero impres-
sum est; alteras vero Ducis Siridrigalli sive sigillo
tantum rubra sericea apud illas extante in qua sigillum
suspensum fuisse aliquando existimatur. Cum utrisque
idem fere continebatur, hoc est concessio pensurae deci-
mae, castri, ? porti penes pontem tum et certi prati
Conventui Franciscanorum apud Ecclesiam beatae
Mariae in Camenecensi civitate per regem et Ducem

1402.

superius commemoratos facta supplicatumque nobis et est, de superioribus quidem illis ut eas confirmaremus et approbaremus rite, posterioribus vero, quae sigillo carebant, ut denuo authentice easdem sub sigillo nostro Conventi ~~pe~~ praefato Camenecensis civitatis concederemus, utrasque vero, quod essent vetustae innovaremus. Earum vero tenor atque nota fuerunt eiusmodi - ac regiarum imprimis talis:

In nomine Domini - Amen. Ad perpetuam rei memoriam, quia tum multis errorum et dubiorum incommodis prudenter excurrimus, dum gesta aetatis nostrae litterarum appicibus et testium annotatione perennamus proinde nos Vladislaus, rex Poloniae Lithwaniaeque princeps supremus et haeres Russiae etc. significamus tenore praesentium tam praesentibus quam futuris, quibus expedit, universis praesentium noticiam habituris habito respectu ad constantiam devotionis in dies quibus gardianus et fratres ad sanctam Mariam in civitate nostra Camienecensi Ordinis fratrum minorum in conspectu nostro regio claruerunt. Horum intuitu volentes ipsos specialis gratiae praerogativa provenire, ut nostris suffulti munificentiis orationibus liberius vacare possent et Creatoris nostri clementiam pro nostra nostrorumque praedecessorum salute uberius exorare, cupientesque diem extremi iudicii praefatis operibus praevenire, zelo devotionis accensi ipsis et Ecclesiae ad Sanctam Mariam praedep... osam in civitate nostra ~~Ca~~ Camienecensi praedicta (x) hortum penes pontem iacentem pratum, quod diuturnis temporibus tenuerunt et habuerunt ad duas decimas in villa ~~Ko~~ Moszkowice(?) et arce nostra damus donavimus, incorporamus, annectimus et appropriamus perpetuis temporibus duraturum, harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio ~~tit~~ litterarum. Actum ibidem in civitate nostra Camienecensi die dominico ipso die beati Sixti papae anno domini millesimo quadringentesimo secundo praesentibus his validis strenuisque viris: Johanne de Tarnów, Cracoviensi, Jacobo de Koniecpole Siradiensi palatinis Cristino de Ostrów Sandomiriensi, Nicolao de Michalów Wojniccensi Clemente de ~~L~~ Moliszko Radomiensi Castellanis et Floriano de ~~Kozturca~~ Korytnica subpincerna Sandomiriensi multisque aliis nostris fidelibus, fide dignis. Datum per manus venerabilis in Christo patris, domini Nicolai Sancti Gnesnensis ecclesiae Archiepiscopi.

[1402]

Postea vero illarum quae sub Ducis erant titulo, sigillo vero carebant tenor talis:

In nomine Domini Amen. Noverint universi praesentes et futuris praesentium notitiam habituris, quod nos Boleslaus alias Swidrigallo, Dei gratia Dux Lithuaniae Dominus et haeres terrae Podoliae inclinati precibus studiosis [illegible] religiosorum virorum fratrum minorum ordinis sancti Francisci, habitantium circa ecclesiam sanctae Mariae, civitatis nostrae camenecensi, cupientesque habere orationes salutares donationem seu donationes quam et quas nostri praedecessores fecerunt dederunt, resignaverunt eisdem fratribus monachis ecclesiae Sanctae beatae Mariae, ver   pensuram decimam castri utrum penes pontem pratum, prout ab antiquis a prudentia nostrorum praedecessorum tenuerunt, habuerunt possederunt et adhuc teneant possideant et habeant prout prius. Quamquidem donationem ratam, gratam, atque firmam inviolabiliter tentam habemus ipsamque de speciali nostra voluntate et gratia confirmamus per praesentes. In cuius rei testimonium praesens privilegium seu confirmationem praesentem per Iohannem nostrum praestitorem fidelem scribi nostrique appensione sigilli fecimus roborari. Actum et Datum in Kamieniec castro, feria tertia post festum assumptionis ~~ser~~ beatae Virginis genitricis Dei sub anno Domini millesimo quadringentesimo, praesentibus strenuis et nobilibus viris Dominis Hryczkone Kierdeyowicz, capitaneo nostro Camenecensi Hryczkone haerede de Dokolec & Michalas Valacho Fmramicone, haeredis in Ozulice et aliis quam pluribus fide dignis testibus ad permissa.

[1400, 17. VIII. akta grodzkie i ziemskie, t. 10, nr. 31. Reg.]

Nos igitur rex Stephanus perspecta supplicationis, de ~~qua~~ qua superius meminimus de confirmandis et innovandis litteris eadem aequitate, illas inprimis superiores, quae sigillum habeant uti sanas salvas et integras, ac omni suspicione carerent, approbavimus confirmavimus et ratificavimus, approbamusque, ratificamus et confirmamus ac innovamus his litteris nostris, quatenus tamen in usu extant et iuri publico non repugnant. Quod vero ad illas alteras, quae sigillo carebant attinet, quan-

Siquidem idem fere quod et superiores continent et praeterea ex ipso characteris et carthae vetustate illarum veritas atque fides apparet, denique vero iuramento corporali a duobus ordinis eiusdem fratribus praestito, id esset comprobatum, illas hic nostro praesenti privilegio fratribus ac conventui Camenecensis civitatis concesso innovandas esse putavimus innovavimusque et quoniam sigillo amisso pro autenticis haberi non possint in eundem locum hasce nostras succedere volumus omniaque et singula, quae in illis continebantur rata ut sint atque firma hoc uti dictum est novo privilegio nostro sancimus et statuimus ac decoravimus, atque adeo tenorem illarum litterarum ducis praefati qui supra est descriptus et hisce insertus, pro novo ex nobis concesso privilegio haberi vigoreque illius, ea, quae conventui praefato a duce eodem concessa fuere (quatenus tamen in earum rerum usu extant) obtinere volumus. In quarum omnium fidem ac testimonium evidentius hasce manu nostra subscripsimus et Regni sigillo communi mandavimus. Datum Cracoviae die decima septima, mensis Februarii Anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo tertio regni vero nostri anno septimo. Stephanus Rex.

Oblat ks. 131, str. 705,

1388. Oblata litterarum privilegii Jodlovskiemu servientis.

[14.V]

[Kod. Mp. nr. 995.]

Ad officium et acta praesentia castrensia capitanealia Cracoviensia personaliter veniens perillustris et admodum reverendus Albertus Jodlowski iuris utriusque doctor, ecclesiae Omnium Sanctorum Cracoviae sitae canonicus nomine perillustris et admodum ac reverendi Stanislai Jodlowski iuris utriusque doctoris, canonici Premysliensis, parochi in Mszano et Olszówka fratris sui germani infrascriptas privilegii litteras serenissimi Augusti

Secundi, Regis Poloniae, ad praesens feliciter regnantis, tam erectionis per serenissimum Vladislaum olim Regem Poloniae villae Olszowka concessae, quam confirmationis eiusdem erectionis per serenissimum olim Sigismundum Augustum, praedecessores suos, in se continentes in rem vero et pro parte ecclesiae parochialis in Mszana et Olszowka respectu dotis ecclesiae praefatae per hocce privilegium erectionis originale assignatae serviciendo manu eiusdem sacrae Regiae Majestatis subscriptas et sigillo minoris cancellariae Regni communitas officio praesenti castrensi capitaneali Cracoviensi ad acticandum obtulit, petens hasce litteras a se oferente suscipi et in acta sua inscribere permitti. Cuius affectationi officium praesens annuendo easdem litteras ab eodem offerente suscepit et in acta sua inscribere permisit, quarum litterarum tenor est eiusmodi:

Augustus Secundus Dei gratia rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kioviae, Volhiniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolensciae, Severiae, Czernichoviaeque, nec non Saxoniae Dux et Princeps elector, significamus praesentibus litteris nostris, quorum interest universis et singulis reproductas coram nobis litteras infrascriptas esse nimirum privilegium serenissimi olim Sigismundi Tertii Regis Poloniae, confirmationem locationis villae Olszowka dictae et dotem ibidem ecclesiae erectae, in se continentes in palatinatu Cracoviensi sitae, per serenissimum Vladislaum Primum itidem Poloniae Regni concessas in actis cancellariae Cracoviensis Consistori, ne casu aliquo deperiissent aut vetustate consumerentur insertas et ingrossatas, supplicatumque nobis est, ut easdem litteras authoritate quoque nostra Regia approbare et renovare circaque realem possessionem eiusdem dotis & lanei scilicet inscripti ecclesiam conservare dignaremur. Cuiusquidem privilegii tenor est eiusmodi:

Sigismundus Tertius Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae etc. significamus praesentibus litteris nostris quorum interest universis et singulis: supplicatum nobis fuisse, ut litteras infrascriptas, in actis cancellariae nostrae minoris contentas ex eisdem actis authentice extrahere

1388. die 14. mensis Maii, Cracoviae. 218[3]

Obl. 10 str. 453.

mandare dignaremur. Quarum litterarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis:
In nomine Domini Amen. Nos Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniae etc. etc. significamus praesentibus litteris nostris, quorum interest universis et singulis, exhibitas nobis esse litteras in pargameno scriptas serenissimi olim Vladislai Regis Poloniae, praedecessoris nostri datationem villae Olszówka in districtu Cracoviensi consistentis in se continentes, sigillo in cordula sericea appenso communitas, salvas integras et nulli suspicioni obnoxias; supplicatum nobis deinde generosi Procopii Pieniażek nomine fuisse, ut eiusmodi litteras innovare approbare ratificare et confirmare dignaremur. Quarum verba haec sunt:

[1388, 14.V.]
[Kod. Mp. nr. 995.]

In nomine Domini Amen. Rerum gestarum memoriam haclenus stabilitam oblivio de facili non detergit. Ideo nos Vladislaus Dei gratia Rex Poloniae Lithvaniaque Princeps supremus et heres Russiae significamus tenore praesentium quibus expedit universis, quod cupientes utilitates Regni nostri ampliare locaque deserta plenitudine hominum collocare, fideli nostro Philippo Clementis damus et confirmamus plenam et omnimodam facultatem villam, Olszowka nominatam in qua sexaginta mansi franconici debeat continuari, iure Magdeburgensi in silvis, nemoribus et locis desertis collocandi: quorum quondam mansorum unum pro ecclesia, duos pro sculteto, nec non molendinum et tabernam liberam una cum sexto denario de censibus, et tertio denario de quolibet re iudicata, ut premittimus, pro sculteto damus et conferimus perpetuaque ac irrevocabili donatione largimur et liberaliter donamus. Quam quidem sculteliam praedicto Philippo eiusque successoribus legitimis ratio-

ville collationis nominate damus, conferi-
mus et donamus per ipsum Philippum et
eius successores legitimos tenendi, habendi
usu fruendi donandi commutandi et pro suis
usibus convertendi ac perpetuis temporibus
possidendi, hoc adiecto, quod idem scultetus
et sui successores legitimi ad quamlibet
ad quamlibet expeditionem cum una balista
in equo bene valenti libertate exspirata sit
districtus deservire et ut predicta villa in
collocatione hominum faciliora suscipiat in-
crementa omnibus incolis illam inhabitare
volentibus damus omnimodam libertatem
ipsosque ab omnibus solutionibus, censibus
exactionibus contributionibus et quibuscunque
nominibus censeatur absolvimus et omnino
deliberamus ad viginti annorum duntaxat de-
cursum a data presenti continue computando.
Quo quidem libertate elapsa de quolibet manso
predicti incole ad festum Sancti Martini quod-
libet anno pro censu et decima tantum
quatenus in novo foro in laneis collocati
solvunt ~~eo~~ nobis solvere tenebuntur, demum
predicte ville Olszówka conditionem volentes
facere meliorem predictam villam Olszówka
prout in suis metis granitiis et gradibus ab
antiquo circumferentialiter longe lateque est
distenta de iure polonico in ius e theutonicum,
quod Magdeburgense dicitur transferimus perpe-
tuoque duraturum, removentes omnia iura po-
lonicalia ibidem modos et ~~co~~ consuetudines
universas, que ipsum ius theutonicum plerum-
que perturbare consueverunt, eximimus. Insu-
per solvimus et perpetuo liberamus scultetum
cmethones, hortulanos, tabernatores, molendi-
natores et quosvis incolas ville predicte Olszow-
ka ab omni iurisdictione et potestate omnium

regni nostri palatinorum, castellanorum,
iudicum, subiudicum ceterorumque officia-
lium et ministerialium eorundem ut coram
ipsis aut aliquo ipsorum pro causis tam ma-
gnis quam parvis, pura, furti, sanguinis ho-
micidii, incendii, membrorum mutilationis
ac quibuscunque aliis citati minime respon-
debunt nec aliquas poenas solvere tenebun-
tur. Sed tantum cmethones et incolae villae
praedictae Olszowka coram suo sculteto, qui pro
tempore fuerit, scultetus vero coram nobis aut
iudicio nostro generali. Dum ipse scultetus in
reddenda iustitia negligens fuerit, dum tamen
per litteram nostram sigillo nostro sigillatam
evocatus fuerit, tunc non aliter quam a iure
suo teutonico praedicto cuilibet ad obiecta re-
spondere sit adstrictus. In causis vero crimi-
nalibus et capitalibus superius expositis scul-
teto memoratae villae iudicandi sententiandi
corrigendi et puniendi damus et conferimus
iuxta terrae consuetudinem plenam et omni-
modam facultatem prout hoc ius Theutoni-
cum Magdeburgense in omnibus suis punctis
clausulis et conditionibus postulat et requirit,
iuribus tamen nostris regalibus in omnibus
semper salvis. Harum quibus sigillum nostrum
appensum est testimonio litterarum. Actum
Cracoviae in octava ascensionis Domini, mille-
simo trecentesimo octuagesimo octavo prae-
sentibus generosis strenuis viris: Dobeslao
castellano Cracoviensi, Joanne Sandomiriensi,
Spytkone Cracoviensi, ~~Sandomiriensi~~ Sandi-
vogio Callisiensi Joanne Lanciciensi Palatinis
Spytkone succamerario Cracoviensi et aliis mul-
tis nostris fidelibus fide dignis. Datum ad
manus honorabilis ~~Do~~ Domini felicis prae-
positi Sandomiriensis nostrae aulae cancellarii.

fidelis nostri dilecti. Quas quidem litteras
hic insertas supplicationi praefatae annu-
endo et uti iustas et legitimas in omnibus
earum articulis, clausilis conditionibus appro-
bandas innovandas ratificandas et confirman-
das duximus prout approbamus, innovamus
ratificamus et confirmamus roburque debi-
tae et perpetuae firmitatis habituras decerni-
mus praesentibus litteris nostris. Datum
Cracoviae feria quinta post festum Sancti Eg-
dii proxima anno Domini millesimo quingen-
tesimo quinquagesimo sextio, regni vero nostri
anno vigesimo quarto. Praesentibus: reverendo
in Christo Patre Domino Andrea Zebrzydowski
Posnaniensi episcopo, nec non magnificis
venerabilibus et generosis Stanislao Maciejow-
ski Wojnicensi curiae nostrae marschalco et
Lubomliensi, Zawichostensi Joanne Lubo-
mirski Brzezinensi curiae nostrae thesau-
rario, burgrabio Cracoviensi et capitaneo
Lanciciensi castellanis, Joanne Ocziecki
Regni nostri cancellario, succamerario et
burgrabio, cracoviensi ac Sandecensi Olsztynen-
si capitaneo Joanne de Przeramb Regni nostri
vicecancellario et Cracoviensi praeposito,
Gregorio Podlodowski Inovladislaviensi curiae
nostrae referendarius, Philipo Padniewski
cantore, Andrea Przeczlawski decano, posnani-
ensi, canonicis, Marco Cromero I.V.D. canonico
Cracoviensi secretariis nostris, Gabriele Tarlo
serenissimae coniugis nostrae curiae magistro
et capitaneo Chelmensi. Nicolao Przeluckow-
ski, cubiculi nostri praefecto, burgrabio Cra-
coviensi et capitaneo Leloviensi Sigismun-
do Rzeczza, pincernae Regni nostri et capitaneo
Tyszoviensi, Stanislao Myszkowski Z tribuno Cra-
coviensi et Regni nostri incisore, et aliis

quam plurimis Reverendis fide dignis circa
premissa existentibus. Datum per manus
praefati venerabilis Joannis Przembski
Regni Poloniae vicecancellarii ac Cracoviensis
et Sancti Floriani in Klepaz Praepositi beni-
gne nobis Dilecti. Relatio & reverendi Joannis
Przembski regni Poloniae vicecancellarii ac
Cracoviensis et Sancti Floriani in Klepaz pro-
positi. Nos itaque Sigismundus rex suprano-
minatus supplicationi praedictae benigne
annuendo praeinsertas litteras in actis
cancellariae nostrae contentas et ex iisdem actis
describi atque authentice extradi mandavi-
mus. In cujus rei fidem praesentes sigillo
Regni consignari mandavimus. Datum
Cracoviae, die undecima mensis mensis
Decembris, anno Domini millesimo sexcen-
tesimo quarto, regnorum nostrorum Polo-
niae decimo septimo, Sueciae undecimo.
Relatio reverendi Patris domini Zylicki, epi-
scopi Vladislaviensis et Pomeraniae, Regni
Poloniae vicecancellario. Nos itaque Augu-
stus Secundus Rex supplicationi praedictae
uti justae et legitimae facile annuendo
insertas privilegiorum a serenissimis olim
antecessoribus nostris, regibus Poloniae, col-
latorum litteras approbando, renovando
et in usu pacifico jurium et possessione
reali lanei in dotem inscripti ecclesiam
plebanumque ejusdem conservando rati-
ficando et confirmando esse duximus in
perpetuum. Ubi quidem nihil primeve erecti-
oni et serenissimorum praedecessorum no-
strorum placito et approbationi bonorumque
ecclesiae immunitati in ullo praejudicando
et derogando quin imo laneum hunce in
dotem assignatum uti juri ecclesiae subesse

ita et immunitate eiusdem libertatibus, que juxta morem circa alias ecclesias in bonis regalibus usitatum et servari ac practicari solitum gaudere debere declarantes in omnibus punctis et clausulis approbamus, renovamus ratificamus et confirmamus praesentibus literis nostris plenarie integre sufficienter nihil deminuendo vel detrahendo volentes easdem ratas firmas, validas inviolabiles immutabiles perpetuis temporibus esse debere nec ullo unquam tempore infringi aut labefactari a quopiam hominum posse in quantum iuri communi non repugnant pro ~~ut~~ autoritate nostra regia decernimus. In quorum fidem manu nostra subscriptas sigillo regni muneri jussimus. Datum Cracoviae die tertia mensis octobris anno domini millesimo sexcentesimo nonagesimo septimo, regni nostri Poloniae anno primo Augustus Rex. Locus sigilli minoris cancellariae regni Nicolaus Tomiskowski Cracoviensis Varsaviensis, canonicus, sigilli Regii custos.

Obl. t. 5, str. 1816.

1389.

Oblata litterarum Sanctae Majestatis Regiae ex parte Klikowskij.

Oblata sunt ad officium et acta praesentia castrensia capitaneatia Cracoviensia per nobilem Franciscum Klikowski littera infrascripta pergamenea confirmationis privilegi Sancta Majestatis Regia, titulo et sigillo minori Sancta Majestatis Regia munita, manuque propria eiusdem Majestatis Regia subscripta. Quas litteras officium praesens castrense, ~~et~~ capitaneale Cracoviense vidit

sanas illesas omni prorsus vicio et suspi-
cionis nota carentes, easdemque ad affectati-
onem ipsius Francisci Klikowski adacta pro-
sentia inscribi et acticari mandavit. Quarum
quidem literarum confirmationis privilegii te-
nor de verbo ad verbum sequitur et est talis:
Stephanus, Dei gratia rex Poloniae, et magnus dux
Lithvaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae
Woliniae Podlachiae Livoniae princeps Transilvaniae
etc. significamus praesentibus litteris nostris
quorum interest universis et singulis exhibitas
esse coram nobis per certos consiliarios nostros
nomine nobilis Francisci Klikowski literas
pargameneas serenissimi Sigismundi Au-
gusti olim Poloniae regis, praedecessoris nostri
charissimi magnifici Valentini Debienski
regni Poloniae cancellarii manu propria sub-
scriptas et sigillo maiori appensas communitas
sanas salvas et integras omnique suspicionis
nota carentes, continentes in se confirmationem
privilegii originalis serenissimi (quondam)
Vlatislaii quondam Poloniae regis super sculte-
tiam in villa nostra Klukoczowa nobili Henri-
co de Klukoczowa eiusque legitimis haeredibus
dati et concessi. Supplicaverunt itaque nobis
iidem consiliarii nostri, ut easdem litteras una
cum addita infernis ex clausulis autoritate no-
stra regia approbare ratificare et confirmare
dignaremur; ~~qu~~ quarum quidem litterarum
de verbo ad verbum hic insertarum tenor est
talis:
Sigismundus Augustus Dei gratia rex Poloniae
magnus dux Lithuaniae Russiae Prussiae Maso-
viae Samogitiae ~~rex~~ etc. dominus et haeres signifi-
camus praesentibus litteris nostris quorum
interest universis et singulis reproductas esse
coram nobis per certos consiliarios nostros

literas pargamenoas sub titulo Divi olim Vla-
dislai regis Poloniae, proavi nostri desideratis-
simi, emanatas sigilloque pensili eiusdem com-
munitas donationem scultetiae in villa nostra
Klukozowa in se continentes, sanas salvas
et integras, prorsus omni suspicionis nota
carentes, supplicatumque nobis esse ut easdem
litteras autoritate nostra regia approbare
ratificare et confirmare dignaremur. Quo-
rum literarum tenor de verbo ad verbum sequi-
tur estque talis:

[1389, 22.II.]
[kod. Mp. nr. 999.]

In nomine Domini Amen. Wladislaus dei
gratia rex Poloniae Lithuaniaeque princeps su-
premus et heres Russiae etc. Ad perpetuam rei
memoriam significamus tenore praesentium
tam praesentibus quam futuris, quibus expedit
universis, quia cupientes regni nostri proven-
tus facere ampliores, villaque nostrae Kluko-
czowa de conditionem facere meliorem ut in
collatione hominum felicia suscipiat incre-
menta, consideratisque fidelibus obsequiis quae
nobis Henricus de Klukozowa exhibuit et in
futurum poterit praestantius exhibere ho-
rum intuitu praefato Henrico sculteciam in
villa in villa praedicta Klukozowa eiusque
heredibus et successoribus legitimis damus
conferimus perpetuaque donatione et irre-
vocabili concedimus et donamus. Cui ratione
eiusdem sculteciae tabernam, quatuor laneos
nec non molendinum bankem pro sutori-
bus et aliud pro carnificibus sextum denari-
um de censibus et tercium de qualibet re
iudicata adiungimus sibique in eadem
villa Klukozowa sexaginta laneos seu man-
sos collocandi mensurandique facultatem
tenore praesentium mediantes omnibusque
incolis et cunctantibus silvas extirpare.

volentibus ad undecim annorum decursum a data praesentium continue computandorum damus omnimodam libertatem, qua libertate exspirata de laneo quolibet octo scotis ratione census per cmethones nobis totaliter solvi debent, de quibus eidem Henrico sculteto et eius successoribus sextus denarius, ut praemissum est pertinebit, isto etiam non omisso, quod idem scultetus et eius successores nobis ratione servitii pro qualibet expeditione per nos facienda mediam marcam polonicalis numeri solvere sit astrictus. Volumus etiam, ut eadem villa Klukozowa iure theutonico Magdeburgensi perfruatur, eius cmethones et incolas ab omni iurisdictione et potestate omnium regni palatinorum, capitaneorum iudicum subiudicum, ceterorumque officialium et ministerialium eorundem pro causis tam magnis quam parvis respondere minime sint astricti nec aliquas poenas solvere tenebuntur, removentes ibidem omnia iura polonicalia, modos et consuetudines universas quae ipsum ius theutonicum plerumque perturbare consueverunt. In omnibus autem causis idem scultetus et eius successores cmetones et incolas villae praedictae Klukozowa iure praedicto theutonicali Magdeburgiensi iudicabunt. Praefatus autem scultetus non coram alio nisi coram nobis aut nostro iudico generali tum per nostram literam nostro sigillo sigillatam evocatus fuerit tenebitur respondere, harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Actum Cracoviae, ipso die beati Petri ad cathedram. Anno domini millesimo trecentesimo octuage-

simo nono. Praesentibus his strenuis viris: Joanne Sandomiriensi, Spitcone Cracoviensi, Joanne Lanciciensi palatinis, Spitcone succamerario Drogomiriensi iudice et Przeslao subiudice Cracoviensi, multisque aliis nostris fidelibus fide dignis. Datum per manus honorabilis viri domini Zaklicze, praepositi Sandomiriensis, cancellarii aula nostra. Nos itaque Sigismundus Augustus rex praenominatus supplicationi huiusmodi benigne annuentes literas privilegii suprascriptas q pro parte nobilis Francisci eiusdem sculteciae in villa nostra Klukozowa moderni possessoris in omnibus earum punctis clausulis, articulis totoque tenore approbantes ratificantes et confirmantes esse duximus prout auctoritate nostra regia approbamus, ratificamus et confirmamus, hisce literis nostris decernentes easdem litteras et omnia earum contenta robur debita firmitatis obtinere debere ac insuper praecaventes ne in posterum aliquod debitum vel difficientia occasione molendini serarii) vulgo „tracz" dicti in fluvio Lipietnica villam nostram Klukozowa percurrente extructi scultetum et antecessores eius ab antiquo tenti et possessi exoriatur hoc idem molendinum serarium molendino frumentario quod in suprascripto privilegio sculteciali descriptum et praesentibus literis nostris adscribimus adiungimus dictaque sculteciae incorporamus perpetuis temporibus et in aevum, ita quod praedictus ~~ut~~ Franciscus modernus scultetus Klukozowiensis et eius legitimi posteri dicta sculteciae possessores, utraque tam frumentarium, quam serarium molendina libere et pacifice tenebunt et possidebunt

omnesque fructus et proventus ex eisdem percipiant sine cuiusvis renitentia et impedimento. Habebit quoque idem scultetus cum suis posteris in fluvio praedicto Lipicznica liberam piscium prensuram a qua omnes alienos et extraneos homines intra limites ipsius villae nostrae arcere poterit exceptis incolis Kluczoviensibus, quos nos eadem libertate atque scultetum in dicta prensura piscium gaudere volumus. Montes etiam seu colles quatuor, vulgo Obidowiec, Do Rozdziele, Bukowina et Bukowinka dictos dictae sculteciae perpetue adiunctos et appropriatos esse volumus, in quibus praedictus scultetus et alii pro tempore existentes pecora et pecudum ac armentorum quorumvis semper liberam pascendi meneque Valachis fovendi habebunt potestatem; harum testimonio literarum, quibus in fidem ac et maiorem certitudinem sigillum nostrum est appensum. Datum Varsaviae in conventu regni nostri generali, feria quinta ante Dominicam rogationum proxima anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo secundo; regni vero nostri anno quadragesimo tertio. Valentinus Dembinski R. P. Cancellarius. Relatio Magnifici Valentini Dembinski de Dambiani regni Poloniae cancellarii. - Nos itaque Stephanus suprascriptus rex supplicationi consiliariorum nostrorum, ubi iusta, benigne annuentes litteras superius praeinsertas in omnibus earum punctis clausulis articulis et conditionibus autoritate nostra regia approbandas et confirmandas esse duximus approbamusque ratificamus et confirmamus per praesentes iuribus nostris salvis et constitucionibus regni non derogantes, in quorum usu et possessione est

et hactenus fuit decernentes eas et omnia in eis contenta robur debitae ac legitimae firmitatis obtinere debere. In quorum omnium fidem et evidentius testimonium praesentes litteras manu propria subscripsimus sigilloque appenso communiri iussimus. Datum Leopoli die vigesima quarta mensis Julii anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo octavo, regni nostri tertio. Stephanus Rex.

Obl. t. 31. str. 600 i następne – 613.

1417. Oblata literarum confirmationis praepositurae in villa Rusiecz servientium.

Ad officium et acta praesentia castrensia capitanealia personaliter veniens nobilis Joannes Krupka oblatit officio praesenti literas infrascriptas in pargameno scriptas confirmationis praepositurae et aliorum beneficiorum ecclesiae in villa Rusiecz consistentis, olim venerabili Casparo Podlaski, praeposito in eadem villa Rusiecz et decano ecclesiae collegiatae omnium Sanctorum Cracoviae sitae per reverendissimum olim in Christo patrem Joannem de Konary episcopum Cracoviensem concessas, sigillo cereo pensili eiusdem olim episcopi Cracoviensis communitas, petens easdem per officium praesens suscipi et in acta praesentia inserere admitti. Quibus quidem literis officium praesens visis sanis et illaesis easdem ad affectationem dicti offerentis suscepit et in acta praesentia inserere admisit. Quarum literarum tenor

sequitur talis.

In ~~domini~~ nomine Domini Amen.

Ad perpetuam rei memoriam, quoniam facta hominum per temporum decursum humana fragilitate de facili ad oblivionem tendunt, nisi scripturae suffragio perpetuae commendantur memoriae, proinde nos Johannes de Conary, Dei et apostolicae sedis gratia, episcopus Cracoviensis significamus tenore praesentium, quibus expedit universis et singulis praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris visuris lecturis pariter et audituris, quomodo constitutus personaliter coram nobis venerabilis dominus Gaspar Podlaski prepositus in Rusiecz et ~~De~~ decanus ~~et~~ eclesiae collegiatae omnium Sanctorum in Cracovia suo ac generosi et strenui domini Jeronimi Branicki haeredis in Rusiecz, collatorisque et unici patroni prepositurae et aliorum beneficiorum in praefata Rusiecz in nostra dioecesis Cracoviensis sita nominibus tenens et habens suis in manibus certas patentes literas fundatorum et erectorum infrascriptas prepositurae prefatae in Rusiecz tituli sancti Gregorii et caeterorum beneficiorum in eisdem et circa eandem eclesiam existentium et per predecessorem nostrum videlicet & reverendissimum Dominum Albertum eadem gratia episcopum Cracoviensem et capelanum Cracoviensem pro tempore in humanis agentibus antecessoribus dicti domini Jeronimi Branicki gratiose concessas et ab auditoris eorum emanatas exposuit coram nobis gravi in querella quod literae erectionis inferius insertae propter inordinatam improvidentiam rectorum eiusdem eclesiae seu etiam ipsorum ~~aut~~ antecessorum

in una parte certa detrimentum passa sunt et hoc, quia certum sigillum unum in primo loco subappensum videlicet prefati reverendissimi Domini Alberti, episcopi Cracoviensis fuit et est violatum, etiam quia ipsa litera per vetustatem suam incertis partibus et locis bene legi vix possunt; Ubi propter latra in futurum antiquatis negligentia circa ipsam ecclesiam committi posset; eas igitur patentes literas tenoris infrascripti idem Dominus Gaspar praepositus sive alias rector eiusdem ecclesiae in Rusiecz coram nobis facto et realiter et inscriptis exhibuit presentavitque et produxit nobis obnoxius ac debita cum instantia supplicavit, quatenus easdem litteras erectionis innovare, confirmare, approbare et per notarium nostrum et coram nobis facti presentis scribam transsumere et in veram transsumpti formam redigere atque reducere sigilloque nostro communire et sigillare mandare dignaremur.
Nos itaque hujusmodi litteris erectorius per prius perlectis ac debite recognitis attendentesque petitorum prefati prepositi suo et patroni eiusdem ecclesiae nominibus nobis factam esse instam iurique et rationi consonam et attendentes quod iusta petentibus non est denegandus assensus servantes in hoc modo et formam patrie literas citatorum ante omnia in vim cride contra sua interesse putantes ad audiendum et videndum premissa fieri ac per nos decerni permittendas censuimus, permisimusque. Quo tandem termino citatorum advenientes instante prefato Domino Casparo preposito et nullo contradicente ac in contumaciam huiusmodi citatorum non comparen-

tium, recognitis ante omnia eisdem literis per eun-
tes testes tunc coram nobis inductos easdem in-
novandas transsumendasque ac exemplificandas
de verbo ad verbum nihil mutantes aut variantes,
quod facti substantiam immutaret aut variaret
intellectum decrevimus mandavimusque. Cuius
tenor sequitur et est talis:

[1417, 10. V.]
[Kod. kat. Kr. nr. 573.]

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei
memoriam sollicitudine divina disponente
clementia deputati pastorali ... iocundis ad ea
nostis libenter roboris congrui adhibemus firmi-
tatem nostrumque apponimus consensum pa-
riter et assensum per que divinus cultus in eccle-
siis nobis creditis prout desideramus felicia
recipiat incrementa ac personarum Deo famu-
lantium pro divini nominis gloria extollenda
perfectior numerus augeat, proinde nos Al-
bertus Dei gratia episcopus Cracoviensis, regni
Polonie cancellarius significamus tenore presen-
tium quibus expedit universis tam presenti-
bus quam futuris, et presentium noticiam
habituris, quod attendentes pium et laudabile
propositum ac salubrem ordinationem
strenui militis domini Wirzbiante de Brany-
ce, dapiferi Cracoviensis capitanei Sandecensis
proni ecclesie parochialis in Bruscka nostre
di dioecesis, qui zelo devotionis accensus cupi-
ens pro terrenis mercari celestia et transito-
ria commutare in eterna sibique et ipsorum
predecessorum ac successorum progenitorum
animabus exinde saluberrimum remedium
procurare supplicavit, quatenus de statu ac
bonis et proventibus ecclesie parochialis in
Bruszcza predicta, nec non de personis eidem
ecclesie servire et ministrare in futurum
debentibus ordinationem et dispositionem
infrascriptis facere dignaremur. Nos quoque

ipsum dominum Wizbiętam in suo proposito laudabili confovere cupientes de venerabilibus fratrum nostrorum scilicet capituli cracoviensis consilio pariter et assensu in supra premissis huiusmodi dispositionem et ordinationem fecimus ac facimus per presentes temporibus futuris ac in perpetuum duraturam, valituram, videlicet quod in eadem ecclesia debet esse unicus rector ecclesie seu plebanus, cui cura animarum regendarum dicte ecclesie annexe imminebit pro cuius sustentatione ut circa cura animarum et eo attentior et diligentior exstat, eidem rectori ecclesie qui pro tempore fuerit quinque decimas manipulas ab antiquo ad ipsam ecclesiam pertinentes post araturas nobilium incolarum de villis Crisztoporzyce Luczianowice nec non post araturas duntaxat incolarum in Broniowice + quondam Ottonis heredis de Pilcza et in Bogumilowice et Jurkow provenientes nec non aream et cum edificiis existentibus in longitudinem antiquitus dimensuratam duos ortulanos agros et prata que ad unam partem rectoris dicte ecclesie ab antiquo ibidem in Druszcza pertinebant ac etiam duas urnas mellis de monasterio Andrzeiowiensi provenientes deputamus ac perpetuis temporibus assignamus per ipsum rectorem ecclesie qui fuerit pro tempore, habendum tenendum et pacifice in perpetuum possidendum. Et quia beneficium datum propter officium ideo rector dicte ecclesie, qui pro tempore fuerit in eadem ecclesia per se vel per aliam personam idoneum et sufficientem predi-

care verbum Dei Christi fideli populo nec non
in quolibet festo celebri et solemni vesperas
matutinum et ~~mi~~ summam missam decan-
tare tenebitur ac eo onere sit astrictus. Cui
quidem rectori ecclesiae, qui pro tempore
fuerit, omnes altae personae beneficia perpe-
tua in dicta ecclesia obtinens et mansiona-
les tanquam seniori reverentiam et ho-
norem exibeant et sibi in omnibus ho-
nestis et licitis obediant et intendant;
rectorque ecclesiae praedictus ipsas perso-
nas circa ~~de~~ dictam ecclesiam degentes
ab omnibus insultibus iniuriarum quo-
rumcumque iniuriantium et signantes
post decimas iudex posse tenebitur de-
fendere et tueri. Medietatem autem iu-
rium camerae apostolicae seu ordinatio debi-
torum rector et aliam medietatem scho-
lasticus cum probendario dictae ecclesiae
solvere tenebuntur. Iura autem archidiaco-
ni ~~...~~ solus rector ecclesiae tempore archidi-
acono impendere teneat. Si autem ali-
quod damnum ex negligentia rectoris
probendarii et scholastici in dicta eccle-
sia committatur ipse rector cum eodem
probendario et scholastico ipsum solve-
re et defectus ~~x~~ quoslibet per ipsas
commissos restaurare sint astricti.
Scholasticus etiam circa dictam ecclesiam
appellatus unus et perpetuus abantiquo est
constitutus, pro cuius scholastria tres
decimas manipulares in valore triginta
marcarum, prima post araturas nobili-
um et incolatrum in Duszcra exceptis agris
spualium, secunda in Korary post x aratu-
ras nobilium videlicet Visconis et Marci
tertia vero in Kantorowice post araturas

nobilium ibidem haeredum et ipsorum suc-
cessorum dictos agros colentium proveniens
ad ipsam ecclesiam seu scholastiam in
Rusza ab antiquo spectans nec non unum
ortulanum, aream agros et pratum iam
pro ipso scholastico ab antiquo dimensu-
ratos in eadem hereditate Rusza assi-
gnamus et tenore praesentium perpetuis
temporibus deputamus per ipsum scho-
lasticum, qui fuerit pro tempore, haben-
dum et pacifico in perpetuum possidendum.
Ordinamus insuper et disponimus, quod in ea-
dem ecclesia in Rusza debent esse quatuor prae-
sbiteri mansionarii sive vicarii manuales seu
temporales et quintus rector scolarum. Pro quo-
rum quidem ex dictis quatuor mansionariis
duntaxat trium mansionariorum et quarto
rectore scole ibidem in Rusza sustentatione
decimas ex antiquo et post araturas incola-
rum et nobilium in ~~ve~~ Niegardów in Braz-
ce eiusdem domini Wierzbiata et in Wilkusze-
wice post araturas incolarum et nobilium
in valore quinquaginta marcarum assi-
gnamus et deputamus per ipsos tres dun-
taxat mansionarios ex dictis quatuor man-
sionariis et quartum rectorem scole ha-
bendum et pacifico possidendum. ~~Quatuor~~
Quartus autem mansionarius apud recto-
rem ecclesie & stabit in expensis quas ple-
banus ex cibo et potu sibi quibus solus ute-
tur tenebitur ministrare. Post araturas
autem rectoris dicte ecclesie dictus man-
sionarius quartus decimas provenientes
pro se percipiet et habebit. Qui quidem
mansionarii cum rectore scole sepul-
turas et spolia sepulturarum, columba-
tiones, ofertorium et alios quosfus seu

obventiones in dicta ecclesia in se recipiant et inter se aequa lance dividere tenebuntur. Rector autem scole unum socium valentem ad decantandas horas loco sui servare debent, ipse autem rector scole scolares in dicta scola erudire tenebitur, ~~et~~ scolasticis disciplinis. Dicti autem tres mansionarii et rector scole habebunt areas aut domos speciales, quas ex antiquo iam inhabitant et in ipsis demorant. Quartus autem mansionarius, qui apud rectorem ecclesie stabit in expensis in domo dicti rectoris commorabitur et suam debet habere mansionem. Ex quo igitur beneficia dant propter explenda officia ut profertur, ideo prefati scolasticus prebendarius et mansionarius, qui stabit in dote rectoris ecclesie in expensis, in dextra parte chori stantes eo modo et ordine omnes horas de beata Maria Virgine videlicet matutinum, primam, tertiam, sextam nonam, vesperas completorium et Salve Regina decantare debent et explere integrabiliter et ex toto; mansionarius autem, qui in dote stabit in expensis apud eiusdem ecclesie rectorem non debet se intromittere de cura animarum videlicet pueros baptizando aut infirmos procurando excepta in quadragesima confessione, quam etiam audire tenebitur, ab alia autem procuratione animarum penitus sit exemptus et solutus. In sinistra autem chori dicte ecclesie duo mansionarii et tertius rector scole aut ipse succentor quem servabit horas predictas de beata Maria Virgine ~~deb~~ modo et ordine quibus supra cum predictis scolastico, prebendario et mansionario in dextra parte chori stantibus, stantes singulis diebus decantabunt

et explebunt. Qui quidem tres mansionarii in
sinistra parte chori stantes singulis diebus
decantare inter se ebdomatim missam ma-
turam per ordinem de beata Virgine
Maria tenebunt tali modo, quod ille mansi-
onarius, qui ebdomadarius ad cantandam di-
ctam missam fuerit deputatus, horas pre-
dictas de beata Maria Virgine per totam di-
ctam suam ebdomadam non tenebit de-
cantare, sed se per totam illam ebdomadam
que sibi occurreret ad decantandam dictam
maturam missam de beata Virgine sin-
gulis diebus debet captare. Qua finita et ex-
pleta nihilominus cure animarum et
administrationi spiritualium videlicet
confessionum auditorem, puerorum bapti-
satorum infirmorum procurationi et alio-
rum officiorum ecclesiasticorum explendorum
intendere ~~debent~~ teneat. Scolasticus preben-
darius et mansionarius in dextra parte
chori stantes similiter ebdomatim summam
missam feria secunda videlicet pro de-
functis, feria quarta de patrono beato Gre-
gorio, feria autem quinta de corpore Christi
et aliud festum celebre et solenne dictis
feriis non occurrant aliis autem singulis
diebus de die decantare tenebuntur. Pre-
terea scolasticus cum prebendario in una
parte chori dicte ecclesie et rector scole
in alia parte chori cum suis scolaribus
et clericis stantes singulis feriis secundis
vigilias novem lectionum. Prefati autem
quatuor mansionarii singulis feriis sextis
similiter vigilias novem lectionum pro de-
functis decantare tenebuntur. Cum autem in
festis solemnibus et diebus festivis rector
ecclesie aut scolasticus vel prebendarius

summam missam celebrabit ex tunc duo mansionarii, unus epistolam, alter evangelium legendo sibi debent astantes ministrare. Jus autem patronatus praesentandi videlicet rectorem ecclesiae scolasticum et prebendarium dictae ecclesiae ad praefatum Dominum Wierzbiętam et ipsius legitimos successores, quotiescunque ecclesiam nostram quoad dictas personas rectorem scolasticum et prebendarium per cessum vel per decessum vaccare contigerit pertinebit pleno iure rector, quem dictae ecclesiae mansionarios, actu tamen presbiteros idoneos et sufficientes de consensu dicti Domini Wierzbięte et ipsius successorum, eosdem eligendi nominandi et eosdem instituendi et destituendi habebit plenam et omnimodam facultatem. Scolasticus autem rectorem scolae idoneum et sufficientem ad explenda onera scolae et officia ecclesiae de consensu et voluntate dicti rectoris ecclesiae instituendi et destituendi habebit potestatem et si per negligentiam rectoris scolae aliquod damnum in dicta ecclesia committetur hoc scolasticus solvere tenebit et satisfacere pro eodem. Cum autem circa dictam ecclesiam antiquam personam infirmari contigerit et languere ex tunc officia ipsius ecclesiae incumbentia per sanas personas suppleri debent et expleri. Praeterea praefati, rector ecclesiae, scolasticus prebendarius et mansionarii in dicta ecclesia actu presbiteri debent esse et si ex dictis personis in eadem ecclesia in Ruszcza beneficia obtinentibus aliquis aliquod aliud beneficium curatum vel non curatum pacifice fuerit assecutus et de ipso canonice institutus ex tunc quod in dicta in Ruszcza obtinebat vaccare de-

bebit ipso facto et ad ipsum patronus di-
ctae ecclesiae aliam personam idoneam prae-
sentandi, ordinandi habebit plenam et
omnimodam liberamque facultatem. Per-
sona quoque beneficia in dicta ecclesia
obtinentes circa dictam ecclesiam debent facere resi-
dentiam personalem et si ex aliqua ex causa legiti-
ma absentari contigerit et oportebit, ex tunc lo-
co suo substituta aliqua idonea et sufficiente per-
sona ad supplenda onera et officia sibi incum-
bentia ad unius mensis spatium a vel duorum
secundum quod necessitatis causa et opportuni-
tas ingruerit habita licentia rectoris ecclesiae
poterit se absentare, praeterea solemnibus et
festivis ac aliis celebribus diebus infra cantum
matutini missarum in una parte chori et
rector scolae cum suis clericis et scolaribus in
alia parte chori cantantes stare debent. Aliae
autem consuetudines et observantiae, quae in dicta
ecclesia ex antiquo servari et teneri sunt soli-
tae et consuetae, et quae hic in praesenti ordina-
tione et constitutione non sunt insertae et
conscriptae et onera huiusmodi jam expressa
superius et descripta firmiter debent teneri
compleri et inviolabiliter per personas in
dicta ecclesia degentes observari, decernentes
omnia et singula praemissa et quodlibet prae-
missorum obtinere robur perpetuae firmita-
tis. In cuius rei testimonium nostri et eius-
dem ecclesiae nostrae Cracoviensis capituli sigil-
la praesentibus sunt appensa. Actum et Datum
Cracoviae feria secunda post festum beati Sta-
nislai tempore Maii, Anno Domini Millesimo
quadringentesimo decimo septimo, indictio-
ne decima sede apostolica pastorali vacante
praesentibus venerabilibus et honorabilibus fra-
tribus nostris in Christo dilectis: Domini, Deca-

[1417, 10.V.]

no, regni Poloniae vicecancellario, Andrea archidiacono Kielco cantore Niemiezza de Chrzelow custode sancti Floriani extra muros Cracovienses, Nicolao de Lapanów preposito Kielczensi, Adam de Bandkow officiali, Zbigneo de Hussow magistris Joanne de Lalkow, Jaroslao de Hussow, Derslao scolastico Vladislaviensi, Martino Beserawski Clemente Dadamsoli et Nicolao de Mostkowice canonico nostris Cracoviensis ecclesiae, testibus circa premissa fide dignis. Que omnia et singula nobis omnibus et singulis quorum interest intererit aut interesse poterit quodlibet in futurum intimamus insinuamus notificamus et ad veram noticiam vestram et cuiuslibet vestrum deducimus et deduci volumus, tenore presentium mediante, easdem que preinsertas erectionis litteras de certa nostra sciencia approbandum et confirmandum duximus. Quemadmodum hisce litteris nostris in omnibus et singulis punctis clausulis et articulis approbamus ratificamus et confirmamus illasque innovamus ac eisdem authoritatem nostram ordinariam pariter et decretum apponimus, decernentes, quod huic nostro presenti transumpto ubicunque in iudicio et extra fides talis et tanta de cetero ac in omni adhibeatur qualis et quanta principalioribus preinsertis litteris adhibeatur. Ac si ipse originales littere in medium producentur fuerint que producte et exhibite. In quorum omnium et singulorum testimonium premissorum presentes litteras sive presens publicum transumpti et innovationis instrumentum exinde fieri et per notarium nostrum publicum infrascriptum et per protinus coram nobis facti presentis seriatim subscribi et publicari mandavimus sigillique nostri iussimus et fecimus appensione legitima communiri. Actum et datum Cracoviae in curia nostra episcopali, anno Domini millesimo quingen-

lesimo Decimo septimo, indictione quinta pon-
tificatus sanctissimi in Christo patris et Domini
nostri, Domini Leonis divina providentia pa-
pe Decimi anno ipsius quinto, die vero tertia
mensis Februarii. Praesentibus: magnifico et ve-
nerabilibus Dominis: Nicolao Jordan De Zakli-
czyn castellano Wojnicensi, Scepusiensi & Za-
thoriensi, Oswieczimiensi et nostro Severiensi
capitaneo, magnoque procuratore Cracovi-
ensi; Bernardino Gallo, custode vicarioque
in spiritualibus; Johanne Chojenski, utri-
usque iuris Doctore, cancellario nostro; et
Felice Szczurowski, canonico nostro catedrali
Cracoviensi, nec non magistro Andrea de Zgłobien, can-
tore Tarnoviensi ac officiali nostro Pilznensi et
Felice Kotarzkowski cubiculario nostro testibus circa
premissa. Et ego Petrus Mathie De Zakrzew Clericus
Posnaniensis diocesis publicus imperiali auctoritate
notarius et coram memorato reverendissimo
Domino Joanne Dei gratia episcopo Cracoviensi, cau-
sarum et facti praesentis scriba, quia praedictis littera-
rum transsumpti peticioni innovacioni ac earum
decreto aliisque omnibus et singulis premissis, dum
sicut premittitur agerentur et fierent cum pre-
nominatis testibus praesens interfui eaque omnia
et singula premissa ita fieri vidi et audivi, ideo
praesentes litteras innovacionis erectionis in se con-
tinentes manu alterius fideliter scriptas scriptas ex-
inde confeci signoque et nomine meis circa talia
fieri solitis et consuetis una cum appensione
sigilli memorati Domini episcopi Cracovi-
ensis consignavi in fidem et testimonium
omnium et singulorum premissorum. Roga-
tus et specialiter et requisitus.

230 ~~10~~
9

Obl. t. 86. str. 873.

Oblata privilegii fundationis eclesiae Rzezaviensis.

Ad officium et acta praesentia castrensia capitanealia cracoviensia personaliter veniens nobilis Fabianus Kinczewski eidem officio praesenti castrensi capitaneali cracoviensi nomine reverendi Laurenty Wyński parochi Rzezaviensis oblatam privilegii fundationis ac dotationis eclesie Rzezaviensis per serenissimum olim divae recordationis Casimirum regem Poloniae infrascripti ex actis consistorii Tarnoviensis authentice deproscriptam ad acticandum obtulit, petens eandem a se oferente per officium praesens suscipi et actis praesentibus inserere admitti. Cuius offerentioni officium praesens annuentes eandem oblatam a praedicto offerente suscepit et actis suis inserere mandavit. Cuius tenor sequitur talis:

Anno Domini milesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto die lunae undecima mensis Decembris veniens personaliter ad acta praesentia perpetui officialiatus Tarnoviensis venerabilis Andreas Gożatowic vicarius Zyzaviensis obtulit nomine admodum reverendi Valeriani Mojaczewski plebani sui Żyżaviensis transumptum originale eiusdem eclesie Żyżaviensis ipso originali cum reconditum esset in terra cum alia eclesiastica supellectili per humiditatem consumpto et corroso, de quo nonnisi ipsum remansit sigillum, quod praefatus vicarius Gożatowic praesenti officio praesentavit, ideoque transumptum illius ad acta praesentia ingrossari curavit et petiit. Et dimi-

nus iudex annuens uti iusto et laudabili
petitioni suprascriptum transsumptum
actis praesentibus inscribi et connotari
mandavit. Cuius tenor sequitur talis:
In nomine Domini Amen. Ad perpetuam
rei memoriam nos Sigismundus Augustus
Dei gratia rex Poloniae, magnus dux Lithu-
aniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomi-
riae, ~~Samogitie~~, ~~Lublinensis~~ Siradiae, Lanciciae,
Cuiaviae, Russiae, Prussiae, Masoviae Samogitiae
Culmensis, Elbingensis Pomeraniaeque etc domi-
nus et haeres - significamus praesentibus lit-
teris nostris, quorum interest universis et
singulis, exhibitas nobis esse literas fun-
di et dotis plebanalis in Zyzawa in perga-
meno scriptas titulo et sigillo appenso
serenissimi olim antecessoris nostri Vla-
dislai regis Poloniae communitas sanas
omnique suspicionis nota vacantes fun-
dationem infrascriptam in se continen-
tes supplicatumque est nobis nomi-
ne venerabilis Stanislai Schedzinski, iu-
ris utriusque Doctoris, cancelariae nostrae
scribae et ibidem in Zyzawa plebani
ut eas approbare ratificare et confirma-
re dignaremur. Quarum tenor est iste:
In nomine Domini Amen. Ad perpetuam
[1387, 30. IX.]
[Kod. Mp. nr. 989. Reg.]
rei memoriam. Nos Vladislaus, Dei gratia
rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae,
Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae Pomeraniae
Cuiaviae Lithuaniae princeps supremus
Russiaeque dominus et haeres. - significamus
praesentibus literis nostris quibus expedit
universis tam praesentibus quam futuris prae-
sentium notitiam habituris, quod oblata
nostrae maiestati pro parte discreti viri
Jacobi rectoris ecclesiae in Zyzawa, nostri

[1350, 26. V.]

[Kod. Mp. nr. 231.]

Dilecti devoti petitio, quatenus privilegium excellentissimi principis Domini Casimiri olim regis Poloniae p super plantatione seu fundatione eclesiae in Zyzawa confectum confirmare ratificare approbare et innovare benigniter dignaremur. Cuius quidem privilegii tenor sequitur in haec verba:

In nomine Domini Amen; ad perpetuam rei memoriam. Cuncta, quae aguntur testimonio literarum solent roborari. Proinde nos Casimirus Dei gratia rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cuiaviae, Pomeraniae Russiaeque dominus et heres, – notum facimus universis presenti~~bus~~um notitiam habituris, quod ob remedium salutis nostrae, nostrorumque predecessorum aeternae memoriae et ut divinus cultus plus ac magis augeatur eclesiam, quam mandaveramus Mathiae sculteto in libertate Borek locare consilio habito cum quibusdam nostris consiliariis cum omni iure prout in privilegio dicti Mathiae sculteti in eadem continetur libertate eandem eclesiam in honorem omnium sanctorum decrevimus in ~~bi~~ libertate plantare ac fundare, quae libertas Zyzawa cum libertatibus Podtórka et Borek in magna silva ac paludibus ad nostrum regium mandatum sunt locatae. Cui eclesiae et rectoribus eiusdem qui pro tempore fuerint de gratia nostrae regalis majestatis damus, perpetue attribuimus et incorporamus in Rzeczow in Ostrów et in Wrzampe decimam post araturas nostras in quibuscunque campis pro curiis nostris arabunt. Quia quidem placet nostrae ~~regia~~ regali majestati in dictis villis cmethonibus de agris nostris procuratores de mandato nostro regio

concedunt pro ipsorum laboribus et araturis. Item damus et attribuimus eidem ecclesie in dicta libertate Lyzarna et rectoribus eiusdem tres laneos seu mansos quos ab omnibus nostris regalibus solutionibus et laboribus facimus liberos et exemptos. Decimam vero propter eosdem tres laneos elapsa libertate rector eclesie possidebit. Damus eidem eclesie et rectoribus eius, qui pro tunc fuerint duas tabernas in superficie villa vulgariter .... In bonis vero eclesie plebanus cmethones, tabernas alios operarios quotquot potest pro sua utilitate et sue eclesie locabit. Nullam vero tabernam intra metas et granicies eiusdem libertatis Lyzarna aspirata libertate in contemptum eclesie pro nostra regali majestate locare licebit. Homines vero qui bonis eclesie locati fuerint non aliis nisi coram suo iudice et scabinis in villa citati respondebunt poenas vero magnas et parvas criminales homicidiis non aliter nisi exemplo bonis solvere tenebuntur. Juramenta omnia de qualibet per grossum pro potatione vini ad ecclesiam pertinebunt. Damus eidem eclesie in libertate Borek quam libertatem mandavimus locare in deserta silva in fluvio Wydzyna postquam libertas viginti annorum expirabit prout in privilegio Mathie sculteti dicte libertatis Borek per nos dato continetur unum mansum seu laneum ab omnibus nostris solutionibus et laboribus liberum et exemptum. Item in festo sancti Martini sex scotos pro decima plebano a qualibet laneo cmethones solvere tenebuntur. Item damus eidem eclesie et rectoribus eiusdem in festo sancti Martini de omnibus villis ad eclesiam pertinentibus videlicet Krzeczów, Ostrów Lyzarna, Jodłówka et Borek a qualibet manso et laneo vel

sorte cinethonis mensuram siliginis et mensuram avene plebano solvere sint adstricti. Clero vero eclesie ab omnibus parochianis a qualibet mensa pro servitio unus grossus tribuetur. Insuper plebano vel vicario cum clerico in curia nostra Kzeczaviensi circa mensam nostram expense perpetuis temporibus ministrentur. His omnibus suprascriptis eandem eclesiam in libertate Zyzana et rectores eiusdem nostra autoritate regali dotamus incorporamus et ascribimus perpetuis temporibus possidenda nostro sub apposito sigillo privilegium presens confirmantes. Actum et Datum Cracovie feria quarta post festum sanctissime Trinitatis sub anno Domini milesimo trecentesimo quinquagesimo. Presentibus his: Zbigneo, castellano Cracoviensi, Imramo Cracoviensi et Jura Sandomiriensi palatinis, Dobeslao subcamerario Cracoviensi, Hermano procuratore generali et Nicolao herede de Kraszinice et aliisquam pluribus testibus fidedignis. Nos itaque iustis salubribus et honestis petitionibus prefati Jacobi gratiosius acclinati dictum privilegium in omnibus suis punctis, clausulis conditionibus et articulis confirmamus ratificamus gratificamus approbamus et innovamus decernentes ipsum obtinere robur perpetue et irrevocabilis firmitatis. harum nostrarum, quibus sigillum nostrum appensum est testimonio tr literarum. Datum Cracovie in Crastino sancti Michaelis sub anno Domini milesimo trecentesimo octuagesimo septimo. Presentibus: Sędzivogio, palatino Calisiensi, Drogosio judice et Rzeslao subiudice Cracoviensibus, Dobeslao de Koszyce et Mi-

colao de Hazelec, Borkone de Trzcienice he-
redibus et aliis quam pluribus testibus
fide dignis. Has itaque Sigismundus Au-
gustus, rex prenominatus suplicationi pre-
dicte benigne annuentes literas preinser-
tas ratas et gratas habentes, eas in omni-
bus punctis earum, clausulis articulis et
conditionibus approbandas ratificandas
et confirmandas duximus, approbamusque
ratificamus et confirmamus presentibus
decernentes eas ac omnia in eis contenta ro-
bur debite et perpetue firmitatis habitu-
ras. In ~~eius~~ cuius rei fidem et testimonium
sigillum nostrum presens est appensum.
Datum Vilne in vigilia visitationis bea-
tissime virginis Marie, anno Domini milles-
imo quingentesimo quinquagesimo septi-
mo, regni nostri vigesimo octavo. Pre-
sentibus magnificis reverendis et generosis
Joanne de Mielec, palatino Podolie, regni
nostri supremo marschalco ac Grodecensi
capitaneo, Gabriele Tarlo Radomiensi et su-
premo domine coniugis nostre curie ma-
gistro ac Chelmensi Capitaneo, Stanislao
Wojski de Podhajce Brzezensi, Nicolao Ra-
dziejowski Gostinensi castellanis, Joanne
Ocieski regni nostri cancellario ac Craco-
viensis Oswiecimensis, Zathoriensis duca-
tuum, Sandecensi Olsztinensique capitaneo
Joanne Przerembski regni nostri vicecan-
cellario, preposito Gnesnensi, Decano et
canonico Cracoviensi ac Vilnensi et sancti
Floriani in Klepaz preposito, Nicolao
Trzebuchowski, cubiculi nostri prefecto,
burgrabio Cracoviensi ac Brzestensi Le-
loviensique capitaneo, Alberto Krzyski
succamerario Plocensi, capitaneo Dobzy-

scrips(1)

nensi, Andreas Przerembski Cracoviensi, Stanislao Karnkowski Vieluniensi Canonicis ... nostris et aliis quam plurimis fide dignis officialibus et aulicis nostris circa praemissa existentibus. Datum per manus eiusdem reverendi Joannis Przerembski, regni nostri vicecancelarii, praepositi gnesnensis, decani et canonici Cracoviensis Vilnensis et sancti Floriani in Klepaz praepositi sincere nobis dilecti. Relatio eiusdem reverendi Joannis Przerembski, regni nostri vicecancelarii praepositi Gnesnensis, decani et canonici Cracoviensis Vilnensis sanctique Floriani in Klepaz praepositi. Joannes Przerembski regni Poloniae vicecancelarius. Ex protocollo actorum perpetui officialatus Tarnoviensis sub sigillo descriptum. Simon Bielecki mansionarius notarius consistorii Tarnoviensis mp. Cuius quidem oblata originale idem afferens illico ab officio praesenti recepit.

1387, die 30. mensis Septembris, Cracoviae.

Obl. t. 147. str. 1008.

1350.
1387.

Oblata fundationis seu erectionis ecclesiae in Zyzawa servientis.

Ad officium et acta praesentia castrensia capitaneralia Cracoviensia personaliter veniens generosus Stanislaus Szczepkowski infrascriptam fundationem seu erectionem ecclesiae in Zyzawa servientis ex actis metrices regni communitam officio praesenti ad acticandum obtulit, petens eandem fundationem seu erectionem a se oferente suscipi et in acta praesentia inscribere permitti. Cuius affertationi officium praesens annuendo infrascriptam fundationem seu erectionem a praefato offerente suscepit et in acta praesentia castrensia capitanealia Cracoviensia inscribere mandavit. Cuius quidem fundationis seu erectionis tenor sequitur talis:
Augustus Secundus, Dei gratia rex Poloniae, magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kioviae, Volyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolensciae, Severiae, Czernichoviaeque nec non haereditarius Dux Saxoniae, princeps et elector — significamus praesentibus literis nostris quorum interest universis et singulis, reperiri in actis metrices regni confirmationem privilegii infrascripti tenoris sequentis: In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam nos Sigismundus Augustus etc. significamus exhibitas nobis esse literas fundi et dotis plebanatus in Zyzawa in pargameno scriptas, titulo et sigillo appenso serenissimi olim antecessoris nostri Vladislai, regis Poloniae, communitas, sanas omnique suspicionis nota vacantes fundationem infra-

scriptam in se continentes. Supplicatum
est nobis, nomine venerabilis Stanislai Sze-
dzinski iuris utriusque Doctoris cancellarię
nostrę scribę et ibidem in Lyzzana plebani
ut eas approbare ratificare confirmare di-
gnaremur. Quarum tenor est talis: In no-
mine Domini Amen. Ad perpetuam rei
[1387, 30. IX.] memoriam Wladislaus Dei gratia rex Polo-
[Kod. Mp., nr. 989, Rag.] nię nec non terrarum Cracovię Sandomi-
rię Siradię Lancicię Cujavię Pomeranię
Lithuanię princeps supremus Russięque
Dominus et heres significamus universis
quibus expedit, tam praesentibus quam
futuris praesentium noticiam habituris,
quod oblata nostrę majestati pro parte
Discreti viri Jacobi, rectoris in Lyzzana
nostri dilecti devoti petitio, ~~que~~ quatenus
privilegium excellentissimi principis
Domini Casimiri olim regis Polonię su-
per plantationem seu fundationem
ecclesię in Lyzzana confectum confir-
mare ratificare approbare et innovare
benigniter ~~innovamus~~ dignaremur. Cuius
quidem privilegii tenor sequitur in hęc
verba: In nomine Domini Amen. Ad per-
[1350, 26. V.] petuam rei memoriam, cuncta quę agun-
[Kod. Mp. nr. 231 -] tur testimonio literarum solent robo-
rari. Proinde nos Casimirus Dei gratia
rex Polonię nec non terrarum Cracovię San-
domirię Siradię, Lancicię Cuiavię Pome-
ranię Russięque dominus et heres - no-
tum facimus universis praesentium no-
ticiam habituris, quod ob remedium
nostrę, nostrorum praedecessorum aeternę
memorię et ut divinus cultus plus et
magis augeatur ecclesiam quam manda-
veramus Mathię sculteto in libertate Bo-
rek locare consilio habito cum quibusdam

nostris consiliariis cum omni iure prout in privilegio dicti Mathie sculteti in eadem continetur. libertate Lyzarwa plantare ac fundare, quae libertas Lyzarwa cum libertatibus Podtowka et Borek in magna silva et paludibus ad nostrum regium mandatum sunt x locatae. Cui ecclesiae et rectoribus qui pro tempore fuerint de gratia nostrae & regiae majestatis damus perpetuo ad-attribuimus et incorporamus in Krzczór in Ostrów et in Wrzępie decimam post araturas nostras in quibuscunque campis pro curiis nostris arabunt. Quo quantum placet nostrae regali & majestati in dictis villis ~~et~~ cmethonibus de agris nostri procuratores de mandato nostro regio concedunt pro ipsorum laboribus ac araturis. Item damus et attribuimus eidem ecclesiae in dicta libertate Lyzarwa et rectoribus eiusdem tres lancos seu mansos quos ab omnibus nostris regalibus solutionibus et laboribus facimus liberos et exemptos. Decimam vero post eosdem tres laneos elapsa libertate rector ecclesiae possidebit. Damus eidem ecclesiae et rectoribus eius qui pro tunc fuerint duas tabernas in superficie villae vulgaliter na „na wsiu". In bonis vero ecclesiae plebanus cmethones tabernas et alios operarios quotquot posset pro sua utilitate et suae ecclesiae locabit, nullam vero tabernam intra metam et granicies eiusdem libertatis Lyzarwa expirata libertate in contemptum ecclesiae pro nostra regali majestate locare licebit. Homines vero qui in bonis ecclesiae locati fuerint non alias nisi coram suo iudicio et scabinis in villa citati respondebunt. Poenas vero parvas et magnas criminales

homicidii non alteri nisi suo plebano sol-
vere tenebuntur. Juramenta omnia de iu-
dicio qualibet per grossum pro comparatio-
ne vini ad ecclesiam pertinebunt. Damus
eidem ecclesie in libertate Borek, quam
libertatem mandavimus locare in deserta
silva in fluvio Wyszyna, postquamque li-
bertas viginti annorum expirabit pro-
ut in privilegio Mathie sculteti dicte li-
bertatis Borek per nos dato continentur,
unum mansum seu laneum ab omni-
bus nostris laboribus et solutionibus
liberum et exemptum. Item in festo
sancti Martini sex scotos pro decima ple-
bano a quolibet laneo cmethones solvere
tenebuntur. Item damus eidem ecclesie
et rectoribus eiusdem in festo sancti
Martini de omnibus villis ad ecclesiam
pertinentibus videlicet Kszczów, Dobrów
Lyzawa, Jodłówka et Borek a quoli-
bet manso vel laneo et sorte cmetho-
nes mensuram siliginis et mensuram
avene plebano solvere sint adstricti.
Clero vero ecclesie ab omnibus parochi-
anis a qualibet mensa pro servitio unus
grossus tribuatur. Insuper plebano et vi-
cario cum clerico in curia nostra Wrzo-
czoviensi circa mensam nostram expen-
se perpetuis temporibus ministrentur
uti omnibus suprascriptis eandem
ecclesiam in libertate Lyzawa et rectores
eiusdem nostra authoritate regia do-
tamus inscribimus et incorporamus
perpetuis temporibus possidenda no-
stro subappenso sigillo privilegium pre-
sens confirmamus. Actum et datum
Cracovie feria quarta post festum -
cte Trinitatis sub anno Domini millesi-

mo trecentesimo quinquagesimo. Prae-
sentibus his: Zbigneo, castellano Craco-
viensi; Imravio Cracoviensi et Iura
Sandomiriensi palatinis. Dobyslao suc-
camerario Cracoviensi; Hermano procura-
tore generali et Nicolao haerede de Kra-
szow et aliis quam plurimis testibus
fide dignis. Nos itaque ~~ea~~ iustis salu-
bribus et honestis peticionibus prae-
fati Jacobi gratiosius acclinati dictum
privilegium in omnibus suis punctis
clausulis conditionibus et articulis con-
firmamus ratificamus, gratificamus
approbamus et innovamus, decernen-
tes ipsum obtinere robur perpetuo (et irrevocabilis)
firmitatis. Harum nostrarum, quibus
sigillum appensum est testimonio lite-
rarum. Datum Cracoviae in crastino
Sancti Michaelis sub anno Domini mille-
simo trecentesimo octuagesimo septimo.
Praesentibus: Sandivogio, palatini Kali-
siensi, Drogosio iudice et Krzeslao sub-
iudice Cracoviensi, Dobeslao de Koszyce
et Nicolao de Staszelci Borkuno de Szczo-
niec haeredibus et aliis quam plurimis
fide dignis testibus. Nos itaque Sigis-
mundus Augustus rex praenominatus
suplicationi praedicto benigno annuen-
do literasque praeinsertas ratas et gra-
tas habentes eas in omnibus punctis
earum, clausulis, articulis et conditio-
nibus approbandum ratificandum et
confirmandum duximus, approbamus-
que ratificamus et confirmamus prae-
senti, decernentes eas ac omnia in eis
contenta robur debitae et perpetuae fir-
mitatis habituras. In cuius rei fidem

et testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum Vilnae in vigilia visitationis beatissimae virginis Mariae anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo regni nostri vigesimo octavo. Praesentibus magnificis reverendo generosis Joanne de Mielec palatino Podoliae, regni nostri supremo marschalco et Goldecensi capitaneo, Gabriele Tarlo Radomiensi et serenissimae Dominae coniugis nostrae curiae magistro ac Chelmensi capitaneo, Stanislao Wapski de Podhajce Brzezinensi, Nicolao Padniewski Gostinensi castellanis, Joanne Ocieski, regni nostri cancellario ac Cracoviensi Osviecimensi Zatoriensique Sandecensique Olstinensique capitaneo, Joanne Przerembski regni nostri vicecancellario, praeposito Gnesnensi, decano et canonico Cracoviensi ac Vilnensi et sancti Floriani in Klepaz praeposito, Nicolao Trzebuchowski, cubiculi nostri praefecto, burgrabio Cracoviensi et Brzestensi, Zielowiensique capitaneo, Alberto Krzyski succamerario Plocensi et capitaneo Dobrzynensi, Andrea Przerembski Cracoviensi, Stanislao Karnkowski Vielunensi canonicis s... nostris et aliis quam plurimis fide dignis officialibus et aulicis nostris circa praemissa existentibus. Datum per manus eiusdem reverendi Joannis Przerembski, regni nostri vicecancellarii, praepositi Gnesnensis, decani et canonici Cracoviensis Vilnensis et sancti Floriani in Klepaz praepositi sincere nobis dilecti. Relatio eiusdem reverendi Joannis Przerembski regni Poloniae vice.

cancellarii, Decani et canonici Cracoviensis, Gnesnensis Vilnensis ac sancti Floriani in Kleparz praepositi. Quam quidem privilegii confirmationem prout in actis metricae regni reperitur nos fideliter describi et parti postulanti authenticae extradi permisimus. In quarum fidem praesens sigillum est appensum. Actum et Datum Varsaviae feria sexta post festum sancti Martini episcopi et confessoris proxima, anno Domini millesimo septingentesimo vigesimo secundo, regni vero nostri vigesimo sexto. Joannes Szembek supremus Domini cancellarius, Andreas Franciscus Crechowski sacrae regiae majestatis secretarius. Locus sigilli majoris cancellariae regni. Cuius quidem fundationis seu erectionis idem offerens originale illico ab officio praesenti recepit et de recepto officium praesens quietavit.

1387 - die 15. mensis Octobris, Visliciae.

Vendicio Nagnoyow per Derskopem, in personam Johannis de Lganowo facta.

Nos Pelka iudex et Brandotha subiudex Sandomirienses presentibus quibus expedit universis declaramus, quod nobilis vir dominus Densco (sic) heres de Tumsco, veniens ad nostram presenciam fassus est vendidisse totam suam hereditatem dictam Nagnoyow cum omnibus fructibus, cum agris, pratis, silvis, mericis rubetis, mellificiis, cum molendino thabernis et cum omni iure et dominio nichil pro se remanendo nobili viro domino Johanni heredi de Lganow et suis successoribus pro tricentis marcis grossorum pragensium in perpetuum* possidere. In cuius rei testimonium presentibus, nostra sigilla sunt appensa. Datum Vislicie feria tercia ante sanctum Gallum. Anno domini millesimo tricentesimo octuagesimo septimo. Presentibus hiis nobilibus

*) dwa razy

Bronissio et Jurcone de Byechow,
Thomcone et Marcissio de Kansi,
Petro et Leonardo de Woyeczka
heredibus.

Kopia z kodeksu Koprz. p. 92

1388. die 28. m. Februarii, Petricoviae.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Wladislaus Dei gracia rex Polonie Lithwanieque princeps supremus et heres Russie etc. Notificamus universis, quibus expedit, harum noticiam habituris, quod ad nostre maiestatis venientes presenciam nobiles Wyslaus et Petrus de Mislowicze, nobis cum omni precum instancia supplicarunt, quatenus literam serenissimi principis, domine Hedwigis regine Polonie, consortis nostre carissime, ratificare de innata nobis clemencia dignaremur. Cuius quidem litere tenor de verbo ad verbum dinoscitur fore talis:

Nos itaque predictorum Vislai et Petri iustis peticionibus inclinati, eandem literam iuxta ipsius continenciam confirmamus, ratificamus et omnimode approbamus. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Actum in Piotrcow feria sexta post dominicam Reminiscere, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo octavo. Presentibus hijs: Iohanne de Tarnow Sandomiriensi, Spitkone Cracouiensi, Sandiwogio Kalisiensi, Swantopelk Siradiensi, Iohanne Linganza Lanciciensi, Barthossio Posnaniensi palatinis et alijs pluribus fidelibus fidedignis. Datum per manus honorabilis Zaclicze prepositi Sandomiriensis, aule nostre cancellarij.

Teka Naruszewicza N. 9 fol. 52 z oryginału przechowanego w archiwum toruńskiem.

Transumowany dokument królowej Jadwigi nosi datę Cracouie feria 2a post festum Concepcionis s. Marie virg. 1386.

1388, die 7. mensis Maii, in Koprzywnica.

Commenda ℞ Rozusschin et Sulyechow cuidam nobili. ๛ satis inconsulte

Nos Gnevossius de Dalowicz heres omnibus et singulis quibus expedit universis recognoscimus per presentes, villas in districtu Lublinensi sitas videlicet Bistrzicza, Rozischin et Suleczechow ad monasterii de Coprzywnicia pertinentes iure hereditario ab antiquo ab eisdem dominis scilicet abbate et suo conventu nobis ad tempora vite nostre concessas suscepisse cum omni dominio, iure et utilitate ac fructu possidendas. Et quia dicte ville protunc in magna sui parte fuerunt deserte, promittimus ideo deo auxiliante quantum melius potuerimus eosdem locare, meliorare ob anime nostre salutem et augere. Volumus eciam quod cum domino placuerit cursum vite nostre terminaverimus omnia bona mobilia et immobilia que in eisdem villis per nos derelicta fuerint non alibi quam ad dictum monasterium Coprzywniciense cum eisdem villis devolvi. Et quia dicte ville in suis limitibus adhuc non fuerunt distincte promittimus duntaxat dicti monasterii ipsas in graniciis suis limitare. Volumus eciam dictos dominos

si ipsos contingerit medio tempore predictas villas velle alicui propter uberiorem utilitatem sui domus vendere aut permutare in aliquo impedire et hec omnia rata et grata promittimus bona fide. Datum in dicto monasterio septima die mensis maii. Anno domini millesimo tricentesimo octuagesimo octavo. Presentibus strennuo viro Nicolao de Bogoria nec non Paulo de Skothnik, Ottone de Swinari heredibus et Laurencio plebano de Szamborzecz et aliis pluribus fidedignis, sigillo nostro manu propria ad presencia appenso.

Kopia z kodeksu Koprz. p. 125–126.

1388, die 14. mensis Maii, ~~in Opatowo~~ Cracoviae;

*)

In nomine Domini Amen.

Rerum gestarum memoriam hactenus stabilitam oblivio de facili non detergit. Ideo nos Vladislaus Dei gratia rex Polonie, Lithwanie princeps supremus et heres Russie &c.

Significamus tenore presentium, quibus expedit universis. Quod cupientes utilitates regni nostri ampliare locaque deserta plenitudine hominum collocare, fideli nostro Philippo Clementi damus et conferimus plenam et omnimodam facultatem villam Olszowka nominandam, in qua sexaginta mansi franconici debent contineri, iure magdeburgensi in silvis nemoribus et locis desertis collocandi, quorum mansorum unam pro ecclesia duos pro sculteto nec non molendinum et tabernam liberam una cum sexto denario de censibus et tertio denario de qualibet re iudicata ut promittitur pro sculteto damus, conferimus perpetuaque ac irrevocabili donatione largimur liberaliter ac donamus. Quam quidem sculteciam predicto Philippo eiusque successoribus legitimis ratione ville collocationis nominate damus, conferimus et donamus, per ipsum Philippum et eius successores legitimos tenendam, habendam utifruendam, vendendam, donandam, commutandam et pro suis usibus convertendam ac perpetuis temporibus possidendam. Hoc adiecto, quod idem scultetus et sui successores legitimi nobis ad quamlibet expeditionem cum una balista in equo bene valenti libertate expirata sit astrictus deservire. Et ut predicta villa in collocatione hominum faciliora suscipiat incrementa, omnibus incolis ipsam inhabitare volentibus damus omnimodam libertatem ipsosque ab omnibus

---

*) Podał do oblaty w r. 1704 X. Wojciech Jodłowski DOS Kanonik przy Kollegiacie WW SS[tu] w Krakowie imieniem brata swego X. Stanisława Jodłowskiego, OPD w Wyszaniach i Olszówce parocha.
Olszowka dziś w powiecie limanowskim.

bus solutionibus, censibus, exactionibus, contributionibus, quibuscumque nominibus censeantur absolvimus et omnino de liberamus ad viginti annorum dumtaxat decursum a data praesentium continue computando. Qua quidem libertate elapsa de quolibet manso predicti incolae ad festum sancti Martini quolibet anno pro censu et decima tantum quantum in novo foro in laneis collocati solvunt, nobis solvere tenebuntur. Demum predictae villae Olszowka conditionem volentes facere meliorem predictam villam Olszowka, prout in suis metis, graniciis et gradibus ab antiquo circumferentialiter longe lateque est distincta, de iure polonico in ius theutonicum, quod magdeburgense dicitur, transferimus perpetuo duraturum. Removentes omnia iura polonicalia ibidem, modos et consuetudines universas, quae ipsum ius theutonicum plerumque perturbare consueverunt.

Eximimus insuper, absolvimus et perpetuo liberamus scultetum, cmethones, hortulanos, tabernatores, molendinatores et quosvis incolas predictae Olszowka ab omni iurisdictione et potestate omnium regni nostri palatinorum, castellanorum, iudicum subiudicum caeterorumque officialium, et ministerialium eorundem, ut coram ipsis aut aliquo eorum pro causis tam parvis quam magnis, puta, furti, sanguinis, homicidii incendii, membrorum mutilationis ac quibuscumque aliis citati minime respondebunt nec aliquas poenas solvere tenebuntur, sed tantum cmethones et incolae predictae villae Olszówka coram suo sculteto, qui pro tempore fuerit, scultetus vero coram nobis aut nostro iudicio generali, dum ipse scultetus in reddenda iustitia negligens fuerit, dum tamen per literam nostram sigillo nostro sigillatam evocatus fuerit, tunc non aliter quam a iure suo theutonico predicto cuilibet ad obiecta respondere sit astrictus. In causis vero criminalibus

et

et capitalibus superius ~~expressatis~~ [positis] seu uleto memorata villæ iudicandi, sentendiandi, corrigendi et puniendi damus ac conferimus iuxta terræ consuetudinem plenam et omnimodam facultatem, prout hoc ius theutonicum magdeburgense in omnibus suis punctis, clausulis et conditionibus postulat et requirit. Iuribus tamen nostris regalibus in omnibus semper salvis. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum.
Actum Cracoviæ in octava ascensionis Domini anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo octavo (14° Maja 1388) Præsentibus generosis, strenuis viris Dobeslao castellano cracoviensi, Ioanne sandomiriensi, Spitcone cracoviensi, Sandziwogio calisiensi, Ioanne lanciciensi palatinis; Spytcone succamerario cracoviensi et aliis multis nostris fidelibus fide dignis. Datum per manus honorabilis domini felicis præpositi sandomiriensis, nostræ aulæ cancellarii fidelis nostri dilecti.

O.131 p 699 et 708.—

Niniejszy przywilej potwierdzili w całej osnowie Zygmunt August w Krakowie we Czwartek post festum (7° Września) 1553, Zygmunt III w Krakowie d. 11° Grudnia 1604 i August II w Krakowie 3° Października 1697 i 24 Lutego 1704.


Ibid. p 697—721.—

243

1388. [15.V]

Nos Pelka iudex et Frandolha subiudex Sandomirienses, vniuersis, quibus expedit, protestamur, quod accedens ad nostram nostrorumque assessorum presenciam nobilis vir Stanislaus heres de Dmosicz, fassus est ac publice recognouit, promittens, quod quomodocumque Rzethna sua filiastra vel aliquis impediret porcionem hereditatis in Tezow, quam vendidit domino Jacobo procuratori Vatnouiensi, ipsum dominum Jacobum et successores ipsius procuratores Vatnouienses exinde, quodcumque dampnum paterentur, hoc dampnum superius commemorati Stanislai fieri debet. In cuius rei testimonium nostra sigilla huic litere sunt appensa. Datum in Opathow feria sexta proxima post festum s. Stanislai, anno Domini M ccc L XXXVIII. Presentibus hys nobilibus: Mscislao de Coszinia castellano Gedanensi, Rutbone de Biradz, Stagniewo de Snieczaty, Iohanne Mayabuga de Janowice, Nicolao de Schetnik, Przeduogio de Ilow et alys quam plurimis fidedignis.

Teka Naruszewicza N. 9 fol. 54 z archiwum klasztoru Tyniec(?) kiego.



1388. die 19. mensis Novembris, Cracoviae. 1388. 244

Zrzanczin Mechnowka Kopythowa Stanowyszcze, Lubno et Laszcze empcio.

Nos Hedwigis dei gracia regina Polonie etc. Significamus quibus expedit tenore presencium universis Quod accedens ad nostre celsitudinis presenciam nobilis vir dominus Pasco de Bogoria fidelis noster dilectus non coactus nec compulsus sed ex bona animi sui voluntate cupiensque remedium et salutem anime sue ac ipsius predecessorum gliscensque et optans ut conventus monasterii Coprzywnicensis eo fervencius pro ipso ac predecessoribus eius deum exoraret villas infrascriptas ~~videlicet~~ in districtu nostro Beczensi situatas videlicet Zrenczyn, Mechnowka, Kopithowa, Stanowissche mediamque partem Lubne et mediam partem ville Lassczе cum omnibus eorum attinenciis, ac in Sranczyn iure patronatus, nec non aliis omnibus utilitatibus et proventibus agris, pratis, pascuis, silvis, rubetis, molendinis, aquis aquarum decursibus, censibus, fructibus et aliis emolimentis quibuscumque in graniciebus ipsorum coniacentibus et ad villas prefatas spectantibus pro octingentis marcis

grossorum pragensium numeri et pagamenti polonicalis pecu-
nia in parata se asseruit et fassus est religioso viro abbati et
conventui Coprzyvniciensi perpetue tenendas, regendas et ad usus
ipsorum convertendas vendidisse, promittens nihilominus idem
dominus Pasco quod fratres et sorores ipsius presentes et fu-
turis (sic) ipsum dominum abbatem et conventum in villis
pretactis de cetero non impedient nec molestabunt. In
cuius rei testimonium presentes nostre celsitudinis x) litteras
scribi fecimus sigilli nostri appensione roborari. Datum
et actum Cracovie in die sancte Elizabethi. Anno nativitatis
domini millesimo trecentesimo octuagesimo octavo. Presentibus
nobilibus viris dominis: Sandziuogio pallatino Kalisiensi
et capitaneo Cracoviensi; Nauogio de Lankawa, magistris
curie et thezaurario nostro: Wodimirio castellano de
Brzesk, Zauissio de Olesnicia, Jacussio de Botuzyn ma-
gistro coquine celsitudinis nostre, et Wostiborio dicto Ja-
strzabyecz de Grabowa testibus ad premissa fidedignis

x) od presentes drugi raz przez onytkę pisarz porto, przyt. zdanie

pow. krośnieński

Kopia z kodeksu Koprz. p. 153-154.

Kopytówka z Łubnem i Stanowiskami + Zręcin
Zręcin + pow. krośnieński.
Łajsce, jasielski + Łubieńko.
Machnówka, krośnieński + Zręcin.

1388. [19. XI.]

Nos Hedwigis Dei gracia regina Polonie etc. Significamus, quibus expedit, tenore presencium, vniuersis, quod accedens ad nostre celsitudinis presenciam nobilis vir dominus Pasko heres de Bogoria, fidelis noster dilectus, non coactus, nec compulsus, sed ex bona animi sui voluntate, cupiensque remedium et salutem anime sue ac ipsius predecessorum, gliscensque et optans, vt conuentus monasterij Coprzywnicensis eo feruencius pro ipso ac predecessoribus eius deum exoraret, villas infrascriptas in districtu nostro Byecensi situatas, videlicet Zrenczin, Mechnowka, Kopitowa, Stanowiscze, mediamque partem Lubne et mediam partem ville Lassze, cum omnibus eorum attinencijs, ac in Zrenczin iure patronatus, necnon alijs omnibus vtilitatibus et prouentibus, agris, pratis, pascuis, siluis, rubetis, molendinis, aquis, aquarum decursibus, censibus, fructibus et alijs emolimentis quibuscumque in granicijs ipsorum coniacentibus et ad villas prefatas spectantibus, pro octuagentis marcis grossorum Pragensium, numeri et pagamenti Polonicalis, pecunia in parata se asseruit et passus est religioso viro .. abbati et conuentui monasterij Coprzywnicensis perpetue tenendas, regendas et ad vsus ipsorum conuertendas, vendidisse: promittens nihilominus idem dominus Pasko, quod fratres et sorores ipsius presentes et futuri ipsum abbatem et conuentum in villis prefactis de cetero non impedient nec molestabunt. In cuius rei testimonium presentes nostre celsitudinis literas scribi fecimus et sigilli nostri appensione roborari. Datum et actum Cracouie in die sancte Elizabeth, anno Natiuitatis Domini millesimo trecentesimo octuagesimo octauo. Presentibus nobilibus viris: domino Sandziwogio palatino Kalisiensi et capitaneo Cracouiensi, Nawogio de Lanklawa magistro curie et thesaurario nostro, Wlodimirio castellano de Brzyesk,

:/.

Zauissio de Olesnicia, Jacussio de Bobuczin magistro coquine celsitudinis nostre, Wostiborio dicto Yastrabecz de Grabowa, testibus ad premissa fidedignis.

Dokument pargaminowy. Po pieczęci pozostały tylko dziurki, któremi sznurek był przeciągnięty.

12. 1388. die 27. mensis Decembris, Radomiae.

Nos Pelca Iudex et Prandotha Subiudex terre Sandomiriensis generales, Vniuersis, quibus expedit, publice profitendo declaramus, Quod accedens ad nostram nostrorumque assessorum presenciam Nobilis vir dominus Iohannes heres de Liszow, non compulsus nec coactus sed de bona et libera ipsius voluntate amicorumque consilio prehabito Aduocaciam in Scarzeszow quidcumque habuit, sitam in districtu Radomiensi, prout eadem aduocacia longe lateque circumferencialiter existit distincta et limitata, Reuerendissimo in christo patri domino, domino Stanislao preposito et suo toto conuentui Mechouiensi, Ordinis sancti Augustini sibi et suis successoribus pro Sexaginta Marcis grossorum Pragensium numeri Polonicalis, XL^ta octo grossos ad marcam computando, vendidit, tradidit et perpetue resignauit cum omnibus censibus, fructibus ac vniuersis et singulis prouentibus (ad) eandem Aduocaciam pertinentibus, videlicet Agris, pratis, Borris, siluis, Mericis, pascuis, Mellificijs, Molendinis, Piscinis, Aquis et aquarum decursibus, necnon cum omni iure et dominio, prout solus habuit et tenuit, nichil pro se uel pro suis successoribus reseruando, Tandem (s) aduocaciam in Scarzessow per dominum (s) dominum Stanislaum prepositum et suum conuentum tenendam, habendam, possidendam, vendendam ac pro sua et successorum suorum voluntate temporibus perpetuis commutandam. quam empcionem et vendicionem litera presenti ratam et gratam habentes, imperpetuum confirmamus. Promittens idem Iohannes a data presencium infra tres annos pro iamdicta Aduocacia contra quamlibet personam in districtu Radomiensi predictum dominum prepositum ac suum conuentum pro omni dampno et impedimento releuare. In cuius rei testimonium sigilla nostra huic litere sunt appenssa. Datum in Radom feria tercia proxima post diem beati Thome apostoli, Anno domini M^o CCC^o LXXX° octauo. Presentibus hijs Nobilibus: Nicolao de Gostczisszowicze, Mirzonone de Velagora, Michaele de Czanthoczicz dominis et heredibus, Andrea de Couale, Velislao de Crzonowicze Camerario Domini Iudicis, Stanislao de Dambrowca Camerario domini Subiudicis et alijs quam pluribus fidedignis ad premissa vocatis et specialiter requisitis.

Oryginał pargaminowy. Po dwóch pieczęciach pozostały tylko paski pargaminowe.

Własność p. Potkańskiego.

1389, die 22. mensis Februarii, Cracoviae.

In nomine Domini Amen.

Wladislaus Dei gratia rex Poloniae Lithvaniaeque princeps supremus et heres Russiae &c Ad perpetuam rei memoriam. Significamus tenore praesentium tam praesentibus quam futuris quibus expedit universis. Quia cupientes regni nostri proventus facere ampliores villaeque nostrae Klukoczowa**) conditionem facere meliorem, ut in collocatione hominum foelicia susci=piat incrementa consideratisque fidelibus obsequiis, quae no=bis Henricus de Klukoczowa exhibuit et in futurum po=tuerit praestantius exhibere, horum intuitu praefato Henrico sculteciam in villa praedicta Klukoczowa eiusque heredi=bus et successoribus legitimis damus, conferimus perpetuaque donatione et irrevocabili concedimus et donamus. Cui ra=tione eiusdem scultetiae tabernam, quatuor laneos nec non molen=dinum bankowe pro sutoribus et aliud pro carnificibus, sextum denarium de censibus et tertium de qualibet re iudicata adiungimus sibique in eadem villa Klukoczowa sexaginta laneos seu mansos collocandi mensurandique facultatem conferimus tenore praesentium mediante, omnibusque incolis et kmethonibus silvas extirpare volentibus ad undecem annorum decursum a data praesentium continue computando damus omni=modam libertatem, qua libertate expirata de laneo quolibet octo scotos ratione census per kmethones nobis totaliter solvi debent, de quibus eidem Henrico sculteto et eius successori=bus

*) Podał do oblaty w r 1578 szl. Franciszek Klikowski —

**) Klikuszowa wieś w powiecie nowotarskim, własność hipoteczna Eugenii Stadnickiej ~

tur sextus denarius, ut premissum est, pertinebit, isto etiam non obmisso quod idem scultetus et eius successores nobis ratione servitii pro qualibet expeditione per nos facienda mediam marcam polonicalis numeri solvere sit astrictus.

Volumus etiam, ut eadem villa Klukowowa iure theutonico maydeburgensi perfruatur. Cuius cmethones et incolas ab omni iurisdictione et potestate omnium regni palatinorum, capitaneorum, iudicum, subiudicum ceterorumque officialium et ministerialium eorundem pro causis tam magnis quam parvis respondere minime sint astricti nec aliquas penas solvere tenebuntur. Removentes ibidem omnia iura polonicalia, motos, et consuetudines universas que ipsum ius theutonicum plerumque perturbare consueverunt. In omnibus autem causis idem scultetus et eius successores cmetones et incolas ville predicte Klukowowa iure predicto theutonico maydeburgensi iudicabunt. Prefatus autem scultetus non coram alio nisi coram nobis aut nostro iudicio generali, dum per nostram literam nostro sigillo sigillatam evocatus fuerit, tenebitur respondere. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum.

Actum Cracovie ipso die beati Petri ad cathedram anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo nono. (22a Lutego 1389) Presentibus his strenuis viris Ioanne Sendumiriensi, Spitcone cracoviensi, Joanne lanciciensi palatinis, Spitcone succamerario, Drogomiro iudice et Przeclao*) subiudice cracoviensibus multisque aliis nostris fidelibus fide dignis. Datum per manus honorabilis viri domini Zaklicze prepositi sandomiriensis, cancellarii aule nostre.

O 5e p 1817

*) W innych aktach jak np. w ks. I pr. oryg. maydeb. str 124 piszą tego podsędka Kreslaw (Creslaus, Kreslaus).

248

Potwierdzili ten przywilej Zygmunt August na sejmie warszawskim w czwartek przed niedzielą Rogationum (8° Maja) 1572 i Stefan Batory we Lwowie d 24° Lipca 1578

Ibid

249

cvl

14. 1389. (d. ~~18 Januarij~~ 22. Februarij)

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Wladislaus dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuiauie, Litwanie Princeps supremus, Pomoranie (sic) Russieque dominus et heres. Significamus, tam presentibus quam futuris, presenciam notociam habituris, quibus expedit vniuersis: Quod oblata fidelium nostrorum Ciuium Sandecensium nostre celsitudini peticio continebat, quatenus deinnata (sic) nobis clemencia litteram nostram sigillo nostro minori signatam ratificare, innouare, approbare et confirmare benigniter dignaremur, cuius tenor sequitur inhec verba:
„In nomine domini amen. Wladislaus dei gracia Rex Polonie etc."

(Obacz to nadanie z oryginału ofsno tu podane z r. 1387 z d. 24 Sierp.)

Nos itaque ipsorum iustis peticionibus acclinati, predictam nostram litteram inomnibus ipsius punctis, clausulis, articulis, et sentencijs approbamus, ratificamus, confirmamus et laudamus, volentes et decernentes eandem nostram litteram presentibus insertam, habere et obtinere perpetui roboris firmitatem. Actum Cracouie ipso die kathedre Beati petri apostoli, Anno domini Millesimo ~~Tr~~ Trecenthesimo Octuagesimo Nono, presentibus Spithkone Cracouiensi, Johanne de Tharnow Sandomiriensi, Johanne Liganza Lanciciensi Palatinis, Drogossio Judice, Krzeslao Subjudice, Spithkone Subcamerario Cracouiensi, et alijs pluribus fidedignis. Datum per manus honorabilis Zaklicze prepositi Sandomiriensis Aule nostre Cancellarij fidelis dilecti.

Z oryginału pergaminowego do Magistrat. Sądeck należącego. Pieczęć oderwana pozostał tylko sznurek jedwabny zielono-czerwony.

1389. 250

Obl. Crac. 120 pag. 2341.

die 30. mensis Augusti in Žarnowiec.

In nomine Domini Amen. ~~W~~ Vladislaus, Dei gratia rex Polonie, Lithwanieque princeps supremus et heres Russie etc. ad perpetuam rei memoriam significamus tam presentibus quam futuris, quibus expedit, universis presentium notitiam habituris quia ad nostre Majestatis presentiam veniens generosus de Hoff, vir fidelis, civis Žarno~~w~~vecensis et scultetus de Chlina tentis privilegijs omni prorsus vitio ac suspitione carentibus et alijs probationibus sufficientibus, et idonee docuit, ostendit et probavit evidenter coram nobis, quod dicta scultetia in Chlina ad ipsum pertinuit et spectavit, pertinet atque spectat, cum duobus mansis agrorum liberis ita tamen, ut predicti agri, qui ipse scultetie adjacere videntur, pro uno manso agrorum computentur, alium vero mansum prope villam, que Sedlec nuncupatur, ex apposito scultetie situm ad eundem spectare dignoscitur cum uno molendino, piscina et una taberna, uno macello carnium uno Banco panni, uno banco sutorum, sexto denario vel

3

sexta marca consueta, sexta mensura
avene, que avena semel in anno dari
et solui per homines ville jam dicte
debet et debetur et tertio denario judicia-
li et cuilibet rei judicate. Nos itaque
visa tam efficaci et sufficienti probatio-
ne et demonstratione Petri memorati
eundem circa scultetiam in Chlina et
ipsius heredes ac successores legitimos
ac circa jura et pertinentias ipsius,
prout superius est expressum volumus
gratiosius conservare et conservamus
tenore presentium mediante nosque
successores dantes et concedentes eidem
Petro, heredibus et possessoribus suis le-
gitimis sepedictam scultetiam in Chli-
na tenendi, habendi, utifruendi, ven-
dendi, obligandi, commutandi donandi
et perpetuo possidendi, ac in usus ipso-
rum voluntate convertendi plenariam
et omnimodam potestatem constitu-
entes prefatum Petrum scultetum in Chlina, here-
des et successores dicte sue scultetie in
Chlina verum dominum et perpe-
tuum heredem decernentes, etiam quod
scultetus ejusdem scultetie in Chlina, qui
pro tempore fuerit, cum una hasta

in equo competente et apparatibus ac armis bellicis decentibus ad quamlibet expeditionem servire efficaciter teneatur. Harum, quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Datum in Żarnowiec ipso die sanctorum Martyrum Felicis et Aucti anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo nono presentibus his: Preslao, Sandomiriensi castellano, Dobeschio, judice Cracoviensi, Derslao, Cracoviensi, Jaenschio, Sandomiriensi dapifero, Zbiscone, venatore Cracoviensi, Jaenschio vexillifero de Medrnica et aliis multis nostris fidelibus fide dignis. Datum per manus honorabilis Zacharie prepositi Sandomiriensis, aule nostre cancellarii fidelis dilecti.-

1390. die 26. m. Decembris, Opatoviae. 1390 252

23.

Confirmacio privilegii precedentis (vide sub №)

In nomine domini Amen. Wladislaus dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyauie, Lythwanie princeps supremus ~~et heres~~ Pomaranie Russieque dominus et heres. Ad perpetuam rei memoriam cunctorum quibus expedit noticie commendamus ~~tis~~. Quod ad nostram baronumque nostrorum veniens presenciam venerabilis abbas *) monasterii Coprzywniciensis devotus noster dilectus litteram Serenissime principis domine Hedwigis regine conthoralis nostre dilectissime sigillo ipsius pendenti sigillatam non rasam neque cancellatam ac omni prorsus suspicionis vicio carentem coram nobis exhibuit attencius supplicando, quatenus eandem litteram de innata nostre maiestati clemencia confirmare, ratificare, innovare et approbare dignaremus *). Cuius littere tenor per omnia continuo sequitur in hec verba: Nos Hedwigis dei gracia [etc] prout supra inmediate scriptum est

1388. (vide sub №) Nos igitur iustis supplicacionibus ipsius abbatis graciosius acclinati volentes eum

*) na boku wsp. ręką Conradus

*) dignare

specialis gracie prosequi favoribus supradictam litteram in
omnibus punctis suis, condicionibus, sentenciis, articulis
et clausulis ratam habentes et gratam ipsam in eisdem suis
omnibus punctis condicionibus, clausulis, articulis et senten„
ciis *) de nostre celsitudinis plenitudine graciosa confirmamus
ratificamus innovamus et approbamus Decernentes sepefa„
tam litteram in predictis omnibus punctis suis condicio„
nibus, clausulis articulis et sentenciis *) robur obtinere perpe„
tue firmitatis Constituentesque supradictum abbatem monasterii
Copirzywniciensis sepefati predictarum villarum Zrzanczin, Mech„
nowka, Copythowka et Stanisczе ac medio partis hereditatis
Lubne et medie partis ville Lassoze verum et legittimum heredem
et dominum ac perpetuum possessorem, Harum nostrarum quas
appensione maioris sigilli nostri communiri fecimus testimonio
litterarum. Actum in Oppathow feria secunda infra octavas na„
tivitatis domini. Anno eiusdem millesimo trecentesimo nonage„
simo. Presentibus: Jascone de Gozlicze castellano Wizliciensi
Drogossio iudice Cracoviensi; Vincencio de Granow castellano
Naklensi, Spithcone suppincerna, Peregrino succamerario
Sandomiriensi et Dimittrio vicethezaurario et marsalco
regni nostri Polonie et aliis multis nostris fidedignis.

Datum per manus venerabilis Zaclice prepositi Sando„
miriensis aule nostre cancellarii fidelis dilecti.

ustęp objęty znakami: *) *) przez kopistę opuszczony i u dołu na marginesie jegoż ręką później dopisany.

Kopia z kodeksu Koprz. p. 154–155.

1391. b. d.

Thuczman molendinum pro monasterio incorporacio

Nos Pelka iudex et Crandotha subiudex Sandomirienses presentibus quibus expedit declaramus universis quod nobilis vir dominus Pasco heres de Scotnik veniens ad nostram presenciam fassus est vendidisse et commutasse unum molendinum dictum Tuczman situm in fluvio dicto Koprzywnicza cum omnibus pertinenciis adiacenciis videlicet cum agris, pratis, silvis, rubetis, borris et cum omni iure et dominio prope monasterium fluvii prout solus tenuit viris religiosis dominis Kunconi abbati totique conventui monasterii Koprzywniciensis pro quinquaginta marcis grossis (sic) latorum pragensium pro uno arvo dicto Niwa et pro prato coniacenti sitis in Scothnik prope curiam in Skothnik dictum pratum ad arvum Samsowka perpetuis temporibus possidere. In cuius rei testimonium presentibus nostra sigilla sunt appensa. Datum in Novacivitate iuxta maiestatem Serenissimi principis domini Wladislai regis Polonie. Anno

domini M°CCC°LXXXX° primo. Presentibus his nobilibus Wlostiborio de Grabova Petro de Baranow, Nicolao de Strzelecz, Woythcone de Wamborcow, Sassino de Nyedrwicza Johanne de Janowicz heredibus.

(Kopia z kodeksu Koprz. p. 172/2 - 173.

1396 [1.II.]

Anno domini M^mo CCC^mo XCVI^to Iudicium Ban-
nitum extitit per nos starconem dictum Swenczig
advocatum provincialem et scabinos Petrum cirleri,
waltherum sartorem, iohannem clare, Winclerum lani-
ficem, mathiam pastorem, paulum longum, Bartho-
lomeum arcuficem nove sandecz, In quod venientes ni-
colaus gerungi filius petri gerungi et mater iohannis
hillebrandi et per Tutorem eius petrum mornstein
dominis consulibus totique communitati sandecensi
medium macellum apud ipsos pro X marcis emp-
tum omni Iure, quo ipsi possiderunt hucusque, re-
signaverunt. Pro eo nostri scabinatus sigillum pre-
sentibus in testimonium duximus appendendum. da-
tum IIII feria ante festum purificacionis Beate ma-
rie virginis gloriose.

1) Dokument pargaminowy przechowany w archi-
wum miasta Nowego Sącza. Pieczęć oderwana, znać
tylko nacięcie, którędy niegdyś pasek pargaminowy
był przeciągnięty.

1403, d. 29 lipca w Krakowie.
1402.

Nos Mczyslaus paciencia diuina abbas Monasterij Tiniciensis ordinis sancti Benedicti Cracouiensis dyocesis, Iudex ad infrascripta a sede apostolica specialiter deputatus, Notum facimus quibus expedit vniuersis, presencium noticiam habituris, Et hoc transsumptum et publicum Instrumentum inspecturis, Quod discretus vir Magister Martinus Quadrath procurator nomine procuratorio Honorabilium ac Religiosorum Stognei prepositi, Victorie priorisse, Budislaue Custodis, Formose Cantoris, Margarethe, Sororum tociusque Conuentus Monialium Monasterij Swerinciensis, ordinis premonstratensis dicte Cracouiensis dyocesis, de cuius mandato nobis et notario publico infrascripto extitit facta plena fides, Coram nobis et eodem notario ac testibus subscriptis literas Comissionis Sanctissimi in christo patris et domini nostri domini Bonifacij pape noni moderni, eius vera bulla plumbea in Cordula canapi dependenti more Curie Romane bullatas, sanas et integras, omni prorsus vicio et suspicione carentes, exhibuit, produxit et presentauit. Quarum tenor est talis:

Bonifacius Episcopus seruus seruorum dei, Dilecto filio Abbati Monasterij Thinicensis, Cracouiensis diocesis, Salutem et apostolicam benediccionem. Ad audienciam nostram peruenit, quod tam dilectus filius Prepositus et dilecte in christo filie Priorissa et Conuentus Monasterij in Swerincia premonstratensis ordinis, per prepositum et priorissam soliti gubernari Cracouiensis diocesis, quam prepositi dicti Monasterij qui fuerunt pro tempore, et ille, que in dicto Monasterio precesserint easdem, decimas, redditus, census, terras, vineas, possessiones, domos, piscinas, castra, casalia, prata, pascua, grangias, nemora, molendina, iura, iurisdiciones et quedam alia bona ad dictum Monasterium spectancia, datis super hoc literis, confectis exinde publicis instrumentis, interpositis iuramentis (?) factis renunciacionibus et penis adiectis in grauem ipsius Monasterij lesionem nonnullis clericis et laicis aliquibus eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus et alijs perpetuo ad firmam (?) vel sub censu annuo concesserunt, quorum aliqui dicuntur super hijs confirmacionibus literas in communi forma a sede apostolica impetrasse. Quia vero nostra interest super hoc de oportuno remedio prouidere, discrecioni tue per apostolica dicta scrip-

ta mandamus, Quatenus ea, que de bonis ipsius Monasterij per concessiones huiusmodi alienata inueneris (s) illicite uel distracta, non obstantibus litteris instrumentis, iuramentis, renunciacionibus, penis et confirmacionibus ante dictis, ad Ius et proprietatem eiusdem Monasterij legitime reuocare procures, Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellacione postposita compescendo. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gracia, odio uel timore subtraxerint, censura simili appellacione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum Rome apud Sanctum Petrum IIII° nonas Decembris, pontificatus nostri Anno XI.

Et exinde predictus Martinus Quadrad procurator nomine procuratorio quo supra produxit quinque priuilegia seu literas tenorum infradescriptorum allegans, ne casu et euentu aliquibus accideret corrumpi, violari aut consumi uel deperdi eadem priuilegia et literas et ex hoc ne Monasterium predictum graue dampnum in bonis suis paciatur et lites nouas inter consules, Ciues et communitatem Ciuitatis Cracouiensis exoriri et emergi ac euenire quoquomodo inposterum contingat, Et ut parti utrique tam consulum, Ciuium et communitati Ciuitatis predicte, quam preposito, Priorisse, Sororibus et Conuentui priuilegiorum et literarum predictarum remaneat memoria et certum documentum, petiuit per nos tamquam per Iudicem apostolicum vigore literarum Commissionis apostolicarum predictarum et auctoritate apostolica literas priuilegia supradicta per nos decerni, in publicam formam transsumpmi debere cum apposicione auctoritatis apostolice, qua fungimur in hac parte, et decreti, Et quod huiusmodi nostris transsumpto et publico Instrumento per amplius plena fides adhibeatur, eidemque stetur in Iudicijs et extra, tamquam priuilegia predicta originalia apparerent. Quorum quidem priuilegiorum scilicet primi, quod erat super locacione Scultecie super siluam de Chranstowicze alias Chmelow per gades Golocenses usque de dwe Czewky, Iastrzanbe droky estendemse per metas et viam magnam, qua itur in Ilcus, nunc vero temporis vocatam alijs nominibus, videlicet Sculteciae de Troxa et de Braczeowka villarum in Silua predicta de nouo erectarum (s). Cuius quidem priuilegij tenor de uerbo ad uerbum erat talis:

(Tu następuje dokument wydany przez Mikołaja proboszcza, Stredky przeoryszę i konwent zwierzyniecki in Zwerincia V Idus Ianuarii 1327. (Kod. Małop. I N. 172.)

Cui quidem priuilegio duo sigilla scilicet prepositi et conuentus oblonge figure de alba cera intus et extra, primum in

brunatici, secundum in viridi coloris filis sericeis fuerant appensa. Secundi vero priuilegij, quod erat condam super Scoltecia ville Now nunc temporis Kolbark tenor est talis:
(: Tu następuje dokument wydany przez Stanisława proboszcza, Ludmiłę przeorysze i konwent zwierzyniecki in monasterio Swerinciensi XIV kal. Decembris 1356, wraz z opisem pieczęci:)
Tercij vero priuilegij tenor est talis:
(: Tu następuje dokument wydany przez Stogniewa proboszcza, florę przeorysze i konwent zwierzyniecki in monasterio Swerzinicienti sabbato infra octauas Viti et Modesti martirum beatorum r. 1385:) wraz z opisem pieczęci:)
Quarti vero priuilegij seu publici instrumenti publicati manu Nicolai Andree de Wislicia publici Imperiali auctoritate notarij, tenor est talis:
(Tu następuje dokument wydany przez Stogniewa proboszcza, Wiktoryę przeorysze i konwent zwierzyniecki w klasztorze zwierzynieckim r. 1401, d. 13 stycznia, wraz z opisem pieczęci:)
Quinti vero priuilegij seu publici instrumenti publicati manu Nicolai Andree de Wislicia notarij publici supradicti tenor est talis:
(: Tu następuje dokument wydany przez Stogniewa proboszcza, Wiktoryę przeorysze i konwent zwierzyniecki w klasztorze zwierzynieckim r. 1402, d. 18 września, wraz z opisem pieczęci:)
Nos vero volentes mandata apostolica nobis in hac parte directa exequi reuerenter ut tenemur, Quia iusta petentibus non est denegandus assensus, priuilegia quinque supra descripta per notarium publicum infrascriptum in hoc presens transsumptum ac publicum documentum transscribi et transsumpmi auctoritate apostolica nobis in hac parte concessa decreuimus et per notarium publicum infrascriptum publicari, nostramque auctoritatem eidem transsumpto apposuimus apostolicam et apponimus et decretum, quatenus huic transsumpto et publico documento ac instrumento in posterum stetur (s) et plena fides adhibeatur, In iudicijs et extra ac vbique locorum tamquam originalia priuilegia quinque supradescripta cum sigillis puris et integris eorum supradescriptis apparerent. Actum et datum Cracouie in Curia et domo Monasterij nostri et nostre habitacionis Anno domini Millesimo quadringentesimo tercio, Indiccione vndecima, pontificatus prefati domini Bonifacij pape noni Anno decimoquarto, die vicesima nona Mensis Iulij, hora nona vel quasi, presentibus honorabilibus ac religiosis et discretis viris dominis Iohanne Abbate Orlouiensis, Stanislao Martini de Cracouia Monacho Thinicensis Monasteriorum predicti ordinis Sancti Benedicti, Nicolao de Pilszno vicario Ecclesie Cracouiensis notario publico, Przibcone Benedicti de Rosumberk Bethonensis, Clemente

Stephani de Szglobicze Cracouiensis, Swanthoslao Stanislai de Cholow gneznensis diocesium Clericis ac alijs quampluribus fidedignis ad premissa vocatis specialiter et rogatis testibus.

(L. N.) Et ego Nicolaus olim Andree de Wislicia Craco-uiensis diocesis, publicus Imperiali Auctoritate Notarius predictis (?) Commissionis Apostolice quinque priuilegiorum prepositorum, priorissarum, sororum, monialium et conuentus per Martinum procuratorem supra-dictum exhibicioni et presentacioni, proposicioni tenorum, sigillorum, signorum, circumferenciarum appensionum per prelibatum dominum Mstislaum Abbatem conspeccioni, examinacioni, transsumi et transcribi decreto, auctoritatis que et decreti apposicioni eidem per Abbatem et Iudicem an-tedictum ac omnibus et singulis premissis, dum sic ut pre-mittitur agerentur et fierent, vna cum testibus prenotatis presens interfui, eaque sic fieri vidi et audiui, alijsque arduis negocijs occupatus per alium scribi feci propter iu-ris (?) defectum ab illa parte inceptum et in ista parte ac a tergo finitum et completum transumptum presens docu-mentum et publicum instrumentum dictorum quinque pri-uilegiorum confeci et in hanc publicam formam redegi, nil addens vel minuens preter quam forte literam vel sil-labam, quod sensum mutaret vel variaret intellectum, sigil-lo quoque prelibati domini Abbatis et Iudicis sub appenso me hinc subscripsi signo et nomine meis solitis et consue-tis consignaui per procuratorem predictum rogatus et re-quisitus in fidem et testimonium omnium premissorum.

Oryginał pargaminowy. Na sznurku z zielonego i różo-wego jedwabiu wisi pieczęć owalna w czerwonym wyci-śnięta wosku, wyobrażająca na tle kratkowanem postać opata w infule z pastorałem w ~~lewej~~ prawej, dzierżącego ~~prawą~~ lewą ręką tarczę, w której dwa klucze na krzyż i miecz pośrodku. W otoku napis: ✠ S + MSCISLAI + ABBATIS + TIN-CIENSIS + OR + S + BENE.

1410. [16. II.]

Wladislaus dei gracia rex Polonie, Lithwanieque princeps supremus et heres Russie etc. Significamus vniuersis, quibus expedit, presencium noticiam habituris, quod licet regalis dignacionis circumspecta de sue liberalitatis munificencia vniuersorum ex officij debito subditorum quadam generalitate vtilitati dignetur intendere et ea, que grata ipsorum commoda censentur efficere, consideracione graciosa perpendat; ad illorum tamen procuranda vtilitatum commoda quodam singulari fauore diligencius inclinatur, quos intemerate fidei firma constancia et inueterati laboris diuturnitas claris testimonijs recommendant. Sane considerantes clare fidei studia et laboris indefessi sollerciam, quibus consules, ciues et incole ciuitatis nostre Ilcusiensis maiestatem nostram sunt hactenus venerati, habito eciam respectu ad multiplicia fidelitatum fructuosa seruicia, quibus ijdem consules, ciues et incole nostre ciuitatis Ilcusiensis predicte ad instaurandos honores nostros ac ad augendos fructus et redditus camere nostre in montibus tam argenti, quam et plumbi multe diligencie conatibus fidelissime laborarunt, et nunc adhuc adaucto fidelitatis studio prompta sollicitudine ad idipsum continuo non desinunt aspirare: quorum intuitu cupientes prefatos consules, ciues et incolas ipsius nostre ciuitatis Ilcusiensis specialium graciarum prosequi fauoribus, volentesque ex eo condicionem eiusdem ciuitatis facere meliorem, vt sub nostro felici regimine in bonis vtilibus et in multitudine populi felicia recipiat incrementa, prefatis consulibus, ciuibus et incolis predicte ciuitatis nostre Ilcusiensis omnes et singulas daciones, exacciones et soluciones theoloneorum, cameram

— 3 —

nostram concernencium, indulsimus et pepercimus ac de nostre liberalitatis munificencia tenore presencium graciosius indulgemus ad nostre regalis beneplacitum voluntatis. Vobis igitur omnibus et singulis theolonеatoribus, per universum regnum nostrum Polonie vbilibet constitutis, graciose precipientes, nostris damus sumis regalibus in mandatis, quatenus prefatos consules, cives et incolas nostre civitatis Tlcusiensis sepedicte cum rebus ipsorum et mercibus, cuiuscumque generis vel speciei, valoris ac precij fuerint, per loca, passus et spacia, super quibus theoloneum huiusmodi dari consuetum est et exigi, transeuntes, libere et sine quolibet impedimento transire permittatis, dum et quociens idipsum contigerit exerceri; secus in premissis non facientes, prout nostri culminis indignacionem volueritis evitare. Datum in Drzyssow die dominico Reminiscere etc. anno Domini millesimo quadringentesimo decimo, nostre celsitudinis sub sigillo.

Dokument pargaminowy, opatrzony małą pieczęcią królewską z czerwonego wosku, zawieszoną na paśmie z różowego i zielonego jedwabiu (Muzeum XX. Czartoryskich w Krakowie).

1416. [12. II, Kod. Dypl. Małop. nr. 1154]

Nos paulus de Bogumilowice Iudex et Cristinus Michka-
de Nepsczina Subiudex Terre Cracov. generales notum facimus
quibus expedit universis presencium noticiam habituris,
quod in Iudicio nostro terrestri Cracov. coram certis Camerariis
in sedibus nostris, constituti personaliter nobiles viri An-
dreas et Constantinus heredes de Michalowice, sani mentibus
et corporibus existentes, non compulsi nec coacti, sed de bona
eorum voluntate, Omnes et singulas fideiussores quascumque in-
ter se mutuo ~~habuerunt~~ hincinde necnon prout ~~et~~ in
quibuscumque causis habuerunt, penitus liberos totaliter de
fideiussione ipsorum dimiserunt. In cuius rei testimonium
Sigillum presentibus nostrum ~~sub~~ appensum. Actum et
datum in Proszowice feria quarta proxima post diem Ste
Scolastice Anno Dni M.CCCC decimo sexto presentibus nobilibus
his testibus Joanne Jacobo de Plessow Imramo de Gulice
Jaschkone de Wirzbno Joanne et Nicolao de Sarbye
heredibus pluribusque aliis fide dignis.
Dni [illegible]

1343. [18. X. Kod. Dypl. Małop. nr. 217.]

In nomine domini Amen. Quamvis commutaciones Regum,
[illegible] time divorciantur, ne tamen ab integritate sua [illegible]
tuent' solent pro comodis subditorum cum quibus contra-
huntur in scriptorum perhenne dorbiri tutamentum. Pro-
inde nos Kazimirus dei gracia Rex polonie Nec non terrarum
Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie Cuyavie Pomeranieque
dns et heres. Notitie universorum tam presentium
quam futurorum presentibus declaramus. Quod cum propter
ter meliorationem Civitatis nostre Lelow, advocatiam

II

ibidem Wislao fideli nostro vendidissemus pro certa pecunia,
marcha ergo duo cameram unum bancum panis et unum
sutorum libera ab omnibus solutionibus et censu, a Jaszone
de Cuklow dudum recepimus et iunximus Advocatie me-
morate. Item igitur mens quatuor bancis, eius filiis
Nicolao et Martino et eorum fratris tanquam commutative
duos nostros laneos contiguos undique civitati Lelow cum
octo, liberos similiter ab omnibus solutionibus serviciis et exacti-
damus tradimus et conferimus ipsis et eorum heredibus pote-
ri iure hereditario in perpetuum velut soli terminus, te-
nendos, habendos donandos vendendos commutandos pro sua
vel posterorum suorum voluntate convertendos. In horum ergo
omnem evidentiam presentes scribi et nostri sigilli munimine
jussimus roborari. Actum in Lelow die Scti Luce Ewn. Anno
domini Millesimo CCC XL tercio Presentibus hiis nobilibus no-
stris Jacobo Siradiensi Hermanno Lanciciensi Castellanis, Nico-
lao Castellano de Ruda Jaskone Venatore Cracov. Henrico Sub-
camer. Wilczkone Subdapif. Sandomiriensibus et aliis
multis fide dignis. Datum per manus dni Petri prepositi
Sti Floriani et Vicecancellarii Curie nostre.

pieczęć na zielonym sznurku

1367. [Rykaczewski E. Inventarium... s. 199. Regi]

W potwierdzeniu Władysława króla z r. 1418 stoi:

In nomine domini amen. Quod magnifica Regum decrevit aucto-
ritas ratum atq stabile debet perpetuo permanere. Proinde
Nos Kazimirus dei gracia Rex Pol. ac terrarum Cracovie. Sand-
mirie. Syradie. Lancicie. Cuyavie. Pomeranie. Russieque dns et heres
ad noticiam universorum tam presencium quam futurorum volu-
mus devenire. Quod propter fideliss servicia Petri et Stanislai fratrum

germanorum nostrorum fidelium. que nobis in locacione nostre ville
Bozesze vulgariter nuncupate, impenderunt, in districtu Byczen. situa-
te, Ex nunc ipsis et eorum successoribus Scolthetiam in predicta
villa Bzesze nostra racione dicte locacionis jure hereditario
damus conferimus et perpetuis temporibus assignamus, cum potestate
vendendi. comutandi. et quouis titulo alienandi, nostro tamen et
Successorum nostrorum de consensu. Reditus vero infrascriptos ad dictam
Scolthetiam deputamus, videlicet. duos mansos liberos, Thabernam
liberam, molendinum liberum, Mensam panis. Sutorum et Ma-
cellum liberum. Sextum denarium de censibus, et tercium de quali-
bet re judicata, que omnia suprascripta ad eandem Scolthetiam vo-
lumus pertinere. Ceterum predictis fratribus Petro et Stanislao vendi-
dimus pro decem marcis [illegible] campum cum Rubetis dictis
Bandcowe, incipiendo a via antiqua, qua itur de Keschowi-
ze usque in Neglowize, cingentes dictum campum ad Scolthetiam
hereditarie. Preterea volumus ut eadem villa Bzesze Jure
theutonico gaudeat Magdburgensi perpetue quemadmodum alie
nostre ville in terra nostra Byczen. locate. eodem Jure Magdburg.
theotonico gaudere dinoscuntur. Ita tamen quod eisdem Scoltetis,
et eorum successoribus. omnes causas criminales. puta. furti.
Sanguinis. homicidii. Membrorum mutilacionibus. Incendii perpetuis
temporibus judicare. Insuper omnes Incole eiusdem ville pro Censu
octo Scotos. ac viginti ova. et duos Caseos racione honoris
in festo Pasche nobis. et nostris successoribus Pro decima autem ad
quam pertinebit de jure Sex Scotos grossorum pragen. in festo
Sancti Martini Confess. singulis annis solvere tenebuntur, demum
prefati fratres videlicet Petrus et Stanislaus et eorum posteritas nobis
et nostris posteris. ad quamlibet expedicionem cum Balista. in equo [illegible]
uise, et ferreo pileo, sint astricti. Etiam ut Rubeta predicti campi
Bandcowe antiqui, valeant redigi ad uberiorem condicionem. ex nunc
omnibus Incolis in prefatis rubetis locandis, ab omnibus nostris solu-
cionibus. Collectis. Contribucionibus. a Sep. vecturis. conductibus. Labo-

bonbus nostri. Ungariae et Polonie universis, quorum in Lelow mercatus intra sex annos datam presentium continuo sequuturos plenam et omnimodam tribuimus libertatem qua elapsa Incole Cerumdecimam. et alia Jura impendent. que Incole seu Kmethones prefate ville Mierze ab antiquo solvere et impendere consueverunt. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Actum et datum in Beycz in Crastino Sti Valentini martiris Sub anno dni Mill. Tricent. sexages. septimo. Presentibus Johanne Castellano Crac. Raphaele Sandom. potho Capitaneo Sandecen. Predborio Subdapifero Crac. pelka Marsalko curie nostre. Jaroslao de Mysolowicz. et aliis quam multis fide dignis. Scriptum autem per ~~Johannem~~ Jacobum de Ossowa Notarium Curie nostre Regalis.

vds

1425.

[Rykaczewski E. Inventarium ... s. 199. Reg.]

Nos paulus Cordzat Stephanus Sartor Johannes Wyrzusch Johannes Bigelka Nicolaus Laylai Nicolaus Spill Nicolaus Drzezak paulus Sarstky paulus Sartor Stanislaus Panek Stanislaus Cromolowsky Consules moderni et antiqui Nec non Nicolaus Rogatka Johannes Sutor Albertus Metis Stanislaus Textor scabini et Jurati unacum tota Communitate Civitatis Lelow Recognosci. quod tenore presentium quibus expedit universis. Quomodo tacto ligno vivifice Crucis corporaliter iuravimus Quod Serenissimo principi et domino dno Wladislao dei gracia Regi polonie dno nostro gratiosissimo quamdiu vitam duxerit in humanis post ipsum vero Inclito filio suo dno Wladislao et preclare dne Zophie Regine polonie tutrici filii sui predicti, filio autem ipsius quod absit deficiente Inclite filie sue dne Hedwigi etc. virgini nondum nupte semper fideles esse volumus cum eis et sine dolo et fraude promittimus nec unquam aliquem vel aliquos dominos preter ipsos alios nobis eligemus vel quemcunq proclamatum harum vigore litterarum quibus sigillum Civitatis Lelow est appensum. Datum in Lelow feria secunda proxima ~~post~~ post dominicam Letare Ihm Anno domini M. quadrin. vigesimo quinto.



Sigillum Civitatis Lelow.

1419, 26 czerwca w Jędrzejowie.

~~f. 72 v.~~ Albert opat jędrzejowski zatwierdza przywilej sołtystwa sadeckiego z r. 1365 na prośbę Gerosława tejże wsi sołtysa.

In nomine domini amen. Quoniam mundus caducus est, et diuersis casibus quotidie variat, necesse est acciones legittimas, que memoria indigent, per scripti seriem in noticiam transmitti posterorum. Eapropter nos frater Albertus abbas, totusque conuentus monasterij de Andrzeiow Cisterciensis ordinis Cracouiensis diocesis, noticie vniuersorum deducimus, tam presencium quam futurorum presentibus declaramus, Quod ad nostram omniumque fratrum nostrorum accedens presenciam honestus vir Geroslaus scultetus ville nostre vulgariter dicte Sadek, obtulit nobis priuilegium quoddam super sculteciam dicte ville per nostros predecessores datum et per suos legittimos antecessores quodammodo casualiter viciatum, supplicans humiliter, vt dictum priuilegium innouare, roborare et confirma-

./.

re dignaremur. Cuius tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis.

/: Tu następuje przywilej z r. 1365 in vigilia Pentecostes - N° :/

Nos vero ipsius sculteti precibus fauorabiliter inclinati, exnunc prefatum priuilegium cum omnibus articulis in eo positis confirmamus, ratificamus, approbamus, perpetuis temporibus duraturum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum vna cum sigillo nostri conuentus presentibus est appensum. Datum et actum nostro in monasterio de Andrzeiow, anno domini 1419 - feria secunda in die sanctorum martyrum Ioannis et Pauli. -

261

1426

obl. Crac. 93A
p. 1105.
14/6.
[7. VI.]

Vladislaus Dei gratia rex Polonie Lithuanieque princeps supremus et heres Russie etc. capitaneo, vice-capitaneo, procuratori, judici subjudici, camerariis et subcamerariis officialibus, judicibus Cracoviensibus et aliis particularibus terris presidentibus, ~~fidelibus~~ fidelibus nostris dilectis presentibus requirentibus graciam regiam et omne bonum fideles nostri dilecti exposuerunt majestati nostre consules et cives Ilkussienses fideles nostri dilecti, quomodo a nonnullis personis etiam quandoque et privatis ad judicia nostra contra privilegia ipsis per antecessores nostros et nos tradita traherentur eisdemque judiciorum strepitibus non mediocriter molestarentur, gravarentur et turbarentur, quare vobis in solidum et vestrum cuilibet firmis nostris regalibus damus in mandatis nostris cives prefatos Ilkussienses circa privilegia eorum conservantes, quos et nos decrevimus conservandos. Ad instantiam quarumcunque personarum coram se citari et judicari nulla presumatis ratione et si que littere de cancellaria nostra ꝯ his contrarie fi-

erint extracte, eas annihilandas presentibus irritas Decernimus et inanes secus facere non ausuri gratie nostre sub obtentu. Datum in Ilkus feria sexta proxima post octavas corporis Christi anno Domini millesimo quadringentesimo vigesimo sexto. Ad relationem venerabilis Joannis, Decani Cracoviensis, Regni Polonie Cancellarii.

Cf CMP II, 29

1433. 26 Januarii

In Nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ne error oblivionis gestis sub tempore versantibus, in posterum pariat detrimentum, alta regum et principum consilia decreverunt ea literarum apicibus et testium annotacione perhennari. Proinde Nos Wladislaus dei gracia Rex polonie, nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie, Lituanieque princeps supremus, pomeranie Russieque dominus et heres. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris noticiam presencium habituris; quomodo nuper oblata coram nostra celsitudine, pro parte Reverendi in Christo patris domini Sbignei Epi nec non prelatorum et Canonicorum tociusque Capituli Cathedralis Ecclie Cracoviensis, devotorum nostrorum sincere dilectorum, supplex peticio, in effectu continebat, quatinus privilegium ipsius Ecclie, per felicis reminiscencie olim Kazimirum predecessorem nostrum, eidem Ecclie super nonnullis bonis datum et concessum, ipsiusque vero sigillo maiestatis rotunde figure de alba cera in cordula sericea flavei coloris, more solito dependenti, sigillatum, non rasum, non cancellatum, non viciatum, nec in aliqua sui parte suspectum, omnique prorsus vicio et suspicione carens, de innata nobis Regie Maiestatis clemencia, approbare, ratificare et confirmare dignaremur. Cuius quidem privilegii tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis. (Vid. privilegium Casimiri Magni de Anno 1352 superius transscriptum, incipiens a verbis: In N. D. A. Quoniam hanc sibi legem &. usque ad finem.) —


Nos itaque Wladislaus rex Polonie, peticionem dictorum, domini Epi et prelatorum ac Canonicorum, tociusque Capituli Ecclie Cracoviensis, attendentes fore iustam et racioni consonam, consideratoque (sic!) supplicibus eorum intercedentibus oracionibus, divina clemencia nos tot notivis successibus, totque preliorum felicibus triumphis, in vita nostra concessit abundare, speramusque adhuc ipsorum huiusmodi precibus, pro nobis uberius ad dominum effundendis, vite nostre expleto peryodo, celestis Jerarchie attingere claritatem, horum intuitu et aliorum contemplacione meritorum, que excelsa dona nostre munificencie non indigne promerentur; volentes ut eorum benevolencia, devocio et fidei affectus, quibus erga nos cum tanta exercent se puritate, in conspectu nostro non sine grata vicissitudine relinquantur:— huiusmodi ipsorum literas et contenta in eisdem, cum omnibus earum clausulis, punctis, articulis et condicionibus, ex certa nostra sciencia rata habentes atque grata, approbamus, ratificamus, gratificamus, innovamus, et presentis scripti patrocinio ~~innovamus~~ confirmamus. decernentes ea robur perpetue firmitatis obtinere. Harum quibus sigillum nostre maiestatis est appensum testimonio litterarum. Actum Cracovie feria secunda in crastino conversionis Sancti Pauli. Anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo tercio. Presentibus Reverendo in Chro patre Domino Joanne Epo Chelmensi, nec non magnificis strenuis et nobilibus viris. Nicolao de Michalow Castellano, Petro de Pieskova Skala palatino, petro de ibidem Succamerario, Cracoviensi, Joanne Glowacz de Oleschnicza Marsalco Regni Polonie. Paulo de Bogumilowicze iudice, Sigismundo de Bobova Subiudice Cracoviensi, Sbigneo de alto monte Rosperiensi, Paulo Slodzej Malogostensi Castellanis, et aliis multis testibus ad premissa. Datum per manus Reverendi in Chro patris domini Joannis Epi Wladislaviensis, nec non Venerabilis Wladislai de Opporow Decretorum doctoris, Decani Cracoviensis Vicecancellarii Regni polonie, nobis sincere dilectorum.

(Lib. I. priv. Cap. Crac. fol. verso 85. sqq.).

1436. [30. IV]

In Nomine domini amen. Ad rei memoriam sempiternam. Tunc cunctis prudenter occurritur dubiis, dum gesta nostrorum negociorum, literarum apicibus et testium annotacione perhennentur. proinde Nos Wladislaus dei gracia Rex Polonie, nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie, Lithwanieque princeps supremus, Pomeranie Russieque dominus et heres etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris, quomodo ad instantes peticiones Venerabilis Stanislai de Lathovicze prepositi et Canonici Eccle Cracoviensis Rudava capituli et Nadzow, mediam partem ad Canonicatum ipsius Stanislai prepositi spectantem, villas in terra et districtu Cracoviensi sitas et erectas, prout in suis metis et graniciis longe late et circumferencialiter sunt limitate et distincte, de iure polonico et quovis alio in ius Theuthonicum quod Maydburgense dicitur transferimus, perpetuo duraturum: Removentes ibidem omnia iura polonicalia, modos et consuetudines universas, que ipsum ius Theutonicum plerumque consueverunt et sunt solita perturbare. Eximimus insuper, absolvimus et perpetuo liberamus, omnes et singulos Kmethones et Incolas predictatum villarum ab omni iurisdiccione et potestate omnium regni nostri Palatinorum, Castellanorum, Capitaneorum, iudicum, subiudicum, Camerariorum et quorumvis officialium et Ministerialium eorundem, ut coram ipsis vel ipsorum aliquo, pro causis tam magnis quam parvis, puta furti, sanguinis, homicidii, incendii, membrorum mutilacione, seu quibusvis aliis enormis excessibus citati, minime respondebunt, nec alias penas solvere tenebuntur; sed Kmethones et incole villarum predictarum, coram suis sculthetis qui pro tempore fuerint, sculteti vero coram dicto Stanislao preposito Cracoviensi et Successoribus ipsius, vel coram nobis aut iudice nostro generali, dum tamen per nostram litteram sigillo nostro sigillatam evocati fuerint et ~~remissi~~ citati et hoc si in reddenda iusticia negligentes fuerint et remissi, tunc non aliter quam suo iure Theuthonico predicto de se querulantibus tenebuntur respondere: in causis autem criminalibus et capitalibus superius expressatis, scultetis pretactarum villarum, iudicandi, disponendi, corrigendi, puniendi et plectendi, damus plenam, in metis earundem villarum, et omnimodam tenore presencium concedimus facultatem et potestatem, prout hoc ipsum Theuthonicum ius, cum omnibus suis punctis, sentenciis, articulis et clausulis, postulat et requirit: Iuribus tamen nostris regalibus in omnibus semper salvis. Harum quibus sigillum nostrum presentibus appensum est testimonio literarum. Datum Cracovie feria secunda in vigilia Sanctorum Philippi et Jacobi Apostolorum. — Anno domini Millesimo quadringentesimo Tricesimo Sexto. presentibus magnificis et strenuis Petro de Piesckowaskala Cracoviensi, Sandivogio de Ostrorog Poznaniensi Palatinis, Przedborio de Conyeczpole Rozperiensi, Jacobo Przecora Ozechoviensi Castellanis, Petro Schaffranicz Succamerario et Bartholomeo procuratore generali Cracoviensi et aliis fidedignis testibus ad premissa. Datum per manus Magnifici Ioannis de Conyeczpole Regni polonie Cancellarii. Ad relacionem Magnifici eiusdem Ioannis de Conyeczpole Regni polonie Cancellarii. —

(Lib. I. priv. Cap. Crac. fol. 67.)



In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Wladislaus tercius dei gracia Rex polonie, nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie, Lithvanieque princeps supremus, Pomeranie Russieque dominus et heres. Significamus tenore presencium, quibus expedit universis presentibus et futuris harum noticiam habituris, quomodo peticionibus devotis Venerabilis petri de Wroczimovicze Canonici Ecclie maioris Cracoviensis, nobis dilecti, celsitudini nostre humiliter porrectis benigniter acclinati, villas Vianczkovicze fundi Canonicatus et prebende suorum, ac Vithcovicze Capituli Ecclie eiusdem in tenutam sibi provisorie concessam, districtus Cracoviensis, prout in suis metis longe lateque limitate existunt, de iure polonico in ius Theutonicum quod Maidburgense dicitur, transferimus perpetuo duraturum. Removentes ibidem omnia iura polonicalia, modos et consuetudines universas, que ipsum ius Theutonicum ut plerunque perturbare consueverunt. Eximimus insuper, absolvimus et perpetuo liberamus omnes Kmethones ac singulos dictarum villarum incolas, ab omni iurisdiccione et potestate omnium regni nostri palatinorum, Castellanorum, Capitaneorum, iudicum, subiudicum, ceterorumque officialium et ministerialium eorundem, ut coram ipsis vel ipsorum aliquo, pro causis omnibus parvis sive magnis, puta, furti, incendii, homicidii, mutilacione membrorum, sive aliis enormibus excessibus citati, minime respondebunt, nec aliquas penas solvere tenebuntur; sed Kmethones et quivis incole villarum iam dictarum coram suo Sculteto, scultetus vero coram canonico predicto vel suis successoribus canonicis, aut coram nobis vel iudice nostro generali, dum tamen per literam nostram sigillo nostro sigillatam evocatus fuerit et citatus, et hoc si in reddenda iusticia negligens fuerit vel remissus, tunc non aliter quam suo iure Theutonico predicto, respondere sit astrictus. In causis autem criminalibus et capitalibus superius expressatis, scultetis villarum iam dictarum iudicandi, sentenciandi, puniendi, plectendi, et condemnandi, plenam damus tenore presencium facultatem, prout hoc ipsum ius Theutonicum in omnibus suis punctis, condicionibus, articulis, et clausulis postulat et requirit. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Actum Cracovie feria quarta cinerum, Anno domini Millesimo, Quadringentesimo, quadragesimo. Presente Reverendo patre domino Sbigneo Epo, ac magnificis Joanne de Czissow Castellano, Joanne de Thanczin palatino, Cracoviensi, Sandivogio de Ostrorog Poznaniensi, Alberto Malski Lanciciensi, et Petro Odrowansch Leopoliensi palatinis. Ac aliis pluribus fidedignis. Datum per manus magnificorum Joannis de Conieczpole Cancellarii et petri Voda Vicecancellarii Regni polonie, nobis fidelium dilectorum. Ad relacionem magnifici Joannis Cancellarii supradicti.

(Lib. I. priv. Cap. Crac. fol. 71.)

1440. [21.II]

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter humane nature commoda, nihil dignius memoria habeatur, oportunum existit, ut actus hominum literarum apicibus et testium annotacione perhennentur, ne lapsu temporis evanescant. Proinde Nos Wladislaus dei gracia Rex Polonie, nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie, Litvanie princeps supremus, Pomeranie Russieque dominus et heres etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris. Quomodo ad preces humiles et devotas pro parte venerabilis Capituli Eccle maioris Cracoviensis nobis oblatas et porrectas, villam ipsorum et Eccle eiusdem Vangerzcze dictam, prout in suis metis longe lateque limitata consistit de iure polonico in ius Theutonicum quod Maydburgense dicitur, transferimus perpetuo duraturum. Removentes ibidem omnia iura polonicalia, modos, et consuetudines universas, quod ipsum ius Theutonicum, ut sepe perturbare consueverunt. Eximimus, insuper et perpetuo liberamus, omnes Cmethones et singulos dicte ville incolas, ab omni iurisdicione et potestate omnium regni nostri palatinorum, Castellanorum, Capitaneorum, iudicum, subiudicum, Camerariorum alteriorumque officialium et ministerialium eorundem, ut coram ipsis vel ipsorum aliquo, pro causis tam magnis quam parvis, puta furti, incendii, homicidii, membrorum mutilacione, seu quibusvis aliis enormibus excessibus cittati, minime respondebunt, nec aliquas penas solvere tenebuntur; sed kmethones et incole ville iam dicte, coram suo sculteto qui fuerit pro tempore, scultetus vero coram suis Canonicis aut eciam coram nobis vel iudice nostro generali, dum tamen per literam nostram, sigillo nostro sigillatam evocatus fuerit et cittatus, et hoc si in reddenda iusticia negligens fuerit vel remissus, tunc non aliter, quam suo iure Theutonico predicto, omnibus de se querulantibus respondere sit astrictus. In causis autem criminalibus et capitalibus superius expressatis, sculteto ville predicte, iudicandi, senenciandi, condemnandi et puniendi plenam damus tenore presencium facultatem, prout hoc ipsum ius Theutonicum in omnibus suis punctis, condicionibus, articulis et clausulis postulat et requirit; iuribus nostris regalibus semper salvis. Actum Cracovie feria secunda post Dominicam reminiscere. Anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo. presentibus, Reverendis patribus Dominis Sbigneo Cracoviensis, Wladislao Vladislaviensis et Joanne Chelmensis Ecctiarum Epis. Nec non, Magnificis Joanne de Czisow Castellano Cracoviensi, Sandivogio de Oztrorog Poznaniensi, Alberto de Malie Lanciciensi, Petro Odrowansch Leopoliensi palatinis, et aliis quampluribus fidedignis fidelibus nostris dilectis. Datum per manus Magnificorum Joannis de Conyeczpole Cancellarii et Petri Voda Vicecancellarii regni nostri, sincere nobis dilectorum. Ad relacionem eiusdem Magnifici Joannis Cancellarii.

(Lib. I. priv. Cap. Crac. fol. 72.)

1441. [28. X.]

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ardua est enim humanorum gestorum condicio propter novercantis decursus instabilitatem, nisi veridico testimonio literarum roboretur. Proinde Nos Wladislaus dei gracia Ungarie Polonie, Dalmacie, Croacie, etc Rex, nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie, Lithwanie princeps supremus, Pomeranie, Russieque heres et dominus. Significamus tenore presencium quibus expedit universis tam presentibus quam futuris harum noticiam habituris, quod habito diligenti respectu ad constantis fidelitatis studiosa obsequia, pureque fidei merita, quibus maiestati nostre Magnificus Joannes de Conyeczpole Regni nostri Polonie Cancellarius sincere nobis dilectus, constanter ac fideliter obsequendo, et presertim in prosecucione negociorum nostrorum huius regni nostri Ungarie, propriis impensis et familia, in armorum decenti apparatu nobis gratos exhibendo, famulatus, multipliciter complacuit et in futurum quoque complacere poterit prestancius; horum igitur intuitu et aliorum meritorum gracia, volentes ipsum graciarum nostrarum liberalitate consolari, et ad huiusmodi obsequia nostra de cetero reddere prompciorem, ubi et suis legitimis successoribus, aream nostram cum domo in Castro nostro Cracoviensi iacentem, eundo a priori porta castri predicti versus partem superiorem in dextra manu, et ex opposito Ecclie maioris, ibidem in castro situatam, dedimus, donavimus, contulimus, damusque, donamus, conferimus et largimur tenore presencium mediante; per ipsum Joannem et eius successores legitimos, tenendam, habendam, utifruendam, de novoque murandam seu reedificandam, reedificatamque seu muratam pacifice et quiete, ac libere, absque omni et qualibet dacione, solucione seu pensa vel exaccione, perpetuis temporibus possidendam, nec non vendendam, commutandam, alienandam, et prout sibi aut suis successoribus legitimis melius et utilius expedire videbitur, una cum edificiis desuper constructis vel construendis, disponendam. Harum quibus sigillum nostrum pro testimonio est appensum. Actum apud Sanctum Nicolaum in insula nostra Czepel ipso die beatorum Simonis et Jude apostolorum. Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo primo. Presentibus ibidem Magnificis, Generosis, Strenuis et Nobilibus Luca de Gorka Posnaniensi Palatino. Venerabili Silvestro preposito Scarbimiriensi, Petro Scora de Gaÿ iudice generali, Benedicto de Bandlow vexillifero Posnaniensi, Joanne Dambstki pincerna Calissiensi et aliis quam pluribus generosis et Nobilibus testibus ad premissa. Datum autem per manus proprias domini Regis. Subscripcio manu propria Maiestatis Regie.

(Lib. I. priv. Cap. Crac. fol. verso 27.
Fasc. 18.

Iz nastepnego widać, iż był
Judex Posnaniensis.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ne error oblivionis, gestis sub tempore versantibus, in posteram pariat detrimenta, alta Regum et principum decreverunt consilia, ea litterarum apicibus et testium annotacione perhennari, ne lapsu temporis evanescant. Proinde Nos Wladislaus dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie Rascie, Servie, Sclavonie & Rex, nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie Cuiavie, Lithwanie princeps supremus, Pomeranie, Russieque dominus et heres etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris, Quod Nos ad devote humillimeque supplicacionis instanciam nobis pro parte venerabilis Clementis Novoyowski Canonici Ecclesie cathedralis Cracoviensis, devoti nostri dilecti porrecte, villam Vanssow Capituli eiusdem Ecclesie, atque provisionis predicti Clementis, districtus Cracoviensis prout in suis metis et granicziebus longe lateque limitata existit et circumferencialiter distincta, de iure polonico Rutenico et quovis alio, in ius Theutonicum quod Maideburgense dicitur, transferimus perpetuo duraturum: removentes ibidem omnia iura polonicalia et Ruthenica, ac quevis alia, modos et consuetudines universas que ipsum ius Theuthonicum, ut sepe, perturbare consueverunt. Eximimus insuper et perpetuo liberamus omnes Cmetones et incolas ville predicte, ab omni iurisdicione et potestati omnium Regni nostri Polonie palatinorum, Castellanorum, Capitaneorum, iudicum, subiudicum, Camerariorum, dignitariorum, ceterorumque officialium et ministerialium eorundem, ut coram ipsis vel ipsorum aliquo, pro causis tam magnis quam parvis, puta furti, incendii, homicidii, membrorum mutilacione, aut quibusvis aliis enormibus excessibus cittati minime respondebunt, sed Kmetones et quivis alii incole ville predicte, coram suo Sculteto, Scultetus vero coram suo domino, aut coram nobis, vel iudice nostro generali, dum tamen per litteram nostram sigillo nostro sigillatam evocatus fuerit vel cittatus, et (si) tuc si in reddenda iusticia fuerit negligens vel remissus, tunc non aliter quam suo iure Theutonico predicto, de se querulantibus respondere sit astrictus. In causis autem criminalibus et capitalibus superius expressatis, predicto sculteto pro tempore existenti, iudicandi, sentenciandi, puniendi, plectendi et condemnandi, plenam damus tenore presencium ~~potestatem~~ facultatem, prout hoc ipsum ius Theuthonicum in omnibus suis punctis, condicionibus, articulis, et clausulis postulat et requirit: iuribus tamen nostris regalibus solitis in omnibus semper salvis: Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Actum Bude feria secunda proxima post festum Sti Michaelis gloriosi Archangeli. Anno domini Millesimo, Quadringentesimo, quadragesimo secundo presentibus ibidem Magnificis, Generosis ac Nobilibus Laurencio de Hedrevara Regni Ungarie, Hriczkone de Pomorzani Podolie palatinis, Laurencio alias Zaremba de Kalinowa Siradiensi, Przedborio de Conicerpole Rosperiensi Castellanis, et Petro Scora iudice Posnaniensi et aliis quam multis fidelibus nostris fidedignis testibus ad premissa. Datum per manus Magnificorum Joannis de Conyecpole Cancellarii, et Petri de Szczekocini Vicecancellarii Regni Polonie, fidelium nostrorum, sincere nobis dilectorum.

(Lib. I priv. Cap. Crac. fol. verso 72.)

1444 [9.VII.]

Decretum in causa molendini in Rzeszo-
lary pro parte domini praepositi et con-
ventus Sanctissimi Corporis christi Casimi-
riae ad Cracoviam.

Nos Sigismundus haeres in Kosocice index, et Florianus haeres in Piasek subindex, venerabilis et religiosi viri domini Iacobi praepositi et sui conventus canonicorum regularium monasterii Corporis Christi in Casimiria, recognoscimus publice per haec nostra praesentia. Quod olim in iudicio in curia in Rzeszolary specialiter locatione eiusdem domini praepositi iudicantes praesidebamus, sicut hoc ex mandato et Commissione speciali Serenissimus dominus noster rex eidem domino praeposito commiserat. Extunc ad illud iudicium constitutus est laboriosus Laurentius Kabat de Izdebnik cum filio suo Ioanne coram nobis querelam super eundem dominum praepositum et suum conventum pro molendino ibidem sub curia in Rzeszolary proposuit dicens illud molendinum super vallo alias Brzeg piscinae inferioris suum proprium esse. Ad quod dominus praepositus respondens dixit, illud molendinum suum et sui conventus esse, Et interim haereditas illa ad conventum suum est devoluta ac resignata a viginti annis in pacifica et quieta possessione in illo molendino super esse et fuisse, nec unquam pro eodem aliquod impedimentum habuisse, nec non et venditorem eiusdem villae, videlicet nobilem dominum Franciscum

Tuchla, qui eundem dominum praepositum pro quibuslibet impedimentis pro eadem villa emergentibus intercedere promisit. Qui extunc circa illud judicium erat, et statim eundem dominum praepositum pro praefacto molendino intercessit. Cui decrevimus, ex quo dominum praepositum pro praedicto molendino intercessit, extunc Laurentio Kabath actori pro eodem respondere deberet, qui statim eidem pro eodem respondere paratus fuit. Ad quod faciendum praefactus Laurentius Kabath cum filio suo Joanne ad delibrandum modicum abscessit, et deliberatione praehabita ad iudicium nostrum cum filio suo revenit, et per procuratorem suum Nicolaum Plak, quem coram nobis sibi in procuratorem constituerunt, videns et sentiens se nullas literas et testimonium probabile ad praedictum molendinum habere noluit, contra eundem Tuchlam querelam deponere, sed libere, non compulsus, nec coactus, sed deliberatione habita renuntiavit, in perpetuum omni iure abscessit, quod ad praedictum molendinum habere se dixit nec ipsum dominum praepositum et suum conventum pro ipso aliquomodo inquietare. Nos vero praemissa audientes eidem Laurentio cum filio suo Joanne et omnibus suis legitimis successoribus silentium perpetuum pro eadem molendino imposuimus, et illud domino praeposito et suo conventui adiudicavimus, praesentibus his nobilibus et generosis viris et dominis, videlicet domino Stanislao Miodzieiowski tutore eiusdem praefacti monasterii, domino Joanne Midrzieski, Andrea

i. Piasecki, Alberto Rępski, Joanne Geresdesz de Mchowia et Szydkowa ministeriali. Actum feria quinta infra octavas visitationis Mariae Virginis in curia in Rzesnotarij. Datum vero in crasti- no praesentis judicii anno domini millesimo qua- dringentesimo quadragesimo quarto. Nostris sub sigillis in huius rei maius et verius testimo- nium veritatis subappensis.

1444. [20. VIII.]

In Nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Wladislaus dei gracia Polo=
nie, Hungarie, Dalmacie, Croacie, etc Rex, nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie,
Cuiavie, Lithuanie princeps supremus, Pomeranie Russieque dominus et heres. Significamus tenn=
re presencium quibus expedit universis, presentibus et futuris harum noticiam habituris,
Quomodo ad instantes peticiones Venerabilis Capituli Cracoviensis, villam Zacharzowa vo=
la in districtu Cracoviensi sitam, prout in suis metis longe, late, et circumferencialiter
ab antiquo limitata existit, de iure polonico in ius Theutonicum quod Maydeburgense
dicitur, transferimus perpetue duraturam. Removentes ibidem omnia iura polonicalia,
modos et consuetudines universas, que ipsum Theutonicum ius, ut sepe perturbare consue=
verunt. Absolvimus insuper, eximimimus et perpetue liberamus, omnes kmethones et singu=
los dicte ville incolas, ab omni iurisdicione et potestate omnium Regni nostri Polonie, pa=
latinorum, Castellanorum, Capitaneorum, iudicum, subiudicum, Camerariorum, ceterorumque
officialium et ministerialium eorundem, ut coram ipsis vel ipsorum aliquo, pro causis
parvis sive magnis, puta, furti, incendii, homicidii et membrorum mutilacionis, seu quibusvis
aliis enormibus excessibus cittati, minime respondebunt, nec aliquas penas solvere tenebun=
tur. Sed kmethones et incole ville predicte coram suo sculteto, scultetus vero coram nobis aut
nostris successoribus legitimis, dum tamen per literam nostram sigillo nostro sigillatam evo=
catus fuerit et citatus, et hoc, si in reddenda iusticia negligens fuerit et remissus, tunc non
aliter quam suo iure Theutonico predicto, omnibus de se querulantibus respondere sit ad=
strictus. In causis autem criminalibus superius expressatis, Sculteto iamdicte ville, iudicandi
sentenciandi, diffiniendi, plectendi, et condemnandi, plenam damus tenore presencium faculta=
tem, prout hoc ipsum ius Theutonicum in omnibus suis punctis, condicionibus, articulis
et clausulis, postulat et requirit: Iuribus nostris per omnia salvis. In cuius rei testimonium
Sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Varadino feria quinta infra
octavas assumpcionis Marie. Anno domini Millesimo Quadringentesimo, quadragesimo quarto
presentibus ibidem Magnificis Venerabilibus et Generosis Luca de Gorka Poznaniensi,
Hriczkone de Pomorzani Podoliensi, palatinis, Nicolao de Balicze Radomiensi, Nicolao
Lasocki Decano Cracoviensi, Joanne Rey Sti Michaelis in Castro Cracoviensi preposito.
Petro de Schamotuli et Petro Camyenieczki militibus, aliisque pluribus Nobilibus fi=
dedignis. Datum per manus magnifici Joannis de Conyecpole Cancellarii, et Petri de
Szczekocini Vicecancellarii nostrorum fidelium dilectorum; Relacio eiusdem Magnifici
Petri de Szczekocini, Regni Polonie Vicecancellarii —

(Lib. I. priv. Cap. Crac. fol. 2[illegible])

1445. [11. X.]

1445 str. 337

271

Nos Bartholomeus de Gorij iudex, et Petrus de Craykowice subiudex terre Cracovien Generales, notum facimus quibus expedit universis pntibus et futuris pntium notitiam habituris, quod in iudicio terrestri Crac nostro coram certis camerariis iudicialibus nostris constituti persontr Nbles DD. Hedvigis relicta olim Bonæ Iunthe de Jarvyce, Franciscus filius suus, et Dña Helena consors Dñi Prokopii de Gruszkowa filia ipsius Hedvigis, cum consensu et voluntte ipsius Procopii mariti sui, sani mentibus et corporibus existentes, non compulsi, neq coacti, sed de bona ipsorum voluntte, totas hæreditttes suas, vidlt duas Przezostary communiter dictas, cum omni iure et toto dominio, utilitatibus, fructibus, proventibus, incolis, censibus, redditibus, areis, domibus, tabernis, molendinis, agris, campis, pratis, pascuis, aquis, fluviis, piscinis, piscariis, lacubus, stagnis, rivis, torris, sylvis, gais, sepbis, arenis, rubetis, apisteriis et universis pertinentiis, dependentiis, obventionibus, et cohærentiis, quibuscunq dicantur nominibus, velut dictæ hæredittes in suis metis et limitibus longe, late, et circumferentiatr sunt distinctæ et limitatæ, nihil prose et eor succoribus lgtimis ibiq iuris seu proprietts et dominii penitus reservantes, ob salutem animarum suarum et antecessorum suorum, pure ppr. Deum, Vnbli Dño Gaspharo præpto a Corpore christi de casimiria, et cantui eius ad utilittem claustrii in totum dederunt, donaverunt et in perpetuum iudiciatr resignarunt, iuxta literam regalem, prout

præfatus Franciscus coram regia Mtte dictas hæredi-
ttes contui iam dicto resignavit. Quam literam rega-
lem, avisati Hedvigis, Helena, Procopius, et ipse Fran-
ciscus, iuxta clausulas et tenorem ips litera, prædicto
Dno Gaspar præpto et contui suo consenserunt, quæ
tamen litera debet permanere intacta, per ipsum
Dnum Gaspar praeptum et conventum suum no-
minatas hæredittes praemisso omni iure et dominio
perpetue tenendas, habenq, utifruenq, vendenq,
commutanq et in usus suos beneplacitos libere
convertendas, non aliter nisi pro utilitte claustri
dicti contus. Promittentes ipsum Dnum Gaspar
praeptum et contum eius spdictum omnium præ-
missor, ab omnibus impedimentis ubilibet iure-
dere et relevare, iuxta consvetudinem terræ Cracovien
In cuius rei testimonium sigilla nostra pntibus
sunt appensa. Actum et datum Cracovie feria IIa
proxima ante festum S. Hedvigis. Anno Dni —
MCCCC XL quinto - Praesentibus his testibus Nblibus
Joanne de Chodlnica, Starkone de Topole, Spyt-
kone de Moravica, Joanne Odyn de Barwald,
Stanislo de Parnarice, Andrea de Wierzchonifski
hæredibus pluribusq aliis fide dignis. Locus
sigillorum appensilium.

272

1446,
15–21 sierpnia
[22 - VIII.]

Rajcy krakowscy ~~xx~~ nabywają od klasztoru Dominikańskiego kamienicę przyległą do szkoły u Panny Maryi. ~~Z oryginału~~.

Nos consules civitatis Cracoviae moderni et seniores recognoscimus, nos a Religiosis fratribus Jacobo de Bidgostia, sacrae Theologiae licenciato, Reverendissimi magistri ordinis priore et vicario, Nicolao de Bresl, haereticae pravitatis inquisitore, Ambrosio Suppriore, Mathaeo, Teutonicorum praedicatore, et Paulo lectoribus, Jeronymo Sacristano, Martino Jacobi, Johanne Scolteti, Mathia Brachnicz, totoque consensu monasterij sanctae Trinitatis ordinis Praedicatorum in Cracovia justo rationabilique titulo emptionis emisse domum muratam cum area monasterij ipsorum scholae sanctae Mariae nostrae ecclesiae parochialis contiguam pro tribus marcis denariorum census terragij annui monetae melioris communi usu civitatis receptibilis. Quasquidem tres marcas nos supranominati consules de domo et area praedictis annis singulis solvere promittimus ad festum sancti Martini episcopi sine contradictione sub fide nostra tali

/.

apposita conditione, quod si domus praedicta casu quo-
cumque vel ignis incendio vel vetustate consumere-
tur aut quovis alio modo destrueretur, tunc nos supra-
dicti consules vel successores nostri eundem censum tri-
um marcarum praedictarum solvere promittimus de
praetorio nostrae civitatis tamdiu, quousque ipsa domus
vice versa in integrum reaedificetur, qua sic refor-
mata amplius de domo praedicta ipsi fratres praedicti
tollere debent et videre censum praedictum. Promitti-
musque pro nunc erigere et construere duos parietes
ligneos altitudinis muri domus praedictae pro limiti-
bus habendis inter monasterium praedictum nullum
in eisdem foramen vel fenestram unquam faciendo,
ipsisque ligneis post decennium destructis et remo-
tis parietibus, novos in muro altitudinis praedictae
construere et aedificare, nullum foramen vel fene-
stram similiter faciendo in eisdem muris vel aedifi-
cijs, si quae in posterum in parietibus construeren-
tur. In cuius rei evidentiam et robur firmitatis si-
gillum nostrum consulare praesentibus est subap-
pensum. Actum et datum infra octavas assumpt-

/.

tionis sanctae Mariae ~~Anno~~ anno Domini millesimo qua-
dringentesimo quadragesimo sexto.

~~pieczęć przy danym dokumencie odpadła~~ ~~na~~

~~Pierwopis pergaminowy obejmuje wiersz 17. Na pergaminowym przywieszona wisi woskowa z uszkodzeniem pieczęci.~~

~~Dokument~~ Dyplom pargaminowy z ułamkiem pieczęci miejskiej mniejszej (w zwyczajnym wosku na pasku pargaminowym. – Właściwości pisowni: ~~Mattheo Jeronimo~~ ~~Iohanne~~ monastery scolae lirragy comuni aedifiiys imposterum.

1447, 6 lutego, w Krakowie na wiecach.

~~f. 150 n.~~ Niewstyp opat jędrzejowski tudzież Stanisław Niemsta z Krzęcic stawić mają Grzegorza z Branic kasztelana radomskiego i Piotra Szafrańca podkomorzego krakowskiego, którzy spór między nimi o sołtystwo w Stawoszowicach rozstrzygną.

Nos Barthossius de Gory iudex et Petrus de Czikowicze subiudex terre Cracouiensis generales, notum facimus, quibus expedit uniuersis presencium noticiam habituris, quod in colloquio generali celebrato coram nobis ac magnificis dominis subscriptis nostris assessoribus nobiscum in iudicio presidentibus, constituti personaliter venerabilis dominus Niewstampius abbas Andrzeiowiensis et suus conuentus ex vna, et nobilis Stanislaus Niemsta de Krzczecicze heres, partibus ab altera, sani mentibus et corporibus existentes, non compulsi neque coacti, sed de bona ipsorum voluntate debent locare pro et super sculecia in Stawoszowicze et pro alijs rebus magnificos dominos Gregorium de Branicze castellanum Radomiensem et Petrum Schafranyecz succame-

rarium Cracoviensem, qui inter eosdem
invenient, quis melius ius habebit sui,
per eandem, tunc quando ipsi tempus
recipient hoc faciendum sub ducentis
marcis vadij ad vtramque partem. In
cuius rei testimonium sigilla nostra
presentibus sunt appensa. Actum et da-
tum Cracovie in colloquio generali
celebrato feria secunda proxima post
festum purificacionis B. Marie virginis,
anno domini 1.447. Presentibus his ma-
gnificis dominis, Ioanne de Czyszow
castellano et capitaneo Cracoviensi,
nec non serenissimi regis domini Polo-
nie locum tenente, Ioanne de Thanczyn
palatino Cracoviensi, Petro de Curow
Sadiciensi, Nicolao de Wolin Woyni-
ciensi, Ioanne de Bobrek Biecensi,
Gregorio de Branicze Radomiensi, ca-
stellanis, et alijs quam pluribus domi-
nis fide dignis. –

1448, dnia 12 lutego, w Książu.

Nos Barthossius de Gory Iudex et Petrus de Cheikowicze subiudex Terre Cracouiensis generales, Notum facimus quibus expedit vniuersis presentibus et futuris presencium noticiam habituris, Quod in Iudicio terrestri nostro Cracouiensi coram certis Camerarijs iudicialibus nostris constitutus personaliter Generosus Dominus Nicolaus Pieniązek de Witkowicze heres Capitaneus Biecensis sanus mente et corpore existens, non compulsus neque coactus, sed de bona eius voluntate, totam partem suam hereditatis in Rzerzuschno cum omni iure et toto dominio, vtilitatibus, fructibus, proventibus, incolis, censibus, areis, domibus, hortulaneis (1), Tabernis, molendinis, agris, pratis, campis, arvis, arvuculis, pascuis, planiciebus, aquis, fluuijs, riuis, piscinis, piscaturis, lacubus, stagnis, Borris, syluis, gais, septis, apistritis seu mellificis (1), nemoribus, mericis, Rubetis et vniuersis pertinencijs, obuentionibus, defendencijs et coherencijs quibuscumque dicantur nominibus et cum tota parte sua iurispatronatus Ecclesie in Golcza spectante ad predictam partem hereditatis in Rzerzuschno, velut solus hactenus tenuit et habuit, nihil pro se et suis successoribus legittimis ibidem iuris seu proprietatis et dominij penitus reseruando pro Trecentis marcis communis pecunie monete Cracouiensis numeri polonicalis consueti, Nobili Paulo heredi de Vlina et sue posteritati in totum vendidit et in perpetuum iudicialiter resignauit, per ipsum Paulum dictam partem hereditatis cum ipsa parte iuris patronatus Ecclesie, premisso omni iure et toto dominio perpetue tenendam, habendam, vtifruendam, vendendam, donandam, commutandam, alienandam, et in vsus suos beneplacitos libere conuertendam, prout sibi et suis successoribus legittimis melius et vtilius videbitur expedire; pro-

mittens ipsum Paulum et eosdem successores suos occasione premissorum ab omnibus impedimentis et dampnis quarumlibet personarum utriusque sexus, secundum quod ad quamlibet personam pertinet prescriptio iuxta consuetudinem Terrestrem Cracouiensem, ubilibet intercedere et deliberare. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et Datum in Xansch feria secunda in Crastino Dominice Inuocauit, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo Octauo, Presentibus hijs testibus Nobilibus: Niewstampno de Slupow, Nicolao de A Suewanczin (?), Iohanne de Sladow, Iohanne Kuropatwa de Grodzina, Stanislao de Pssary, Stanislao de Kalnia heredibus, pluribusque alijs Nobilibus fidedignis.

Dokument oryginalny zaginął. Kopia wyjęta z księgi S. str. 84.

|: Ar. sir. Andr. :|

1448, 2 lipca w Krakowie.

f. 150 v. Mikołaj opat jędrzejowski tudzież Stanisław z Krzcięcic i Mikołaj Kula z Wojciechowic sołtysi sławoszowscy zawierają ugodę dotyczącą praw i obowiązków sołtysów sławoszowickich tudzież kmieci.

Nos Barthossius de Gory iudex et Petrus de Czcikowicze subiudex terre Cracouiensis generales. Notum facimus quibus expedit vniuersis presentibus et futuris presencium noticiam habituris, Quod cum in curia serenissimi principis et domini, domini Kasimiri dei gracia regis Polonie pro tribunali iudicialiter presidebamus, tunc coram nobis et magnificis dominis subscriptis nostris assessoribus nobiscum protunc in iudicio presidentibus, constituti personaliter venerabilis dominus Nicolaus abbas de Andrzeiow cum conuentu suo ex vna, et nobiles Stanislaus de Krzczęcice et Nicolaus Kula de Woyciechowice heredes sculteti de Slawossowice ex altera partibus, sani mentibus et corporibus existentes, non compulsi nec coacti, sed de bona ipsorum voluntate talem contractum concordie amicabilis pro scultecia in ibidem in Slawossowicze per arbitros

./.
inferius scriptos videlicet ex parte domini
Nicolai abbatis predicti et conventus sui
per generosos dominum Gregorium castel-
lanum Radomiensem, Petrum fratrem eius
germanum de Bronicze et Stanislaum de
Szydlowiecz; ex parte vero Stanislai Niem-
ste et Nicolai Kula predictorum, per do-
minos Iacobum de Morawiany Czechouien-
sem castellanum, Nicolaum Niemstham
de parua Stansz, per Petrum de Zodrzydoma
heredes inter se ipsos perpetualiter recogno-
uerunt, scilicet ita: quod predicti Stani-
slaus Niemstha et Nicolaus Kula sculteti
ibidem de Slawossowicze duos laneos mo-
lendinum cum fluuijs et piscinis et duas
tabernas cum rubetis, mericis et pratis
ad ipsam sculteciam et ad eosdem laneos
cum tabernis spectantibus, cum omni iure
et dominio et uniuersis pertinencijs ad ean-
dem sculteciam debent habere in perpetu-
um obtinere et ipsorum successores legiti-
mi; nec non de quolibet laneo collocato cme-
thones eiusdem ville Slawoszowicze per
duos dies integros quibuslibet septimanis
singulis annis continue currentibus eisdem
scultetis et eorum posteris laborare tenen-

tur, terciumque denarium omnium pena-
rum sculteti ibidem ipsi habere debebunt
in eternum. Etiam ipsi cmethones eiusdem
ville quilibet ipsorum per se per personam
expedicionalem alias woienne ipsis sculte-
tis et eorum successoribus solvere oporte-
bunt tempore isto, indecunque expedicio
generalis fuerit celebrata. Prefati vero do-
minus abbas cum conventu suo muni-
mentum litterale seu privilegium per-
fectum in pargameno patentem iuxta
huiusmodi concordiam sub forma equa-
li, sub penis scripta sigillis ipsorum ap-
pensis, sigillatim super eandem sculte-
ciam in Slawossowicze dare debebunt
scultetis. Insuper iam dicti sculteti vide-
licet Stanislaus Niemsska et Nicolaus
Kula recognoverunt, et se presentibus
obligaverunt, et inscripserunt prefato
domino Nicolao abbati et conventui suo
predicto de Andrzeiow, quomodo omnes
cmethones eiusdem ville Slawossowicze,
quilibet ipsorum pro se per duos choros
siliginis ad hyemem, et per unam mensu-
ram avene alias cwiertnia ad estatem
triturantes, de frumentis propriis ipsorum

domini abbatis et conuentus sui iam
dicti seminare et hec omnia arare, ara-
trare, et aripicare alias <u>wloczyc</u> iuxta mo-
dum seminum in hereditate Polkok, et
hec omnia metere et ad curiam ipsius do-
mini abbatis et conuentus sui conducere
in acervosque imponere singulis annis
continue currentibus sibi, domino Nicolao
abbati et conuentui suo predicto tenentur,
Eciam nominati sculteti tres marcas cen-
sus minus vno grosso et pro <u>obiedne</u>
de eadem villa Slawossowicze in cme-
thonibus eiusdem ville exigendo seu extor-
quendo ad quodlibet festum s. Martini dic-
tis singulis annis ipsis domino Nicolao
et conuentui suo de Andrzeiow dare et
soluere tenentur in eternum. Nec non pro
stacione regali iam dicti cmethones de
quolibet lanco collocato eiusdem ville, qui-
libet cmetho per se per vnam mensuram
auene, que dicitur cwiertnia, per duos
gallos, per vnum caseum et per decem oua
oportent dare tempore isto, quandocunque
cmethones aliarum hereditatum eiusdem
domini abbatis et conuentus sui dare de-
bebunt. Multociens vero dicti sculteti, vide-

licet Stanislaus de Krzancicze, Nicolaus Kula de Woyciechowicze omnia et singula munimenta litterarum suarum, seu priuilegia antiqua quecunque habuerunt super ipsam sculteciam in Slawossowice contra ipsum dominum Nicolaum abbatem et conuentum eius iam dictum mortificauerunt et in nihilum redierunt, neque debent esse alicuius memorie in eternum, promittendo eis hinc inde hanc concordiam vt super factam, ratam, gratam atque firmam inuiolabiliter tenere et obseruare in eternum. In cuius rei testimonium sigilla nostra sunt appensa. Presentibus his magnificis dominis: Ioanne de Czissow castellano et capitaneo, Ioanne de Thanczyn palatino Cracouiensibus, Ioanne de Olesnicza palatino, Przedborio de Koniecpolie castellano, Sandomiriensibus, Nicolao de Ossolin Woynicensi, Ioanne de Bobrek Bieczensi, castellanis, pluribusque aliis fide dignis dominis. Actum et datum Cracouie in curia serenissimi principis et domini, domini Kasimiri regis Polonie, feria secunda Visitacionis beate

ĉharie virginis . anno domini 1448.-

1448. [17. XII.]

Nos Johannes de Sczekoczin Dapifer Sandomiriensis et Capi-
taneus Lublinensis nec non Martinus de Chmyelyk Consul et Advo-
catus Juris supremi theutonici maydboriensis vna cum septem scul-
tetis, videlicet Dobeslao de Krzyuycze, Jacobo de Zamborzycze, Mar-
tino de Krosczonow, Andrea de Wrothkow, Jacobo de Crampyecz,
Mathia de Dzyerzkowycze, Petro Rozmysl de Kolijechowycze Si-
gnificamus Tenore presencium, Quibus expedit vniuersis, presenti-
bus et futuris, presencium noticiam habituris, Quia nobis in Jure
banito suppremo Theutunico Meydboriensi in Castro Lublinensi
presidentibus, Quod quemadmodum Stanislaus Lygon citauerat ad
Jus supremum Theutunicum Maydboriense Prouidos Dominos Aduocatum
et Juratos omnes de Ciuitate Lublin, tandem tamen in eodem Jure su-
premo Theutunico Maydboriensi in Castro Lublinensi prosequi incipiens
cum predictis, ab eadem cessauit; prefatique aduocatus et Jurati Ciui-
tatis Lublin Eundem Stanislaum Lygon citacione Magnifici Domini
Johannis de Sczekoczin Capitanei Lublinensis citauerunt ad Jus supremum
Maydboriense Castri Lublinensis. quam citacionem nobis in Bannito Ju-
re supremo presidentibus in testimonium obtulerunt, ut idem Stanislaus
Lygon contra eosdem Aduocatum et Juratos Lublinenses suam causam
coram prefato Jure supremo persequetur, qui predictus Stanislaus in pre-
fixo sibi termino et citato nec per se, nec per nuncium, nec per suum
procuratorem terminum attemptauit. Tandem predicti Aduocatus et
Jurati Ciuitatis Lublin eundem Stanislaum Lygon citacione Serenissi-
mi Principis domini et domini Kazimiri Regis Polonie ad hoc ipsum
Jus suppremum Maydboriense Castri Lublinensis citauerunt secun-
dum edictum et decretum sue Serenitatis, qui predict[illegible] Stanislaus
Lygon sic vt prefertur citatus, in primo, in secundo, in tercio termi-
no non paruit, prefatisque Aduocato et Juratis predicte Ciuitatis Lu-
blin in quolibet termino parentibus, et finaliter in quarto termino idem
Stanislaus Lygon non paruit; Ipsique aduocatus et Jurati Ciuitatis
Lublin Juri deparando, prefatum Stanislaum Lygon Ju[illegible] pro omnibus
citatis ipsum Jure euaserunt, quos prelibatos [illegible]scripti ab omnibus

eisdem modo culpe et debiti cuiusuis per eundem Stanislaum infinctis liberos et absolutos saluosque adiudicauimus et presentibus adiudicamus, eidemque Stanislao Ligon de premissis omnibus perpetuum silencium imponimus, super hisque omnibus ab Aduocato et Iuratis Ciuitatis Lublin memoriale recepimus. Actum et Datum in Lublin feria tercia proxima post festum Sancte Lucie virginis, Anno Domini M° CCCC° XL VIII°. Presentibus Generosis et Nobilibus Nicolao de Prawydlnyky, Iudice terre Lublinensis, Iohanne de Kyany venatore Terre eiusdem, Nicolao Galka de Gory, Stanislao de Thomaschowycze, fforstkone protunc burgrabio Castri Lublinensis, Petro Syecz de Yakubowycze et quam plurimis fidedignis ad premissa.

W oryginale pargaminowego zawieszonych było 9 pieczęci na pargaminowych paskach. Pozostały atoli tylko druga, szósta i dziewiąta, wszystkie wyciśnięte są w czarnym wosku w powłoce z zwyczajnego wosku i nienajgorzej zachowane, ale z powodu rozpłaszczonych nieco rysów z zupełną pewnością odczytać się nie dadzą. (Arch. m. Lublina)

Z kopii senat. Stronczyńskiego.

1449, dnia 29 października w Krakowie.

Nos Vichna Abbatissa, Catherina Vlińska Viccaria Totusque Conuentus sororum sanctimonialium Monasterij Sancti Andree Ordinis Sancte Clare in Cracouia, Significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, Quod attendentes fidelia seruicia per Petrum Procuratorem nostrum de Rokithno nobis exhibita et Deo dante in posterum exhibenda, Tabernam nostram dictam Kaczor prope Rokithno in strata et via magna, que ducit versus Lelow sibi dedimus et contulimus damusque et conferimus per presentes cum omnibus suis pertinencijs tam longe et late, sicut ab antiquo in suis limitibus distincta est et locata, ad tempora dumtaxat vite sue et Johannis filiastri sui, sic quod idem Petrus et Johannes filiaster suus nobis tres marcas communis monete de dicta Taberna ad festum Sancti Martini annis singulis dare et soluere tenebuntur, Et edificia dicte taberne suis sumptibus reparare, et si qua vetustate corrupta aut impetu venti destructa fuerent, illa de nouo erigere et instaurare debent. Sigillis nostris videlicet Abbatisse et Conuentus de certa nostra sciencia in testimonium presentibus subappensis. Datum Cracouie in Stuba nostra Conuentuali feria quarta post festum Sanctorum Simonis et Jude apostolorum, Anno domini Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo Nono, Presentibus Religiosis fratribus Nicolao Pranostay Primario et Laurentio Secundario Confessoribus nostris et alijs fide dignis.

Oryginał zaginął. Kopia powyższa wyjęta z Księgi S. str. 92.

/: Ar. św. Andr. :/

1450. [9. III]

In nomine Domini Amen.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum inter humanae naturae commoda nihil dignius memoriis habeatur oportet (sic) existit, ut actus hominum literarum apicibus et testium annotatione perennentur, ne lapsu temporis evanescant, proinde nos Casimirus, Dei gratia rex Poloniae, nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Lanciciae, Cuiaviae, Dobrzyniae, magnus dux Lithvaniae Pomeraniae Russiaeque dominus et haeres. Significamus tenore praesentium, quibus expedit universis et futuris, praesertim notitiam habituris. Quomodo attendentes grata obsequia et fidelia servitia magnifici Nicolai de Brzezie, marschalci regni Poloniae, quibus nobis complacuit et in futurum complacere contendit, sibi et suis posteris legitimis insulam desertam, quae iacet in fluvio Wisla ex opposito castri cracoviensis et templi Skalka sancti Stanislai in Casimiria sitam damus, donamus, largimur gratiose ita late et circumferentialiter, prout ipsam insulam circumdedit fluvius Wisla perpetuoque donavimus et dedimus cum omnibus et singulis usibus, redditibus, fructibus, censibus, hortis, pomariis et aliis fructibus et utilitatibus, quae possent in hac insula collocari et fieri in posterum per ipsum et suos successores legitimos tenendam, habendam, utifruendam, possidendam perpetuo et in aevum, commutandam, vendendam et in usus beneplacitos convertendam. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est subappensum. Acta sunt haec feria secunda proxima post dominicam Oculi anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo (9 Marca 1450.)

Praesentibus reverendo in Christo patre domino Sbigneo, episcopo cracoviensi, nec non magnificis et generosis: Joanne de Czizow castellano, Joanne de Thenczyn palatino cracoviensibus, Joanne de Olesehnica palatino, Przedborio de Koniecpole castellano sandomiriensibus et aliis quam plurimis fide dignis. Data per manus magnificorum Joannis de Koniecpole cancellarii et Petri de Szczekociny, vicecancellarii regni Poloniae, sincere nobis dilectorum. Ad relationem eiusdem magnifici Petri de Szczekociny, regni Poloniae vicecancellarii.

0.122 p 983.

Wyspę owa darował pomieniony Mikołaj z Brzezia (Lanckoroński) marszałek wielki koronny na rzecz klasztoru Sᵗ Katarzyny w r 1458 – zob:–

[1462, 6 listopada].

~~1462.~~ 1450, 23 listopada w Książu.

~~f. 175 v.~~ Ugoda między klasztorem Jędrzejowskim a Maciejem, Pawłem, Piotrem i Katarzyną ze Skroniowa względem krzaków w Skroniowie od strony Suchodołu położonych.

Nos Ioannes Rokosch de Coschczice iudex et Ioannes de Pielgrzymowice subiudex terre Cracouiensis generales, Significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis presentibus et futuris, quod in actis generosorum olim dominorum Barthosij Obulecz de Gory iudicis et Petri de Czcikowicze subiudicis terre predicte Cracouiensis generalium inscripcionem infrascriptam in districtu Xanschensi inuenimus contineri feria secunda proxima ante festum sancte Catherine virginis, anno domini 1450. cuius tenor sequitur et est talis. Venerabilis dominus Nicolaus abbas cum conuentu suo de Andrzeiow ex vna, nobilesque Mathias, Paulus, Petrus et Catherina mater ipsorum de Skroniow ex altera partibus, talem contractum concordie amicabilis pro rubetis ibidem in Skroniow inter se ipsos fecisse recognouerunt perpetualiter

./.

videlicet ita. Quod rubeta que tendunt a
campo ipsius domini abbatis et conuentus
sui vsque ad Suchodol etc. dicti Mathias,
Paulus, Petrus et mater ipsorum predicta
et eorum successores legittimi ab vtroque
fine eorundem rubetorum fodere et extirpa-
re non presumant, tantum ligna scinden-
di in eisdem rubetis habebunt potestatem.
Idem enim abbas et conuentus eius venera-
bilis predictus cum eorum hominibus, qui-
bus ipse indulserit, in eisdem rubetis lici-
te possunt fodere et extirpare, et alia om-
nia exercere, tanquam in sua heredita-
te. Sed ipsi nobiles Mathias, Petrus, Pau-
lus et Catherina mater eorum predicta,
rubeta inter agros suos iacencia extirpa-
re et fodere potentes erunt absque quo-
ius contradiccione ipsius domini abbatis
et conuentus eius. Eciam iam dicte par-
tes scilicet dominus abbas et conuentus
eius cum hominibus ~~eorum~~ ipsorum, et
Mathias, Paulus, Petrus et mater ipsorum
iam dicta similiter cum hominibus eo-
rum ibidem in hereditate Skroniow pascua
communia absque damno debebunt habere
in eternum. Hanc igitur presentem lit-
teram taliter prout in actis Cracouien.

generaliūm (sic) contineri inŭenimus et scribi de verbo ad verbūm et sigillorūm nostrorūm mūnimine iŭssimus commū-niri. Acta in Xanoch feria secūnda ante festūm sancte Catherine, anno domini vt sūpra 1.4.50. presentibus ibidem protūnc nobilibus his Nicolao de Powayzow, Martino de Szulislawicze, Stanislao de Tkowicze, Petro de Vlyna, Paulo de ibidem et alijs multis fide dignis. Datūm vero sabbatho die sancti Leonardi anno domini 1462.-

1456, dnia 8 marca, w Krakowie.

IN nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Kazimirus deigracia Rex Polonie Necnon Terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyauie, Magnusdux Litthwanie, Russie, Prussie quoque et Pomeranie dominus et heres etc. Salutaribus diuorum predecessorum nostrorum Regum Polonie inherentes vestigijs, ad ea que sacrarum edium ac Religiosarum personarum statum felicem ac comodum respiciunt libenter conuertimus animum, disponimus et mentem. Proinde ad vniuersorum presencium et futurorum noticiam deducimus, Quomodo pro parte deodicate virginis vichne Abbatisse ceterarum que Sororum ordinis sancte Clare monasterij sancti Andree in Cracouia nostre maiestati oblatam peticionem accepimus, Quatenus priuilegium ipsarum introscriptum de nostre celsitudinis clemencia ratificare, approbare, innouare et confirmare dignaremur. Cuiusquidem priuilegij tenor sequitur in hec verba.

/: Tu następuje zatwierdzenie przywileju Łoczyńskiego Bolesława Wstydliwego z r. 1262, VI non. martii, przez Króla Władysława Jagiełłę w Krakowie f. III post dominicam Ramispalmarum 1431 wydane. :/

Nos igitur Kazimirus Rex prefatus peticionibus huiusmodi tamquam iustis et racioni consonis acclinati, prefactum priuilegium ipsarum Abbatisse et Sororum de certa nostra sciencia et Baronum nostrorum consilio ratificamus, gratificamus, confirmamus et approbamus, Decernentes illud robur obtinere perpetue firmitatis. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Actum Cracouie feria secunda proxima post Dominicam letare Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo sexto. Presentibus Magnificis ac Generosis: Iohanne de Czizow Castellano

et Capitaneo Cracouiensi, Iohanne de Oleschnicza pa-
latino Sandomiriensi, Crzeslao de Curoszwanky Castel-
lano lublinensi, Nicolao de Brzesze Regni Polonie mar-
schalco, Crzeslao de Woycza Suppremo Cubiculario
nostro et alijs fidedignis. Datum per manus Reue-
rendi patris domini Iohannis Episcopi Wladislauien-
sis et Cancellarij Necnon Venerabilis Iohannis Lut-
konis de Brzesze vtriusque Iuris doctoris, Sacri pa-
lacij apostolici Causarum Auditoris archidiaconi
Gneznensis et Vicecancellarij Regni polonie, sincere
nobis dilectorum.

Relacio eiusdem Venerabilis Iohannis Lutek
de Brzeze vtriusque Iuris doctoris, Archidiaconi
Gneznensis, Sacri Apostolici pallacij Causarum
Auditoris et Regni Polonie Vicecancellarij.

Oryginał pargaminowy opatrzony pieczęcią króla
Kazimirza Jagiellończyka na jedwabiu
zawieszoną, a wyciśniętą w wosku czerwonym,
której wizerunek u Żebrawskiego T. 19 N. 57.

K. 285.
10. X. 1952
Jasińkowska

/: Arch. Zgr. N. 1731/

Damalewicz. str. 97–99.

dbt
1153

In nomine Sanctae et individuae Trinitatis.

*

Quia nos qui dispensatores Ecclesiae sumus amplius caeteris Deo debemus, et quo plura de donis ejus ipso largiente accepimus, eo sane vigilantius nobis curandum est, ut quae nostrae tutelae credita sunt, ea studeamus procurare, ut quando messis divina advenerit, fructum nostri laboris percipere mereamur. Honestum ac beatum constat esse votum, imo sanctum, et laudabile esse patet commercium, dare sua transitoria, et percipere pro his aeterna; terrena sibi displicere, et coelestia possidere. Hujus itaque tam sanctae negotiationis amore, Ego Joannes Polonorum Archiepiscopus superna inspirante gratia, medullitus ignescens, decorem domus Dei, et locum habitationis gloriae suae diligens, simulque in libro vitae cum justis conscribi cupiens, patrimonii mei liberam postionem, villas scilicet has: Rakoszyno, Potok, Lyssakowo, Laterzypo, Rakowo, Tarssawa, Chorzewa cum decimis suis: Praeterea Episcopus bonae memoriae Maurus, qui eandem ecclesiam consecravit, et Radost successor suus, decimas super villas has addiderunt sub anathemate: olarowice, Prenistawe, Konare, Michowo, Bechlewo, Borowa, Przekopa, Linowo, omnium bonorum largitori Deo ad gloriam et laudem, ejusque Genitrici: nec non et decimam villae, quae vocatur Ho-

losice, B. Adalberto ad honorem, cum intimae devotionis humilitate contradidi, et exinde in una conscriptarum villarum Bryzinck videlicet, domicilium Deo fieri, dotari, investiri, cum devoti desiderii puritate institui. Pro cujus domicilii spiritualiter disponenda gubernatione, pro continnanda ibi divinae servitutis administratione, pro statnenda etiam ibidem Regularis ac spiritualis disciplinae Religione, viros quosdam spirituales, militantes Domino sub Regula, B. Benedicti, in ordine sancto Cisterciensium, a quo sequestrata est omnis iniquitas, vel prorsus relegata impietas, prout potui, reverenter advocavi, suscepi, dilexi, locavi; Quibus in eodem Bryznich scilicet loco spiritualiter degentibus, villas praetitulatas, cum reditibus earum universis, in usum liberrimum, et ex tunc in perpetuum, quasi pauperibus Christi, pauper ipse sine ulla contradictione delegavi. Quas ergo oblationes nostrae devotionis, pias et ut speramus a Domino acceptas, hac in membrana literis signari voluimus ad notitiam nostrorum successorum, ut inviolabile robur obtineant per succedentia tempora, ceram ipsi imprimi praecipimus insignitam sigillo nostrae dignitatis. Et authoritate Dñi nostri JESU Christi nec non Principum Apostolorum Petri et Pauli, ac D. N. D. Eugenii Romanae Sedis Episcopi, et omnium Orthodoxorum

Patrum, et nostri banni sententia, eis consummationem illibatam indicimus, ne quisquam vel magnificentiae homo, vel potentiae praesumat supradicta donaria aliqua ratione alienare ab Ecclesia cui donata a nobis tanta authoritate constant. Si quis autem in tantam mentis suae caecitatem ceciderit, ut post hanc nostram confirmationem adeo terribilem praedictam oblationem quocunque modo inquietare praesumpserit, sciat se cum Iuda Proditore Dñi nostri JESU Christi sententiam aeternae damnationis subiturum, nisi forte poenitentia ductus, cuncta ablata legaliter Ecclesiae restituat, quam laesit, cum omni compositione canonica. Observatoribus vero ac amatoribus hujus nostri instituti, sit Dñi pax, et pium gaudium, cum omnibus Sanctis, nunc et per infinita saecula. Facta est autem haec oblatio, sive donatio nostrae humilitatis, Anno ~~MCL~~ MCLIII. Primae Sedis Pontificale regimen tenente Domino, digno ac vere beato Eugenio. Nec non Boleslao, Miescone, Henrico germanis fratribus Principatum in Polonia tenentibus, multis astantibus nobilibus, quorum haec sunt nomina: Ego Joannes Archiepiscopus et Clemens frater meus, Dñus Iaczo Michora, Meczeslaus, Martinus, Zbylut Micholaus Tribunus, Comes Bogumilus.

A.D. 1167. [1166, 31. XII.] [Kod. Kat. Krak. nr. 1.]

Commutatio villarum Ztora [Zlota] et Loevici ad Capitulum Cracoviense pertinentium pro Scotnici et Zvrasici, inter ducissam poloniae Mariam et Gedeonem Episcopum Cracoviensem facta

Anno M° C° LX° VI° Regnante in polonia serenissimo duce Bolezlao, Mysicone, Casimiro, quartus eorum frater dux Henricus sine herede defunctus est. Cujus terre portio in tres partes divisa est. Elegantior pars et sedes dominii ejus videlicet Sudomir. Bolezlao majori fratri cessit. Eodem etiam anno et eadem die Matheus beate memorie Kracoviensis Episcopus in Christo obiit. Cujus protinus divina ac humana electione Gedeo successit. primo igitur consecrationis sue anno venerabilis conjunx secunda ducis Boleslai nomine Maria duas villas beati Venceslai Ztora [Zlota] videlicet et Loevici preter tabernam et decimam ad ecclesiam beati petri in Sudomir pertinentes sibi cambiri ab episcopo expostulavit. nec mirum quoniam varietas delectationum hominum multiplex est. Set ne quis violentiam illatam fore existimet, notum facimus tam presentibus in Christo viventibus quam nostris successoribus. hoc actum esse communi consensu Capitolii nostri pro concambio harum duarum villarum Scotnici et Zvrasici, et pro silva trans fluvium sita nomine Radobanď. Facta est igitur ~~hec~~ hujus concambii confirmacio Anno M° C° LX° VI° Secundo Kalendas Januarii in ipsa Civitate Kracovia presentibus personis ejusdem ecclesie videlicet: viro venerabili Lamberto decano, Arnoldo Archidiacono magistro Amilio, custode, Hannibale, cantore, Bogdano, paulo, canonico, Stephano dapifero, et aliis quam pluribus honestis viris. Quisquis autem hujus nostre confirmationis temerator extiterit, et sua presumptione adnichilare temptaverit, ne supradicte ville Beati Venceslai restituantur, perpetuo anathemate atque excommunicatione dampnetur, et cum impiis qui non resurgunt in judicio reputetur, omnipotentis scilicet Dei patris et filii et spiritus sancti

cor

contra se sentiat iram. Orbis terrarum pugnet contra eum, et cuncta elementa sint ei contraria, et omnium sanctorum merita quiescentium illum confundant, et in hac vita super eum apertam vindictam ostendant. Observatores vero hujus statuti Dei omnipotentis gratia protegat, et auctoritate Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ab omnium peccatorum vinculis absolvat Amen —

W oryginale wisiały 2. pieczęcie na zawiasach pargaminowych, jedna z nich którey ślad został, wyobrażała biskupa siedzącego a napisu żadna nie pozostała ~~[illegible]~~ litera. — Oryginał ten znajduje się w Archiwum Kapituły Krakowskiej i jest najdawniejszym aktem jaki taż Kapituła posiada —

Z dyplomatu tego okazuje się, iż Długosz drugą żonę ~~[illegible]~~ Bolesława Kędzierzawego sprawiedliwie naprzód Maryą, choć ja sam później dziś Heleną mianował. — Najpodobniejszą do prawdy jest rzeczą, iż Helena będąc Rusinką przy przejściu na wyznanie łacińskie imię zamieniła — #

Tego rodzaju uwagi, należą nie do spodnich notek, lecz do ogólnego historycznego wywodu

Druk.

[s.a. 13.I.]

[Kod. Kat. Krak, nr. 2.]

Ego Reinaldus apostolice sedis legatus, Cum in Synodo que in yezon in octaua Epiphanie celebrata est cum Episcopis et Abbatibus et ceteris Polonie personis conscenderem et Abbas sancti vincencij Calixtus videlicet alio vero nomine qualis dictus[1] pro decimis de laurencie super Episcopum Cracouiensem Gethconem virum honorabilem querimoniam fecisset, et suo eas iure nec racione aliqua, uel testibus vendicare posset, a prefato Episcopo, non sine precum instancia impetraui, quatinus iam dictus Abbas decimas de quibus agebatur sub obtentu gracie personaliter ad tempus obtineret, personaliter vero dico et ad tempus vt ei tantummodo dum viueret et non ecclesie ipsius concessa reddatur, Ne ergo de cetero post decessum eius a successore ipsius uel eiusdem Ecclesie fratribus contra Dominum Cracouiensem uel successorem eius pro sepedictis decimis querimonia moueri posset quod me mediante et impetrante terminatum est scripto et sigillo confirmare decreui.

Lit. 72 v.

1) orig. mylnie „dictis"

1169 [Zbiór dokumentów, nr. 28]

Abschrift.

[1169, 23.VIII, Bitom] Litterae Boleslai IV. Crispi Ducis Poloniae, quibus testatur Bogdanum de Richeboc militem beatae memoriae post reditum ab expeditione in Terram Sanctam hereditatem suam prope Bitom ob devotionem S. Sepulchri Dominici pro capella in Miechow erigenda donasse. A. C. MCLXIX. X. Kal. Sept.

In nomine S. et individue Trinitatis Amen. Multis virtutis heroice et pietatis Christiane Laudibus sunt evehendi, qui vires ac robur corporis et mentis dotes ingenuas pro Salute patrie fortiter et alacriter exhibent precipue autem ardentem in Christum dominum ejusque meritum passionis salvifice et gloriosum Sepulcrum amorem fovent illudque contra infideles defendunt ut exinde posteritati devote in Longum evum meritorum tante venerationis et fortitudinis vestigia illustria elucescant, pieque liberalitatis Sue in personas Deo dicatas et milites sacros egenos plurimos uberrimi fontes scaturiant et pro Domino militantes in his terris tandem cum eo in celis feliciter triumphent. Hinc Ego Dux Poloniae Boleslaus labili hominum memorie suffragando volo ut presentibus litteris perpetuo innotescat, quod egregius miles, et armiger bone memorie Bogdanus de Richenboc, ut duplicem devocionis

sue fructum sentiret, non solum ad Loca Sacra
Dominici Sepulcri religioso pectore armatus
processit, sed post reditum felicem ab ex-
peditione cum Sociis terrigenis hereditatem
Suam prope Bitom in honorem dicti S.
Sepulcri venerabilis et remedium anime
sue et relicte contectalis (sic) ac liberorum
Domui S. Sepulcri in Miechow pro capella
ibidem erigenda affectu pio et zeloso donavit
cui Donationi plenum assensum impedi-
mentis omnibus remotis prebere volui,
concessa simul omnium exaccionum
que ad me pertinent et spectant im-
munitate ac libertate et ne aliquis
Successorum eam in irritum ducere
seu hereditatem dictam a Patrimonio
et dominio Hierosolymitane Ecclesie
in Miechow revocare aut infringere
temeritate execranda audeat vel pre-
sumat, nomine ipsius Christi vindicis
et ultoris extremi, cujus Sepulcrum
et loca ubi pedes ejus steterunt treme-
bundi omnes pie venerantur severissime
protestor. Actum est hoc anno in-
carnationis dominice MCLXIX. X. kal.
Septembris in Bitom . . . . .
. . . . et Martino capellano
. . . . sigillo . . . . .

Copia saec. XVIII im Staatsarchiv zu Breslau (Heinitz'sche
Sammlung).

Für die Übereinstimmung mit
dem Original
Dr. Grünhagen

Breslau den 2. Juni
1876.

[Kod. Kat. Krak. nr. 4]

R.

Copia 65. 291

E codice copiarum in Archivo Leonis Comitis Rzyszczewski asservato

Ex libro Privileg. Cap. Cracov.

1189. [12. IV.] ~~Boleslaus~~ Casimirus Dux Poloniae recognoscit Chropensium Provinciam Capituli Cracoviensis se in tutelam duntaxat et protectionem suscepisse, et quod eadem Provincia cum taberna et alveo suo, ad jus et proprietatem ejusdem Capituli pleno jure pertineat.

In nomine Sanctae ac Individuae Trinitatis. Quoniam nonnulli sunt maligni benignorum interpretes. Ego Dux Poloniae Casimirus omnibus significo non malignandi dolo, non alienandi animo nos Chropensium Provinciam suscepisse. Impium enim est ac miserabile maternis calamitatibus non commisereri filium, cum omnis omnino etiam carnalis favore parentum inclinet, imo filius pro maternae negligentia jacturae poena intemptatur. Proinde retro a multis neglecta ejusdem Provinciae dispendia tutelae officio suscipimus corrigenda tutorio nos jure obstringentes, ut Ecclesiasticae pupillationis conditionem faciamus potiorem, deteriorem facere non possumus, nam sicut respublica ita res ecclesiastica jure utitur pupillari. Nos enim eandem Provinciam, quam

emendam

emendam suscepimus ad nutum praedicti Capituli emendatam restituimus, ne sit pro alicujus compensationis respectu tabernam in rippa, vel alveum beato Venceslao nos existimet contulisse. Istorum enim donatio sine omni temperanede (sic) recompensationis respectu a nostra devotione simplex processit, et ideo non tantum filios, sed et quoslibet successores nostros anathemati Pontificum subjici postulamus, qui aliquo pretextu Chropensem vel jam dictam tabernam vel alveum a beato Venceslao alienare tentaverit. Actum in Opathow pridie Idus Aprilis Anno Millesimo Centesimo Octuagesimo Nono sub testimonio Helenae Dominae ejusdem Ducis Uxore, Fulconis Cracoviensis Episcopi, Mrocotae Cancellarii, Milwani Abbatis de Monte, Sedconis Praepositi, Petri Subcancellarii, Vincentii Magistri, Petrconis, Visconis, Przeczlai Crantonis, Gauli, Pauli, Zlawnicowiz Voyteg Dapiferi, Veriztai Jerozolimitani, Visete, Nsebórii, Wars filii Mantinae, Zmil Tethechowicz, Zuliztai Gnartowiz, Venceslai Zuliztawiz, Gwaliz Zdeboris, Martini

Poznanowiz

[Kod. Kat. Krak. nr 4.] Kratt 14 292

AD. 1189. d. 12. Aprilis. in Opatow.

Kazimirus dux Poloniae territorium Chropense ad ecclesiam bti Venceslai in Cracovia pertinentem a devastatione pupillari jure in tutelam suscipit idque emendatum ad nutum capituli ejusdem ecclesiae restituere promittit.

In nomine sancte ac individue Trinitatis. Quoniam multi sunt maligni benignorum interpretes, ego dux Polonie Kazimirus omnibus significo non malignandi dolo, nec alienandi animo, nos Chropensium provinciam suscepisse. Impium enim est ac miserabile maternis calamitatibus non commiserere filium, cum omnis omnino eciam carnalis favor parentum inclinet. immo filiis pro materne negligentia jacture pena intemptatur. proinde a multis retro neglecta ejusdem provincie dispendia tutele officio suscipimus corrigenda tutorio nos jure obstringentes ut ecclesiastice pupillationis conditionem factamus potiorem, deteriorem facere non possimus. Nam sicut res publica sic res ecclesiastica jure utitur pupillari. Nos enim eandem provinciam quam emendandam suscepimus, ad nutum predicti capituli emendatam restituimus. Nec sit qui pro alicujus recompensationis respectu tabernam in ripa vel alveum beato Wencezlao nos estimet contulisse. istorum enim donatio sine omni temporanee recompensationis respectu a nostra devotione simplex processit, et ideo non tantum filios set et quoslibet successores nostros anathemati pontificum subici postulamus, qui aliquo pretextu Chropenses vel jam dictam tabernam vel alveum a beato Vencezlao alienare temptaverint.

Datum in Opatow pridie idus Aprilis M° C° LXXX° IX°. sub testimonio domine Helene ejusdem ducis uxore (sic) Fulconis Cracoviensis Episcopi — Mrokote cancellarii Miltvani Abbatis de Monte. Gedeonis prepositi, petri subcancellarii, Vincentii magistri — Petrconis vilcoviz Vizconis Bredzlai erantoviz. Sauli, Gauli Zlaunicoviz — Voytegh dapiferi Nelizlai jerosolimitani — Visete. Vsebori, Nars filii

me

Wszebór, Ostaszewy ?

Mantinę - Znil Cecechoviz - Zulizlai Bernartoviz - Vencezlai Zulizlaviz - Gralis Sdeboriz - Martyni Poznanoviz et aliorum quam plurimorum nobilium -

Oryginał w Archiwum Kapituły Krakowskiej. pieczęci oderwany. Sznurki tylko od niej z jedwabiu czerwonego powstały -

Mogę z oryginału Krakowskiego lepszą podać Kopię. -

druk.

1189. [12. IV.]

[Kod. Kat. Krak, nr. 4.]

Ex Libro Privilegior. Cap. Cracov.

Casimirus dux Poloniae recognoscit Chropansium provinciam Capituli Cracoviensis se in tutelam duntaxat et protectionem suscepisse, et quod eadem provincia cum taberna et alveo suo, ad jus et proprietatem ejusdem Capituli pleno jure pertineat.

In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis. Quoniam nonulli sunt maligni benigniorum interpretes. Ego Dux Poloniae, Casimirus omnibus significo non malignandi dolo, non alienandi animo nos Chropensium provinciam suscepisse. Impium enim est ac miserabile maternis calamitatibus non commisereri filium, cum omnis omnino etiam carnalis favore parentum inclinet, imo filiis pro materna negligentia jacturae poena intempitatur. Proinde retro à multis neglecta ejusdem provinciae dispendia tutelae officia suscipimus corrigenda tutorio nos jure abstringentes, ut ecclesiasticae pupillationis conditionem faciamus potiorem, deteriorem facere non possumus, nam sicut res publica, ita res Ecclesiastica jure utitur pupillari. Nos enim eandem provinciam, quam emendam suscepimus, ad nutum praedicti

Capituli

Capituli emendatam restituimus, nec sit pro alicujus recompensationis respectu tabernam in rippa, vel alveum beato Venceslao nos existimet contulisse. Istorum enim donatio sine omni temporaneae recompensationis respectu à nostra devotione simplex processit, et ideo non tantum filios, sed et quoslibet successores nostros anathemati Pontificum subjici postulamus, qui aliquo protextu Chropensem, vel jam dictam tabernam, vel alveum à beato Venceslao alienare tentaverit. Actum in Opathow pridie Idus Aprilis, anno millesimo, centesimo, octuagesimo, nono. Sub testimonio helenae dominae ejusdem Ducis uxore, Fulconis Cracoviensis Episcopi, Mrocote Cancellarii, Milvani Abbatis de Monte, Sedconis prepositi, Petri Subcancellarii, Vincentii Magistri, Petronis, Vilconis, Viscoinis, Przeczlai, Crantowis, Gauli, Pauli, Zlawnicowicz Voyteg Dapiferi, Vezislai Jerosolimitani, Visete, Vseborii, Wars filii Martinae, Gnil, Tethechowicz, Zulislai Grantowicz, Venceslai Luliztawicz, Gwalis Zdeboris, Martini Poznanowicz, et aliorum quàm plurium nobilium. —

[Kod. Kat. Krak. nr. 5.] R. 15

294

~~circa ann. 1190.~~ Sine loco et anno.

Casimirus Dux poloniae facultatem venandi in bonis Chrobrz et Kalus ad ecclesiam Sti Venceslai in Cracovia pertinentibus a Capitulo ejusdem ecclesiae exposcit.

✝. Ego Kazimirus divina disponente clementia dux polonie a canonicis beati Wenceslai in Chropsz et Kalno licentiam venandi omnibus diebus vite mee humili peticione impetravi, ceteraque nichilominus ad eosdem canonicos jura pertinentia optinui, utpote stan, nastava, prevori et alia. Notum igitur sit omnibus, quod quamdiu vixero de omnibus bestiis que in predictorum locorum silvis interficientur, predictis canonicis in signum licentie debeo reddere. Itaque post decessum meum quicunque gratuite concessionis munus hereditario jure optinere contra mea impetrata attemptaverit, ab orationibus totius ecclesie sit segregatus, et vinculo anathematis astrictus, et cum Juda et Abiron deputatus. Ut ergo hec omnia prefate constitucionis robur optineant, contra omnis calumpnie et oblivionis incommodum, presentem paginam conscribi precepi, et eam sigillo meo et episcoporum communivi.

Oryginał znajduje się w Archivum Kapituły Krakowskiej; miał przy sobie pierwiastkowo zawieszone 3. pieczęcie na paskach pargaminowych, z których ślad nawet nie pozostał.

Druk

Potrzebaby zdecydować jaki tu rok przyjąć można, i czyli błędy podkreślone domysłem rozstrzygnąć, czyli na miejscu dla skonfrontowania dyplomat ten odesłać – ??

Niedługo po wybudowaniu Kościoła ś. Wacława przywiley dany warto go do erekcyi tego kościoła odnieść – Jst.

1208 [28. III.]

27/3

[Kod. Kat. Krak. nr. 7.]

Capitulo Cracouiensi. Diuersis litteris a diuersis collegij vestri partibus nobis missis in nostra dudum audientia recitatis, intelleximus tam per eas quam per assertionem illorum, qui partem fouebant utramque, quod bone memorie F. episcopo vestro rebus humanis exempto, cum cepissetis de successoris electione tractare, quidam vestrum in venerabilem fratrem nostrum G. Plocensem episcopum conuenerunt a sede apostolica postulandum, sperantes per industriam et religionem ipsius Ecclesie sue commoda multiplicia prouentura. Quidam vero dilectum filium magistrum Vincentium Sudomiriensis Ecclesie diocesis Cracouiensis Prepositum, virum utique multimoda laude preclarum, unanimiter elegerunt. Auditis igitur diligenter et cognitis que super ipsa diuersitate fuerunt utrinque proposita coram nobis, licet utraque persona idonea censeretur, quia tamen etsi plures in postulacione predicta visi sint ab initio consensisse, multi demum ex ipsis in electione dicti prepositi consenserunt si forsan ipsam postulationem contingeret non admitti, et ad ius etiam ordinarium plus accedit, ut Ecclesie de diocesi propria in pastorem vir prouideatur idoneus quam episcopus alii(s) Ecclesie alligatus, postulationem

prefatam non dūximūs admittendam, et sic intelligentes electiōnem predictam a pluribūs de persona idonea canonice celebratam, ipsam de consilio fratrūm nostrorūm cūravimūs confirmare. Qūocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamūs qūatenūs eidem electo in spiritūalibūs et temporalibūs tamqūam pastori vestro de cetero respondentes, debitam et devotam obedientiam ac reverentiam sibi exhibere cūretis. Datūm Laterani V kal. Aprilis anno ūndecimo.

Bibl. II. 801. Epistolarūm Innocentii III Romani Pontificis lib. XI ep. 40 str. 153 - Paryż 1682. -

[s. l. et a.]

[Kod. kat. krak. nr. 16.]

Lestko dux Cracouie Ad peticionem domini Cra-
couiensis Episcopi I. contulit libertatem dimit-
tendi Castores in territorio beati Wenceslai su-
per villa iuxta molendinum magistri Benedicti,
salua tamen libertate vicinie, quod nullum
michi (!) detrimentum faciatur. Ne autem a
quibuscumque successoribus infringatur Sigilli
sui munimine roborauit,

Lit. 29 v.)

1228. [23. III.]
[Kod. kat. Krak. nr. 19.]

Vladislaus dux Polonie adoptat in filium Boleslaum ex fratre Lescone nepotem, heredem eum sibi substituit, bona ejus in tutelam suscipit subditosque illius suis in juribus et libertatibus antiquis conservare promittit.

Ego Vladislaus Dux Polonie, Boleslaum filium fratris mei ducis Lesconis adopto in filium et in bonis omnibus meis mobilibus et immobilibus totaliter in heredem substituo, secundum quod iuravimus Ego et pater eius videlicet quod si quis nostrum habens prolem decederit, superstes prolem illam in propriam adoptaret, et sibi totaliter substitueret in heredem si propriam non haberet, similiter e converso et hoc cuiuslibet jure in integrum conservato et hoc jure quod ei nullo tempore immutabo. Terram vero que ad ipsum ex paterna successione devenit, in proteccionem meam et in tutelam suscipio, et contra omnem hominem toto posse meo defendam, tam per me quam per meos et suos milites. Barones eciam eius et alios nobiles pure diligam et benigne confovebo, plebem et terram bona fide et pie exclusis gravaminibus et exaccionibus indebitis regam, et ius suum cuislibet conservabo, judicia iniusta penitus interdico. Jura iusta et honesta secundum Episcopi et Baronum consilium tenebo, et faciam ea firmiter ab aliis teneri. Quod si quis violaverit punietur, et si iteraverit, dignitate quam habet privabitur. Ecclesiam vero in omnibus finibus illis constitutam in eo quidquid obtentam et ex antiqua consvetudine vel libertate concessa, a fratre meo duce Lescone premortuo illibatam conservare volo, salvo eo, si quid impetrante domino pro remedio anime mee ampliare mihi placuerit in augendo. Datum ab Incarnacione Domini Millesimo ducentesimo vigesimo octavo. in Colloquio et cena. presentibus Vincencio Gneznensi Archiepiscopo. Joanne Cracoviensi et paulo poznaniensi Episcopis, abbate Sinecensi, Rudolpho Cantore Cracoviensi, Andrea preposito Sancti Floriani et Joanne Archidiacono Sandomiriensi – Pacslao Sandomiriensi, et Marco Cracoviensi palatinis, Mschzuione Castellano Vislicienci et aliis multis.

Ex libro privilegiorum Capituli Cracoviensis.

Druk

jest w Gradyszewicza Żywot błogosł. Prandoty, nro 14, str. 220.

przepisane z Kopii z Archiwum Kapituły Krakowskiego
D. 3 Sier. 1819.

[Kod. Kat. Krak. nr. 24.

1243. [13. VIII.]

Quia iustis petentium desideriis fa-
vor aequitatis et vigor rationis
gratum exigunt impertiri sensum.
Inde est quod nos divina dispo-
sitione Boleslaus Dux Cracoviensis
et Sandomiriensis, una cum matre
nostra, inspecta devotione Venerabi-
lis patris nostri Prandotae Cracovien-
sis Episcopi et Ecclesiae Cracovien-
sis, dignisque ipsorum obsequiis gra-
to volumus ipsius petitionis desi-
derio respondere, et maxime dicto
Apostoli innitentes dicentis quod
omnes stabimus ante Christi
Tribunal recepturi sive bonum ges-
serimus sive malum diem messio-
nis extremae, bonis nitimur operi-
bus praevenire et ob remedium
animae nobilis principis patris
nostri et nostrorum, partem villae
de Boleslowicz nostro ducatui con-
tingentem dicto Episcopo eiusque
successoribus canonice intrantibus
in perpetuum pleno iure concedimus
possidendam, et ne quis hanc no-
stram donationem valeat impedire
aut ei ausu temerario contraire,
eam praesenti scripto memoriae
volumus in perpetuum commen-
dari

dari et ipsam nostri sigilli mu-
nimine communiri. Actum autem
in festo Sanctae Margarethae in
Ecclesia Sancti Wenceslai Anno Domi-
ni Millesimo Ducentesimo quadrage-
simo tertio Indictione prima trede-
cima die intrante Judicio prae-
sentibus Venerabili Viro F. Archie-
piscopo Gnesnensi Vito praeposito Cra-
coviensi Pandoslao seniori Castel-
lano Cracoviensi et Sandone Castella-
no Visliciensi Nicolao Castellano de
Bese et Virzga Castellano de San-
dec et Stephano Castellano de Ze-
bow petro Castellano de Woyniz
et alijs Junioribus.

[Kod. Kat. Krak. nr. 24.]

1243. [13. VII.]

Wydrukowane z żywotu bł. Prandoty p. 220.

Inde est quod nos diuina disposi-
tione Boleslaus dux Cracovie et
Sandomirie una cum matre nostra
inspecta devotione venerabilis pa-
tris nostri Prandotae ~~Episcopi~~
Cracouiensis Episcopi et Ecclesie
Cracouiensis dignisque eorum ob-
sequiis grato volumus ipsius pe-
titionis desiderio respondere et ma-
xime dicto Apostoli inniten
dicentis quod omnes stabimus an-
te Christi Tribunal recepturi sive
bonum gesserimus sive malum
diem messionis extreme bonis
interim nitimur operibus prevenire et ob
remedium anime nobilis principis pa-
tris nostri et nostrorum, partem vil-
le de Boleszowicz nostro ducatui con-
tingentem dicto Episcopo eius que suc-
cessoribus canonice intrantibus in per-
petuum pleno iure concedimus possi-
dendam et ne quis hanc nostram
donacionem valeat impedire aut ~~ei~~
ei ausu temerario contraire, eam

presenti scripto memorie volumus in posterum commendari et ipsam nostri sigilli munimine communivi. Actum autem in festo Sancte Margarethe in ecclesia Sancti Wenceslai anno M. ducentesimo quadragesimo tertio indictione prima die intrante judicio presentibus venerabili viro F. archiepiscopo Gneznensi, Vito preposito Cracoviensi, Pancoslao seniori Castellano Cracoviensi, et Sandone Castellano Visliciensi, Nicolao Castellano de Bese[+] et Virzgala

1251. Wierzgo Cast. Sand. Nak p. 171.

Castellano de Sander et Stephano Castellano de Gechow, Petro Castel. lano de Woynicz et aliis junioribus.

Z odpisów sporządzonych dla Mik. Nowaszewicza

z rejestru Bazyl. u Wodz. Rzecz

[Kod. kat. krak. nr. 29.] 300

Druk. w Kod. kat.

1247, 6 lipca.

f. ~~103~~ v. Klasztór jędrzejowski godzi spór z kapitułą krakowską o wieś Nawarzyce, odstępując jej wieś Grębołów.

In nomine domini amen. Anno incarnacionis eiusdem ~~1247~~ MCCXLVII mota questione coram reuerendo patre Opij abbate chezarum in Polonia, Pomerania, Prussia et circa adiacentibus regionibus Domini pape Innocencij quarti vices agente, contra abbatem de Andrzeiow et conuentum eius a decano et capitulo Cracouiensi super villa Nawarzycze, quam idem decanus et capitulum ad ius et proprietatem ecclesie prenominate asserebant pertinere, vt pote nomine ipsius et eius pecunia ab (sic) a dicto ecclesie scolastico comparate, in cuius eciam possessione fuerat corporali, et habita aliqua altercacione, tandem de consilio et auctoritate venerabilis patris Prandote dei gracia episcopi Cracouiensis talis ordinacio et transaccio inter ipsos interuenit, vt videlicet nominati abbas et conuentus dictam villam Nawa-

rzycze retinerent, data villa Grambolow
decano et capitulo prenominatis, facta
cessione ab abbate et conuentu decime
eiusdem ville, et alterius que Trosniszow
nuncupatur, in cuius commutacione
et restauracione supra prefati abbas et
conuentus a nominato episcopo et capi-
tulo eius decimam dicte ville Nawarzy-
cze receperunt, cum omnibus nouualibus,
que in eiusdem ville districtu in fu-
turum insurgere contigerit; hoc in om-
nibus habito moderamine, quod supra
prefati decanus et capitulum tenerentur
tueri abbatem et conuentum prefatos
in possessione ville prenominate Nawa-
rzycze. Et si forte ab aliquo cognatorum
dicti scholastici vel quouis alio sine cul-
pa abbatis vel eius conuentus eadem
villa euinceretur, abbas cum suo con-
uentu ad villam Grambolow impedi-
mento omni cessante reuerteretur, recu-
peratis decimis villarum predictarum,
decanus et capitulum ad ius quod eis
in villa Nawarzyce competit, absque
vlla contradiccione redibunt, episcopo
decimam recuperante. In memoriam

rei geste et perpetuum robur, presens litera sigillis episcopi prefati, et eius capituli, nec non et abbatis nominati de consensu conventus ipsius, est sigillata. In octava apostolorum Petri et Pauli. Omnibus autem his interfuerunt testes, qui sunt in pargameno scripti. –

[Kod. Kat. Krak. nr. 32.]

A. D. 1251.

Casimirus dux Cuyavie et Lanciciae villam Cesemino Ecclesiae Beati Wenceslai in Cracovia restituit.

Quoniam propter tractum temporis longevi sepius sufficiencia deficit probacionis, et sic veritas plerumque in dubium revocatur quare sapiencia discretorum decrevit ea que rite statuuntur seu ordinantur, scripti patrocinio roborari, ut sic veritas loco sui tentorii dilatato, funiculos memorie a modernis protendat usque ad sempiternam posteritatem. Ideoque nos Kazimirus dei gracia Lanchicie et Cuyavie dux universis presens scriptum inspecturis duximus notificandum, quod ob amorem et reverenciam Sancti Stanislai et Sancti Wenceslai Martyrum, et peticionem Venerabilis patris prandote Cracoviensis Episcopi, villam nomine Cesemino quamquam a longis retro temporibus a jure suo fuisset alienata restituimus sibi et ipsius ecclesie perpetuo possidendam. Relaxantes eciam hominibus ipsius cum affectu gratuito qui Groppi vulgariter nuncupantur de singulis villis eorundem quatuordecim porcos et sex Pras quod Naraz dicitur, et decem urnas tritici et brasei, tres urnas magnas mellis, decem modios de Sluz quos pro canibus tenebantur exhibere. Ut autem hec nostra donacio et ordinacio sine diminucione perpetuo perseveret, presentem paginam nostri sigilli munimine fecimus roborari. Datum in Coval Anno gracie MCC quinquagesimo primo –

Pieczęć N. 1. na plecionce z czerwonego jedwabiu.
Z Archiwum Kapituły Krakowskiej –

[1252.] 2. 50 a 303

A.D. 1242 sine die et loco

Confirmatio privilegiorum monasterii Sieciechoviensis Ordinis Sancti Benedicti per Boleslaum Ducem Cracoviae

[Kod. Kat. Krak. nr. 34.]

In nomine Domini Amen. — Ob reverentiam Beatae mariae virginis Gloriosae, et beati Benedicti, in cujus honorem Coenobium est constructum Sieciechoviense, et etiam considerantes grata et fidelia servitia et perutilia nobis atque proficua Reipublicae Domini Swiętoslai Abbatis et fratrum ipsius, contulimus et irrecuperabiliter dedimus, Monasterio ipsorum, tam in civitate, quam in villis dicto monasterio spectantibus perpetuam libertatem. — Sunt autem hae villae quae donatae sunt a Duce Henrico bonae memoriae. Villa quae dicitur Drzewczagóra, Lesna cum lacu et Thelonium in Siotowin et Jatza qui cognominatus erat dux; Łzoczna, Stpicra, Siewtorz, Hostwisz, Nadryb, Jaczkowa, Dąbrowa, Nasilow, Opathowice, Jastkow, aliud Jastkow, et tertium Jastkow, Zaorwa, Stotniki, a comite magno Sethco ipsius Claustri fundatore, a quo et nomen accepit situs loci hae villae sunt traditae. Locus Abbatiae cum foro Podolszany, Mozolice, Brzesce, Psary, Siedlcze, Ostrow minus et ~~Ostrow~~ Ostrow majus, Rembiettow, Kobylany, et quaedam cujus est commutatio Janikow. Prata vero quae dicuntur Chechel a Comite Crivolando (Crivosando) data sunt. Orzechow a Comite Martino data est Criszica ab aliis Nart, Posthomiore, Szawtowica et Garno. Cyszyca, Brzeznica Slowm, Swiąćica, Opatkowice, Sadkow circa Radom ad sanctum Petrum - Karom, Orzechow, Boguchwałowo, a Petro Petricomis filio datae sunt in terra Mazoviae, eximentes ipsos ab omni servitio judicio, et obedientia palatinorum, Castellanorum et omnium Officialium ipsorum, ita ut nec citentur, nec citati compareant, et si per violentiam comparerent, respondere minime tenebuntur nec se pignorare permittant nostra Authoritate, imo licitum est eis vim vi repellere, et removere. Sententiae

ver-

vero si que late fuerint contra eos, casse et irrite habeantur et
inanes, nec aliquo tempore convalescant. Si que vero exactiones
vel solutiones per nos ponentur in territorio nostro sicut Poradlne
vel alie qualescunque Domino Abbati et fratribus ipsis in villis
propriis percipere concedimus, et in subsidium perpetuo dona=
mus — habeant etiam liberam et perpetuam potestatem venandi a-
pros, onagros, cervos, et alias bestias et feras in Castellania Sieciè-
choviensi, et villis ipsorum propriis, castores, vaccas, que ducatui
singulis annis pertinebant in villis prenominatis in perpetuum rela-
xamus. Sint etiam preter opole, et extra ipsius solutiones. Eme-
tiones vero si se vulneraverint vel occiderint, per abbatem vel judi-
cem ipsius judicentur et condemnentur, et condemnatus recipiatur.
Et si ad presentiam nostram citabuntur, non comparebunt, nisi per
litteram nostram sigillo consignatam. Villas et tabernas locent,
jure qualicunque volunt, suo pro libitu voluntatis. Si super privile-
gio presenti, videlicet aliquo articulo invidus omnis moverit litem,
privilegium non ostendatur, nisi coram nobis in publico colloquio
exhibere teneantur. Ut autem nostre eleemosyne statutum in
perpetuum maneat inviolatum, ipsum presentibus cum sigillo nostri
annexione dignum duximus roborandum. Anno Domini Millesimo
Ducentesimo Quadragesimo secundo — presentibus his nobilibus quo-
rum ista sunt nomina: Thomas Thesaurarius Cracoviensis, Warsz
gladifer, Stirlaus subdapifer. Sasin subpincerna, Jacobus filius
Pakoslai, Milianus subjudex et aliis quam pluribus fide dignis.
Datum Cracovie per manus Domini Twardoslai —

Przywilej ten wypisałem z ~~potwierdzenia~~ Aktu potwierdzenia przez Jana
Kazimierza pod rokiem 1665. — Wyjmie akta [illegible]
z dawniejszego potwierdzenia jako to Kazimierza Wielkiego
r. 1367. ~~drugie~~ i Alexandra r. 1504. — Wysłowienie
przywileju wcale odmienne od innych przywilejów spółczesnych,
i data 1342. zamiast 1242. bo tak właśnie
nie napisane było w Dyplomacie Jana Kazimierza; i mnie
~~ten przywilej~~ go w podejrzenie podaje. Wszelako i po-
nowienie jego był zatwierdzony w ~~[illegible]~~ r. 1754. a ta
zawsze w dawnie [illegible].

Druga potem tego przywileju poczynający od wyrazów eximentes ipsos umieścił Paprocki w Herbach Rycerstwa polskiego na karcie 12 … mówiąc o nadaniach dla klasztoru Sieciechowskiego przez Toporczyków, o których tak się wyraził:

… starodawne znaki potwierdzają że nie od inszych tylko od tych Toporów ten sam klasztor jest fundowany od Bolesława króla zbudowany, apparati nadany etc. Tenże klasztorowi te wolności na tych wszystkich wsiach wyższej pomienionych z nadane jako opowiadają przywileje klasztorne regalibus sigillis munite, których jest sens w te słowa: – (tu następuje przywilej aż do wyrazów dignum duximus roborandum) a dalej dodaje Paprocki. A to się działo roku pomienionego 999 –

~~[illegible]~~

Widać stąd że Paprocki uważał ten Akt za Dyplomat Bolesława Chrobrego, wprawdzie wysłowienie jego bardzo różni od ~~[illegible]~~ przez 40 lat ~~[illegible]~~ wysłowienia dyplomatów 13o wieku, ale to jest widocznie skutkiem odmian przez późniejszych przepisników wprowadzonych, który wpisując ~~[illegible]~~ dosłownie dyplom Bolesława Krzywoustego do Aktu zatwierdzenia, tok jego wyrazów poprzekręcali i treść tylko jego zachowali – wyraźny tego dowód zobaczymy niżej na jednym z dyplomatów Władysława Łokietka, w którym dawniejszy przywilej Mieczysława Starego dosłownie ma być ~~[illegible]~~ zamieszczonym, a który w wyrażeniach swoich żadnej nie ma z oryginałem zgodności –

Uważać w tym Dyplomacie są osobliwości na uwagę zasługujące, a mianowicie że poddani wiosek których darowiznę króla dla klasztoru Sieciechowskiego zatwierdza, nie są ~~[illegible]~~ uwolnieni od danin i ~~[illegible]~~ powinności polskich, ale je mają opatowi oddawać – ~~[illegible]~~ owe być powtórzeniem pierwotnego nadania przez Bolesława Chrobrego ~~[illegible]~~, tem prawdopodobniej że o powinnościach polskich wspomina si quae per nos provenirent in territorio nostro sicut poradlne vel alie qualescunque – Wiadomo z historii że nałożenie tego rodzaju służebności na przynależności gruntowe tylko dziedzicom Bolesława Chrobrego, w 13m wieku uwalniano od nich raczej Kościelne dziedziny, ale nie mam ~~[illegible]~~ śladu aby gdzie nałożenie owych zapowiadano –

Żałować należy że się ten Dyplomat w oryginale naszym nie do-

Akt ten nie jest fałszywy, - lecz tu oczewiście niedokładnie podany być musiał, - będąc wzięty z zbyt późnej kopii. W Starożytnym Kopiarzu przywilejów Kapituły Krakowskiej z wieku XV^{go}, (bo jest ich dwa) - ten akt jest także zawarty, i być może, że nawet się tam i jego oryginał znajduje. Data jego jest tam z r. 1252. - Z tego Kopiarza wiernie przepisane to nadanie, posiadam, i podam Redakcyi wraz z innemi dawnemi dyplomami, - a do tego czasu, będę mógł jeszcze i oryginału poszukać. - Będzie więc może lepiej, ten akt tu udzielony, na teraz z druku wyłączyć. —

[Kod. Kat. krak. nr. 40.]

Liber Metrices Regni N° 24 fol. 270 verso

305

An. 1254. die 30 mens. Maji.

~~M. 24 f. 270 v.~~
Confirmacio privilegiorum Monasterii Sancti Augustini in Zwyerzynyecz.

1254. In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Regalis Majestatis auctoritas adeo immensam caritatem in quoslibet subditos suos exercere consuevit, ut semper promptam voluntatem pre se ferre non recusat (sic) ad eorum, quibus opus est commoda resarciendo, et incommoda relevanda, et presertim ubi aliquid vetustate corrumpitur, quod perpetue memorie tribuendum est, illud clementer instaurare ac innouare solita est. Et cum in omnes clementem se exhibere solet, multo magis in ecclesiarum incrementa,

/p. 271/ per quarum veneracionem et bonum statum meritum salutis eterne pronenire firmiter creditur, proinde nos Sigismundus dei gracia Rex Polonie, Magnus dux Lithuanie, nec non terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiauie, Russie, Prussie, Culmensis, Elbingensis, Pomeranieque dominus et heres etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris, harum noticiam habituris, quomodo in nostra et consiliariorum nostrorum hic nobiscum existencium presencia constitutus personaliter venerabilis Andreas prepositus, suo, ac religiose anne abbatisse tociusque conuentus monasterij in Zwyerzynyecz nominibus supplicauit humiliter, quatenus eisdem priuilegia, literas tenoris infrascripti propter earum vetustatem et decrementum, de gracia et munificencia nostri regijs instaurare et innouare, approbare, ratificare et confirmare dignaremur. Quarum tenores sequuntur

In nomine sancte et indiuidue trinitatis, amen. Quoniam cuncta trahit secum voluitque

volubile

volubile tempus, et ne ea que geruntur in tempore, volubilitate temporis a memoria hominum elabantur, as. solent ascripto (sic) testium et testimonio apicum perhennari. Noverit igitur tam presens etas quam futura, quod nos Boleslaus dei gracia dux Cracovie et Sandomirie ecclesiam sancti salvatoris Monasterij de Swerincia ordinis premonstracensis (sic), Cracoviensis diocesis non modico favore, assensu et devocione fideliter complectentes, pro nostra salute et requie eterna nostrorum parentum, ut sanctimoniales dedicate commodius instent cultui divino, confirmamus eidem monasterio jure hereditario imperpetuum possidendas omnes villas et hereditates a fundacione et postea donatas, pecunia comparatas et pro alijs commutatas cum omnibus utilitatibus absque ulla diminucione, Quarum ista sunt nomina: Swerincia cum thabernis circa Ostrigoneam, et Crethcovet ante Cracoviam, Dambe cum pratis et omnibus utilitatibus, Vegrbea thaberna cum agris et pratis, Rudava cum molendino et thabernis, Liski cum hominibus ascripticijs, Olsenicia cum hominibus ascripticijs, Rogosnik cum hominibus ascripticijs, Modlnicia cum hominibus ascriptitijs,

Bibice

Bibce cum hominibus ascripticijs, Lubothca et Domaskow cum silua, pratis, lacu et campo ogerowske polije, Pobednic cum silua, pratis, taberna, molendino, et stangnis, Spitaar cum hominibus ascripticijs, Chranstonia cum taberna, pratis et molendino, Clonow cum taberna et silua, Coseyow cum taberna, Sarbe cum taberna, et molendinis, Kamenaice cum taberna, molendino et pratis. Polostvas cum silua et omnibus utilitatibus, Facimech cum taberna, silua et Wisla cum utroque

littore

littore, Krzanczin cum tabernis, silua et pratis, Rokow cum taberna, pratis et utroque littore fluuij Scaue, et cum silua, Muchars cum thaberna, silua, pratis et utroque littore scaue. Grodisce cum silua, pratis, et cum taberna, Grodek cum tabernis, molendinis, silua et pratis, Mons ante Cracouiam cum ecclesia sancti Benedicti. Cum (sic) Plazow cum taberna, pratis, silua, et stagnis. Pregorel cum hominibus ascripticijs et cum Wisla, Belani cum taberna, pratis, silua et Wisla, ~~Crathkowice~~ Crathkowice cum hominibus ascripticijs, sartago que Ceran wlgariter dicitur in Sicina pro decoquendo sale et pratum Skomsin, Vetrna gora dicta in terra Lublensi cum adiacentibus hereditatibus, idest cum Crampa, Woysin, Recicea(sic) Jonorecz cum utroque litore Wisle cum clausuris ad piscandum / cum stagnis et cum silua Jak-
p. 271 sici cum hominibus ascripticijs, cum tabernis, foro, et silua. Has omnes hereditates memoratas predicto Monasterio confirmamus jure perpetuo possidendas, cum agris, pratis, siluis, rubetis, fluuijs, piscinis, stagnis, molendinis, tabernis, piscacionibus, venacionibus, castoribus, rubetis et querretis. Damus preterea supradicto monasterio de Sueuincia et omnibus hominibus, seu incolis villarum premissarum de nostra specialis gracie prerogatiua, ut prepositus (sic) (a) cum omnibus jam dictis (a) ~~wyraz nieczytelny~~ ad se pertinentibus, coram nullo castellano, palatino, aut alio quocumque judice teneatur (sic) respondere aut judicari excepto solo nostro judicio, in quo judicabuntur (sic), quando per literam cum sigillo nostro et per Ministerialem citati, judicium subire tenebuntur. Si vero homicidium euenerit apud ipsos, tunc noster judex ad claustrum descendens, de causa homicidij cum

preposito discuciet

cum preposito discuciet, solucione tamen capitis ad ipsum prepositum pertinente. Statuimus insuper, ut omnes homines ad sepedictum Monasterium de Suevincia pertinentes ab omnibus exactionibus et solucionibus, que a wlgo staan, strora, crowa, ovis prevod, povoz, povolove dicuntur liberi sint cum omni posteritate sua et absoluti. Ut autem hec nostra confirmacio, donacio, concessio, apud posteros robur perpetue obtineat firmitatis, presentem paginam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Si quis vero de nostris successoribus, hanc ausu temerario presumpserit violare, in nostris delictis et commissis, pro quorum remedio hec fecimus, coram judice vivorum et mortuorum reus teneatur. Actum publice in Chorcin, anno incarnacionis domini millesimo ducentesimo quinqua-
1254. gesimo quarto (1254), tercio kalendas Junij, coram hijs testibus, quorum ista sunt nomina Gedco castellanus de Sandech, Boguslaus dapiffer Sandomiriensis, Petrus filius Dursiporagi camerarius cracoviensis, Sando succamerarius, Culianus subjudex, Pribislaus subdappifer, Joannes subpincerna, Jacobus filius Pacoslai, Fulco filius Michaelis, et alijs quam plurimis (sic) Datum per manum domini Fulconis cancellarij nostri.

Confirmationem hujus privilegii vide ~~in~~ sub finem privilegii anni 1256 ex eodem libro Metrices 24 f. 27 depromti.

---

45) jest u Gładyszewicza Żywot błog. Prandoty, nro 16, strona 226; bulla wydane jest w roku 1256 ~~1254.~~ [26. I.] 307

AIIA.

Confirmatio Alexandri Papae IV. omnium libertatum Ecclesiae Cracoviensi per Boleslaum Ducem Anno (1258) concessarum.

[Kod. kat. krak. nr. 48.]

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Episcopo et Dilectis Philips Capitulo Cracoviensi Salutem et Apostolicam Benedictionem. Iustis petentium Desideriis dignum est nos facilem praebere consensum et vota quae a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Cum itaque sicut lecta Nobis Vestra petitio continebat dilectus ~~Philippus~~ Philippus Nobilis Vir Boleslaus Dux Cracoviae et Sandomiriae quasdam libertates Vobis et Ecclesiae Vestrae ab eo et progenitoribus suis concessas quia in eis ambiguitatis remanserat scrupulus duxerit declarandas! Ne una cum dilecta in Christo Filia Nobili Muliere G. Ducissa Matre sua quasdam Vobis et ipsi Ecclesiae ac hominibus villis et rebus ejusdem Ecclesiae ac Universo Clero civitatis Dioecesis Cracoviensis libertates et exemptiones saecularium exactionum rationabiliter duxerit concedendas prout in suis patentibus litteris confectis exinde ac suo (et venerabilis fratris nostri Archiep. Gnesnensis) sigillis munitis plenius continentur. Nos Vestris supplicationibus inclinati declarationem libertates ac exemptiones hujusmodi sicut provide factae sunt, auctoritate Apostolica confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus tenorem literarum ipsarum praesentibus inseri facientes, qui talis est:

tu następuje przywilej Bolesława Wstydl. r. 1255 (u Gładyszewicza str. 221–226.

(Wiszniewski na stronie 474. T. II.) (do alia autem)

1252.

[ ] jest to zakończenie przywileju Bolesława Wstydliwego z r. 1255, znajdujące się u Gładyszewicza na stronie 225

[Alia autem in colloquio ex supra scriptis roborata sunt et approbata in Chrober celebrata Anno Domini M.C.C.L.IV. XIIII Cal. Julii. Praesentibus supradictis testibus excepto Michaele Castellano Cracoviensi qui jam defunctus fuerat et Gando in loco ipsius substitutus, et post modum omnia supradicta finaliter determinata interventu. Venerabilis Sponsae Christi sororis ~~Salomae~~ Salomeae Germanae nostrae quondam Reginae, in colloquio habito in Zawichost cum Baronibus Nostris. Anno Gratiae 1255. XV. Cal. Maij. Praesentibus fere omnibus proxime suprascriptis et D. Martino Abbate de Wanchosk Cisterciensis Ordinis et Fratre Alberto Ordinis minoris et Magistro Bartholomeo de Praga, quibus mediantibus supradicta omnia sunt completa.] Nulli ergo hominum et caetera. datum ~~Lathavinii~~ Laterani. VII Cal. Febr. Pontificatus nostri Anno II.—

Wydany przy [illegible]

[Kod. Kat. Krak. nr. 58.

1258. [11. VI.]

Boleslaus Dei gratia dux Cracoviae et Sendomiriae cum serenissima genitrice sua Grimislava omnibus quibus praesens scriptum innotuerit salutem in auctore salutis. Ad vestram notitiam volumus pervenire, quod nos animo devoto recognoscimus omnes libertates Ecclesiae Cracoviensis villis et hominibus eius concessas, et promittimus firmiter quod tam a nobis quam nostris successoribus auctore Deo perpetuo inviolatae conservabuntur prout in privilegiis ipsius super iis confectis sunt expressae et protestamur tenore praesentium declarantes, quod per hoc quod Venerabilis pater Dominus Prandota Dei Gratia Cracoviensis Episcopus Capitulum et Clerus suus ad nostram humilem petitionem homines suos tam liberos quam ascriptitios duxerunt nobis suos concedendos ad opus munitionum aedificandarum, in castro videlicet Cracoviae et castro Sandomiriae pro salvatione tam cleri quam populi terrae a facie cladis exitialis,

quam Deus a populo suo clementer avertat, quae nobis a proximo imminere veraciter nunciata pavorem omnibus incussit, et honorem privilegiis ipsorum, nullum prorsus praeiudicium debeat generari, nec a nobis aut posteris nostris aliquatenus valeat in exemplum trahi quod pro tam nimis urgente necessitate semel esse factum dinoscitur, unde possint praetacta libertatem privilegia saltem leviter violari. Datum in colloquio iuxta Sandomiriam in Blonie celebrato Anno domini Millesimo Ducentesimo Quinquagesimo octavo in die Beati Barnabae Apostoli praesentibus quorum nomina sunt haec: Adam Castellanus Cracoviensis, Sangneus palatinus Sandomiriensis, Nicolaus palatinus Cracoviensis, Bogufalus Castellanus Sandomiriensis, Bogusha Castellanus Wisliciensis, petrus Castellanus Lubliniensis, Visla(us) Castellanus de Malogosth, Jacobus de Woynicz, petrus Castellanus de Czechow, Joannes Judex Sandomiriensis, Nicolaus Judex Cracoviensis, Zaliolaus pincerna Sandomiriensis Varo dapifer Sandomiriensis, Gnevomirus Dapifer Cracoviensis, Sarinus Succamerarius Sandomiriensis, pelka Succamerarius Cracoviensis, Laurentius Subdapifer ~~Cracoviensis~~ Sandomiriensis, Michael Cracoviensis et aliiquam plures. Et ut super hac nostra protestatione omnis maligna cavillatio seu dubietas in perpetuum abscidatur, praesentem chartam nostri sigilli autentici appensione per manum Swardolai nostrae Curiae subcamerarii dusimus roborandum.

1256 Segneus Pal. Sand. Nak. 176.
Bogurlaus Cast. Sand. — . . . . .

Z odpisów dla Biskupa Naruszewicza zachowanych w głównym sztabie w Petersburgu.

1271 [3. II.]

dr.

[Kod. Kat. Krak. nr. 68.]

In nomine Domini Amen. Quoniam soli diuinitati conuenit in ullo deficere ac omnium habere memoriam, ideo condicionis humane fragilitas artificio sibi quesiuit remedium, in quo vigor fabrice naturalis summi deficit opificis voluntate. Ne igitur quod agitur in tempore cum euolucione temporis memoria euanescat, assolet scripto testium et testimonio apicum perhennari. Proinde tam presens etas nouerit quam futura, quod nos Paulus Dei gracia episcopus Cracouiensis piam et deuotam intencionem diligentissime attendentes, quam dominus Hermannus canonicus nostre ecclesie habet erga diuinum cultum, presertim in eadem ecclesia ampliandum, eius honestis peticionibus dignum consensum prebuimus et nostri tocius capituli consensu legitimo accedente necnon et eorum precibus suffragantibus ad officiandum et diuina celebrandum ad tria altaria in ecclesia Cracouiensi memorata, videlicet sanctorum Adalberti martiris, Leonardi confessoris nec non beate Margarethe, quod idem canonicus instituit suis rebus in dicte ecclesie camera, que capitulum nuncupatur, cum hactenus ibi non esset. Quod

eciam movens hoc negocium causa extitit principalis, decimas nostras in Kalina, que vocatur Troianouich, Zelenino ibidem prope sito, Chochcea et in Replin integre et absque ulla diminucione, de nostra mensa duximus conferendas et distributas per ipsum dominum Hermannum pro suo arbitrio ad altaria supradicta ministris altarium eorundem, pro voluntate ipsius canonici quamdiu vixerit instituendis, qui erunt pro tempore in perpetuum percipiendas. Ipse vero sepedictus canonicus de bonis sibi a Deo concessis quasi gracias Deo agens et nobis pro eo quod adeptus videtur quod optavit proprio suo motu sincera devocione informato episcopalem mensam quasi reddere indempnem cupiens in hac parte provudit ut predia acquirerentur et compararentur ipsi mense perpetuo incorporanda. Et quia caute prospexit quod hoc ipsum utiliter et efficaciter vix aut numquam per eum poterat peragi, nobis ad hoc exsequendum centum marcas argenti liberaliter obtulit et persolvit. Ad quod negocium nos easdem marcas integre recipientes fatemur ipsi canonico, immo ecclesie nostre, nos esse obligatos et teneri optato effectui mancipandum. Disposicio autem et institucio ministrorum ad altaria supradicta post tempus dicti canonici ad capitulum memoratum semper, non ad episcopum pertinebit. Et quia hoc negocium propter ampliandum cultum Dei ad eadem altaria non minorandum est feliciter consummatum, present.

decreto de prefati nostri capituli voluntate inhibemus, ne ipdem ministri vicariis aliorum dominorum in eadem ecclesia aut alias seu beneficijs alijs occupentur, ne taliter occupati sua derelinquant altaria desolata, ad que officianda sunt maxime instituti. Ad maiorem autem euidenciam omnium premissorum presentem paginam munimine sigillorum nostri et prefati capituli dignum statuimus muniendam. Actum etc. [III Nonas Februarij anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo primo]

Annales Poloniae. Hannoverae 1866 pag. 33 (z roczników kapituły katedralnej krakowskiej)

[Kod. Kat. Krak. nr. 82.]

Wyjęte z Kopiarza przywilejów zawartego w Inwentarzu Ekonomii Niepołomickiej z r. 1736

1279. [6. X.]

In Nomine Domini Amen. quia omnium habere memoriam et penitus in nullo peccare
Divinitatis magis, quam Generis humani est fragilitatis. Conditionis humanae remedium,
Solerti prudentia Sibi reperit, in quo Summi defecit Opificis voluntate. Igitur ne gesta mortali=
um in posteros propaganda a memoria elabantur, assolent Scripto Testium, Scriptique Testi=
monio perennari. Proinde tum praesens aetas noverit, quam futura, quod Nos Florianus
DEI miseratione Abbas, Venceslaus Prior, Nicolaus Praepositus, totusque Conventus Fratrum
omnium Ordinis Praemonstratensium Domus et Monasterij Brestensis Nostrae, volentes Ec=
clesiae Proventus ampliare, conferimus et donamus, ac titulo donationis tradimus per=
petue Godfrido Filio Arnoldi de Glesin liberam facultatem locandi Nostram Civitatem Bresten=
sem Jure Theutonico, quo Civitas utitur quae Novum forum in Silesia nuncupatur, ut eo=
dem Jure Nostra Brestensis Civitas in omnibus gubernetur. Eapropter ut facilius et
commodius idem Advocatus ipsam Civitatem Brestensem Incolis multiplicet et dilatet,
permittimus bona fide Ecclesiam fundare et locare in eadem Civitate. Nec non Ipsi
Suisque posteris et omnibus ejusmodi, Advocati legitimis Successoribus damus et
concedimus unum Mansum in Ipsa Civitate, libere et pacifice Jure Haereditario in
perpetuum possidendum. De alijs vero universis et singulis Mansis totius Civitatis quae
in Nostro Teritorio Brescensi et ad Optām (sic!) mensurati fuerint haec Forma perpe=
tue servabitur, quod semper Nostro Monasterio quinque ab ipsis Advocato Godfrido, quem
dictae Civitati Nostrae praefecimus et Successoribus Sextus semper cedet eosdemque
Mansos, qui de Sexta eis cesserint (sic!) portione Sint, ab omnibus Juribus, Censu et ab
exactionibus et ab omni Solutione et etiam a Jure Decimarum sint in perpetuum liberi
et exempti. Qui autem Domui Nostrae de quinque Partibus cesserint, volumus esse perpe=
tuo Censuales Monasterio Supradicto. Volumus etiam ut omnia Nostra Prata, quae sunt ex
altera parte Vislae versus Civitatem ipsam ad Mansorum quantitatem mensurata Civibus
divisa assignentur. Et de qualibet † tali † sic :: quantitate Prati, Mansum continente sive
falcetur, sive aretur, semper dimidium fertonem Argenti, ab ipsorum Pratorum Posses=
soribus persolvetur. Itaque de eadem Solutione Nostro Monasterio quinque Partes, memoratis
vero Advocato et Successoribus Sexta portio semper cedet. Verumtamen mellificia Monasterii quae
in quaercetis sunt Pratorum (sic) in eadem exarentur* prata, volumus prorsus illaesa et indempta
pro Monasterio reservari. Reservamus etiam Prata de Górka et de Nenkanowich Nostris hae=
reditatibus cum ipsorum tentoriis et omnibus attinentiis pro Nostra Domo in perpetuum
possidenda. Campus etiam a Via Monasterii usque ad Wirowa pro Incolis ibidem, qui ad Servi=
tium Domini Ducis Nostri, quod Przewod vulgo dicitur, teneatur perpetuo. Dasimus reser=
vandos Vinea nec non Via quae tendit ab Monasterio, in qua nullus praeter ipsum Mo=
nasterium Jus aliquod obtinebit. Jam conferimus praefatis querceta quae Coietno nominan=
tur, et querceta ex illa parte Visle pro Pascuis, ac alijs utilitatibus libere et quiete perfru=
enda. Praeterea omnia Macella, praeter unum excipimus pro lumine tenenda Ecclesiae
Nostrae, dicti Advocatus et Successores ipsius cum omnibus Cameris et Stationibus in quibus
Panes venduntur in foro et Calciperiorum, nec non omnia Balnea in Civitate pro se Jure hae=
reditario in perpetuum possidebunt. Lacum etiam qui Lavorum nominatur, et alios parvos
Lacus videlicet Cochtow, Piscorow, ejs semper conferimus Jure Haereditario possidendos. Caeteri
vero Lacus Monasterio tantummodo pertinebunt. Insuper Piscatores in Visla ipse Advocatus
Civitatis cum Sagenis et Retibus, caeterisque Instrumentis, nec non quocunque maluerit ge=
nere piscandi, ubicunque idem Fluvius Nobis de Jure spectat, libere exercebunt. Cives vero
nequaquam aliter nisi cum hamis, et gurgustris in eodem Fluvio piscabunt. Insuper Sylva
Nostra Magna cujus libertatem cum a Domino Duce obtinuerimus, eisdem semper Omnibus
sit communis. Pascua etiam ibidem universa sint ipsis communia universis. Item dignum
statuimus, quod neque per nos, neque per Nostrum Vicarium, sed per Advocatum dictae Civitatis

cum suis Scabinis universas et singulas causas tam Capitales, quam Criminales, et Civiles tum Sanguinis secundum exigentiam Juris, dicti Novi Fori, liberam et perfectam semper judicandi et sententiandi habeant facultatem. De omni autem questu Judicij dicto Monasterio semper duas Partes praesentabunt, tertiam vero Partem Advocatus pro se in perpetuum percipiet Civitatis. Praeter Tria Judicia in quolibet Anno Generalia, quae Nobis dicto Abbati de Iure Nostrisque Successoribus debentur tantummodo. Quibus etiam Judicijs, quando per Nos vel Nostrum Vicarium dictus Advocatus cum adjutorio Civium, Nos vel eosdem expensis suis, iuxta Juris exigentiam videlicet Novi Fori procurare tenebuntur. Praeterea ad omnia alia Jura, et Servitia, et Subventiones nec aliter teneantur ad talia, nisi velint videlicet Ipsi de Gratia speciali; pro emendatione etiam et omni utilitate Suae Civitatis, omnes fideliter laborabunt. Insuper Advocatus Civitatis cum Domino Abbate, nec non Incolae Civitatis pro magnis causis et gravibus una fideliter laborabunt. Insuper item concedimus et tradimus dicto Advocato constituendi duo Molendina super Vislam, et tertium in Rudno liberam potestatem Ipsis, Suisque praefatis Successoribus Iure Haereditario in perpetuum possidenda. Ut autem dicta Civitas melius proficiat, et amplioribus gaudeat incrementis cum dictis Nostris Civibus universis, gratiam facimus Specialem, ut dictus Advocatus et sui Cives, a Censu arearum, et ab omni exactione Sex Annis gaudeant libertate, nec de alijs Mansis incultae Terrae, ubi adhuc sunt virgultae infra Octo Annos, nec Censum Solvent aliquatenus nec Maldratas, sed de quolibet Manso terrae iam excultae modium tritici, modium avenae, et modium Siliginis, et fertonem argenti usualis; Cum eosdem Mansos excolere coeperint in Festo B. Martini solvere semper debebunt. Item addimus adhuc unum Mansum liberum ex altera parte Vislae ipsi Advocato, et ejus Successoribus Iure Haereditario in perpetuum possidendum. Item Pontem supra Vistulam Nostrum pro Monasterij Nostri semper Dominio reservamus. Sed dicti Advocatus et Cives per ipsum transeundi perpetuo habeant facultatem, sintque ab omni Solutione quaecunque debetur ratione Pontis ejusdem prorsus in perpetuum liberi et exempti. Pro qua exemptione Nostrum Monasterium Marcam Annuatim Argenti recipiet, et nihilominus ad separationem Pontis tempore glaciei, et cum urgens necessitas fuerit adjuvabunt in vecturis proinde si Pons sicut evenire solet fractus fuerit Advocato suisque Civibus et nullis hospitibus pro portu libere habere consentimus. In horum itaque evidentiam omnium praedictorum ut justa incolumiter perseverent, roburque perpetuae obtineant firmitatis, nulloque possint calumniae Scrupulo praepediri, presentem paginam praedicto Advocato Godfrido contulimus. Nostrorum munimine Sigillorum videlicet abbatis et Conventus Capituli roboratum. Actum publice Cracoviae Anno Domini Millesimo Ducentesimo Septuagesimo Nono in Octava Sti Michaelis Indictione octava. Praesentibus his Procopio Cancellario Domini Ducis, Domino Hermano Abbate Vitoviensi, Domino Arnoldo Zwerinecensi[2] Praeposito[1], Domino Venceslao Priore Zwerinecensi, Domino Venceslao quondam Abbate Brescensi et alijs quam pluribus.

Kep. I 110.

AD. 1290. d. 12. Septembris

[Kod. Kat. Krak. nr. 92.]

Quoniam lex Domini immaculata et irreprehensibilis, de omnibus licite acquisitis decimas tanquam tributum Deo fore precipit et solvendas, quarum fraudatores aut violenti detentores, veluti homicide in illo novissimo districto examine Dei judicio dampnabuntur, Nos Premislius Dei gracia Dux Polonie et Cracovie volentes in via legis Domini ambulare, nostrorum quoque imitari vestigia progenitorum, qui ecclesias Dei non gravare, sed liberalitatis sue beneficencia et construere, et amplis donariis decimarum et subsidiis elemosinarum promovendo extollere studuerunt, notum facimus et presentibus et futuris, quia videntes nostre matris Cracoviensis ecclesie non modicam desolacionem, ipsamque ecclesiam sincera devocione pariter et affectu ob reverenciam et honorem beatorum Wenceslai et Stanyzlai pontificis gloriosorum Martyrum specialiter prosequentes, nichilominus eciam ob remuneracionem obsequiorum que nobis venerabilis in Christo pater Dominus Paulus ejusdem Dei gracia ecclesie Antistes impendit multipliciter et frequenter, damus, conferimus, et titulo perpetue donacionis pure, libere, et irrevocabiliter tradimus decimam totam integre absque ulla diminucione de tota media parte tocius Suppe Cracoviensis que media pars sive porcio nos contingit ipsi domino Paulo Episcopo et omnibus ejus successoribus causa ecclesie memorate possidendam pacifice ac tenendam et percipiendam certis terminis, annis singulis, nunc et in evum. Volumus enim et promittimus, tam pro nobis quam pro nostris successoribus dictam nostram donacionem quam facimus, de grato favore, benivolo assensu pariter et consensu ac unanimi voluntate omnium Baronum Cracoviensium pro salute nostra et nostrorum progenitorum semper ratam et firmam habere et tenere, et non contra facere nec venire, de jure ingenio, causa aliqua sive facto, nec eam aliqua ingratitudine revocare. Volumus eciam, quod si Supparii vel quicunque alii dictam decimam quocunque ~~in tempore~~ modo impedierint, licet Episcopo

et c

et suis successoribus tanquam nobis eos inpignerare, et nichilominus tamdiu per censuram ecclesiasticam cohercere, donec ejusdem de tunc novissimus denarius persolvatur. Dignum est enim, ut quemadmodum manet eternaliter honor Dei, sic quando pro honore dei et salvacione impenditur animarum, permaneat stabile in eternum. Quicunque autem hanc nostram donacionem infringere acceptaverit, vel ei ausu temerario contraire, cum iniquis in dicto examine recipiat porcionem. Ratam vero habentes, ratificantes et conservantes eandem donacionem et hic utriusque hominis gaudeant sospitate, et in futuro felicitate continua perfruantur. In horum ergo omnium evidenciam cerciorem, et evidens testimonium ut robur perpetue habeant firmitatis, hanc literam sepedicto domino Episcopo contulimus nostri sigilli munimine roboratam. Actum publice Cracovie Anno Domini: M.CC.LXXXX Indictione III. pridie idus septembris. presentibus hys: Comite Zegotha Castellano Cracoviensi. Comite Nycolao palatino Cracoviensi. Comite Nicolao palatino Kalyssiensi. Domino Andrea Cancellario Kalyssiensi. Warcislao Judice Cracoviensi Johanne tribuno Cracoviensi: et aliis quam multis. –

~~Drugi~~ Ten dyplomat znajduje się w Archiwum Kapituły Krakowskiej gdzie także jest drugi tejże samej daty i treści, ale odmiennego wysłowienia. początek jego aż do wyrazów qui ecclesias dei non gravare jest zupełnie ten sam pomijając niektórych wyrazów przekładania dalej zaś tak się ciągnie: –

sed elemosinarum subsidiis exaltare, personasque ecclesiasticas gracia speciali prosequi consueverunt, notum facimus tam presentibus quam futuris, quia nos attendentes diligencius magne fidelitatis affectum, pariter et effectum obsequiorumque fidelium diligenciam, nobis et nostris terris per venerabilem in Christo patrem Dominum paulum Dei gracia Episcopum Cracoviensem, frequentissime impensorum damus et conferimus decimam totam de tota media parte tocius Suppe Cracoviensis, que media pars seu porcio nos contingit, ac perpetue titulo donacionis eidem Domino paulo Episcopo Cracoviensi pure, libere, simpliciter et irrevocabiliter tradimus sibi percipiendam, plene, integre, et absque ulla diminucione, et absque aliqua contradictione, possidendamque perpetuo pacifice et quiete. Ut autem ipsam decimam annis semper singulis percipiat liberius, damus sibi plenum jus et auctoritatem tam supparios quos alios, si qui quod absit apparuerint inpeditores solucionis ejusdem decime inpignerandi. Licebit eciam ipsi auctoritate propria eos per Censuram Ecclesiasticam cohercere donec sibi ejusdem decime denarius ultimus exsolvatur. promittimus eciam dicto domino paulo, hanc nostram donacionem ratam et firmam tenere, et non venire nec contra facere, de jure, ingenio, causa, aliqua sive facto nec ulla ingratitudine revocare, quam sibi fecimus et facimus de communi omnium Baronum Cracoviensium consensu pariter et assensu. In cujus rei evidenciam et evidens testimonium, presentes sibi dedimus nostri sigilli munimine roboratas – Actum g.

w wypisaniu zaś nadto także powyższe odmienny – z obu dyplomatów wisi pieczęć Księcia N. 2. nieźle zachowana i cała –

1303 [25. II.]

L. A.

[Kod. Kat. Krak. nr. 103.]

VIII

Bonifacius episcopus seruus seruorum dei; Venerabili fratri .. Episcopo et Dil[ectis filijs] Capitulo Cracouiensibus. Salutem et apostolicam benediccionem, Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum tam vigor equitatis quam ordo exigit racionis. ut id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum Eapropter iustis vestris postulacionibus grato concurrentes assensu omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus siue per priuilegia vel alias indulgencias vobis et Ecclesie vestre concessas. necnon libertates et Exempciones secularium exaccionum a Regibus et principibus et alijs cristifidelibus racionabiliter vobis et ecclesie predicte indultas sicut eas iuste ac pacifice obtinetis vobis et per vos eidem Ecclesie auctoritate Apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere vel ei ausu temerario contraire Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dei

et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Lateran V kal. Marcij Pontificatus nostri Anno Nono.

Lib. Ant. f. 49 v.

1303 [20. XII] [Kod. m. krak. nr. 368.]

In nomine domini amen ego dña Sulizlana sana mentis et corporis existens
de rebz meis mobilibus et inmobilibz ⁝ sic dispono et ordino quod macellum vendidi
dño alberto aduocato cracouien pro xxiiij Marcis grossorum ipsam pecuniam ⁝ assignan-
do fratribz minoribz apud ipsum dñm albertum pro remedio anime mee et meorum progenitorum
omnium in integrum ⁝ Soluta ipsis fratribz pecunia extoto ipse dñs albertus aduo-
catus cracouien cum suis coheredibz ipsum macellum post obitum ⁝ meum teneat iure
hereditario possidendo Item de instita sic dispono quod mediam confero fratribz
predicatoribz in qua ⁝ Michahel filius Simniconis residet | tali inposita condicione
quod prefatus dñs albertus eandem medietatem institę apud ⁝ prescriptos fratres
pro se et ipsius posteris redimat | sicut tunc taxata fuerit iure hereditario conser-
uando Insuper mediam ⁝ institam do fratribz minoribz in qua minardus
inhabitat tali caucione intermedia quod ipse minardus apud ipsos fratres ⁝ eandem
midoetatem (sic) institę emat | pro se et suis successoribz prout tunc estimata fuerit
ipsam inperpetuum possidendo Item ⁝ vsum vnius banci panis concedo ad
opus beate virginis marie cousque eandem opus consumatum fuerit exintegro ⁝
constituens sepe dictum dñm albertum procuratorem et executorem eiusdem banci
consumato opere eiusdem ecce ipse ⁝ dñs albertus pro se et suis successoribz cum
consensu consulum exsoluat | si sibi visum fuerit et consultum pecuniam vero
qua ⁝ pro ipsa banco dedit ponet adusum eiusdem ecce et conuertat vt autem
hec ordinacio firma et inmobilis perseueret ⁝ presentem literam sigillis Relo-
giosorum virorum videlicet prioris ordinis predicatorum Gardiani ordinis minorum et ⁝
honorabilium virorum ciuium cracouiensium feci roborari Acta sunt hec in
cracouia Anno dñi. M°. CCC° | ⁝ tercio xiij kalendas January

20 grudnia.

Spisane na kartce pargaminowéj 8 cali wszd. długiéj, przeszło 4 szerokiéj charakterem czytelnym. Pieczęci jak akt opiewa winny być trzy, lecz z pierwszéj żadnego śladu nie pozostało; od drugiéj wisi tylko pasek pargaminowy; trzecia na wosku białym odciśnięta, nieszczególnie zachowana, blisko 3 cale średnicy mająca przedstawia mur o trzech wieżach, pobocznych niższych, średniéj wyższéj, we dwóch pierwszych stoją całkowite figury, po stronie prawéj biskup w infule z pastorałem a obok napis scholastyka STANISLAVS, po lewéj rycerz z włócznią z napisem WENCESLAVS: w bramie otwartéj u dołu osoba klęcząca z rękami złożonemi do modlitwy zwrócona twarzą i całym korpusem ku św. biskupowi; po bokach pieczęci herb ziemi Sieradzkiéj, pół lwa i orła barkami połączonych z sobą, nad środkową wieżą orzeł polski w tarczy podobnéj jak dwa pierwsze. Z napisu pozostało po stronie prawéj: DVCAT- reszta zniszczona. Na wierzchu dokumentu zanotowano w treści pismem przeszłego stulecia: Testamentum D. Salislavæ Aº 1303 super 24 marcas et medietatis Conventui donat. Nº XXV.

W posiadaniu prywatnem — miałem użyczony od Stanisł. Pileckiego — mego ucznia — d. 30 stycznia 1869.

~~1306~~ 1401. Z oryginału na pergaminie bez pieczęci, w Archiwum głównem miasta Krakowa, nieco miejscami przegryzionym.

Jn nomine amen. (sic). Noverint universi presentes literas seu presens publicum instrumentum vel transsumptum inspecturi, Quod nos Petrus dei gracia Epus Cracovien. vidimus et diligenter perspeximus ac coram nobis pro tribunali tunc sedentibus loco solito nostre curie Cracoviensis legi fecimus quasdam litteras seu privilegium in pergameno conscriptas, Illustris principis et domini domini Wladislai ducis Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie et Cuyavie ipsiusque vero sigillo subappenso de cera comuni in presula pergameni dependente sigillatas, sanas, salvas et integras, non viciatas, non corruptas, non cancellatas, nec in aliqua ipsius parte suspectas omnique prorsus vicio et suspicione carentes, Nobis per providos et circumspectos viros .. Consules et cives Cracovienses humiliter et reverenter exhibitas et eciam presentatas. In cuius quidem sigilli medio quidam clipeus alte elevatus et subtiliter scluptus (sic) continens in se mediam aquilam et medium leonem simul coniuncta unaque corona pariter coronata, ut ibidem lucidius apparebant. In cuius sigilli circumferenciis circulariter ac linealiter scluptis hec littere capitales apertissime a cruce supra dextram partem clipei superioris ~~apte~~ a parte medii leonis incipiendo apparebant et legebantur + S. Wlad'. dei. gra. ducis. Crac. et Sand'., cuius quidem littere seu privilegii tenor sequitur per omnia et est talis:

[Kod. m. Krak. nr. 4.]

1306. dn. 12 Września.

Nos Wladislaus dei gracia Dux Cracoviensis, Sandomiriensis, Syradie Lancicie et Cuyavie Notum facimus universis presentes litteras inspecturis. Quod civitatis nostre Cracoviensis utilitatibus et profectibus intendentes, damus et annadimus civibus nostris Cracoviensibus, ut deposicionem omnium mercium et rerum venalium in dicta civitate habeant, prout melius et utilius pro civitatis commodo poterent edictare. Volumus eciam et promettimus, ut omnes mercatores de quibuscunque regionum partibus cum mercibus ad dictam venientes civitatem, omnia ipsorum mercimonia sive merces vendere possint hospitibus extraneis vel aliis ementibus quibuscunque, excepto solo cupro, si adductum fuerit de Hungaria vel de Sandecz, vel de quibuscunque aliarum regionum partibus sive locis, nulli extraneo, nisi civibus nostris Cracoviensibus debet vendi. Et dicti mercatores nullatenus, nisi rebus et mercibus venditis dictam nostram civitatem Cracoviensem audeant pertransire. Ceterum addimus, ut predicti mercatores de Hungaria vel de Sandecz et de locis aliis quibuscunque cum cupro et aliis mercibus versus Thorun super aquis non audeant navigare neque in terra deducere, nisi prius dictum cuprum et mercimonia Cracovie deductum deponantur et ibidem .. civibus nostris vendantur, prout superius est expressum. Amplius contractum empcionis bonorum .. Comitis Dobeslai infra muros civitatis que rite et racionabiliter annis pluribus possederunt eisdem civibus nostris favorabiliter confirmamus. Insuper omnibus mercatoribus pisces vel allecia Cracovie adducentibus indulgemus integraliter, quod nullam partem cuiquam hominum solvere debeant,

de eisdem. Item admittimus et concedimus, ut quicunque ~ Civium nostrorum sepedicte Civitatis sal apud nostros emerit Zupparios, vendendi idem sal in civitate nostra Cracoviensi liberam habeant facultatem. Bona eciam predicti Comitis Dobeslai extra muros prope civitatem predicti cives nostri tenere debent et habere, quemadmodum bona eiusdem infra muros possident atque tenent. Ceterum promittimus firmiter predictis nostris ~ civibus et spondemus, quod nunquam muros construere volumus inter castrum et civitatem nostram sepedictam, per quos muros dictum castrum civitati predicte uniretur, sed semper castrum per se, et civitatem per se divisim volumus remanere. In cuius concessionis et donacionis evidenciam presentes fieri mandavimus, nostri sigilli munimine roboratas. Actum presentibus hijs testibus: Venerabili Domino Johanne Episcopo Cracoviensi, Dno. Alberto Palatino Sandomiriensi, domino Nicolao Palatino Cracoviensi, domino Prandotha Castellano Sandomiriensi, domino Pacoslao Judice Cracoviensi, domino Allexandro* Castellano Wisliciensi, et domino Clemente Cancellario curie nostre. Datum Cracovie anno dni. Millesimo trecentesimo sexto pridie Idus Septembris Indiccione et Epacta quarta, concurrente vero quinto.

Quibus quidem litteris seu privilegio sic ut premittitur visis et diligenter inspectis, ad instantem peticionem dictorum ~ Consulum ac Civium Civitatis Cracoviensis predicte, propter vetustatem et pericula ac perdicionem dictarum literarum et privilegii predicti, easdem litteras per nostre Curie ~ notarios publicos infrascriptos auctoritate nostra ordinaria transscribi et publicari nil addendo vel minuendo et in formam publici documenti redigi (sic) mandavimus. Volentes et decernentes, ut huic Transsumpto publico deinceps plena fides adhibeatur tam in judicijs, quam extra judicia et ubique locorum, ipsumque Transsumptum publicum in agendis fidem faciat, ac si privilegium seu littere originales ibidem apparerent, quibus omnibus et singulis auscultacione ac collacione cum notariis publicis infrascriptis primitus littere originalis cum presenti Transsumpto habito diligenti, pro tribunali sedentes auctoritatem nostram ordinariam eidem Transsumpto interposuimus pariter et decretum: ac ad maiorem rei evidenciam et certitudinem pleniorem nostrum et nostri ~ Capituli Cracoviensis sigilla minora ~~eidem~~ duximus appendenda. Actum et datum Cracovie in curia nostra dicti domini ~ Epi Cracoviensis. Sub anno domini Millesimo Quadringentesimo primo, nona Indiccione die Indiccionis Mercurij octava mensis Junij hora quasi vesperorum. Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri dni Bonifacij digna dei providencia pape noni anno duodecimo. presentibus honorabilibus et circumspectis viris dominis Magistro Stanislao Decretorum doctore Alme universitatis studii Cracoviensis Rectore. Magistro Johanne Iseneri sacre pagine Professore Cantore Sandomiriensi, Johanne preposito Sancti Michaelis Canonico Cracoviensis ecclesiarum, et Georgio plebano de Polanecz — testibus — ad premissa — vocatis — specialiter — et rogatis. (sic!)

Notaryusze: 1-mo Laurencius petri de Wolavia clericus Wratislavien. dioc. publ. imperiali auctoritate notarius, etc.
2-do) Bartholomeus Egidii de Bochna Clericus Cracov. dioc. publi. imperiali auctoritate Notarius. etc.

1327 [27. X.] 316

[kod. m. krak. nr. 374.]

In nomine Domini Amen. Cum secundum Sanctorum Patrum instituta, nullus alterius Parochiae terminos aut ius debeat invadere, sed unusquisque deberet suis terminis contentari. Ideoque Nos Joannes divina et apostolicae sedis providentia Episcopus Cracoviensis cupientes nonnullorum praesertim Sacerdotum cupiditatem, per quam aliena plerumque usurpantur, restringere, eamque sub debito moderamine coartare, salutique fidelium providere, Parochias et Plebanos Ecclesiarum Beatae Mariae Virginis, Sanctae Crucis, Sancti Stephani, ac Omnium Sanctorum in Civitate Cracoviensi de consilio et de consensu fratrum Nostrorum, videlicet Capituli Cracoviensis per infrascriptum modum duximus distinguendas, ac etiam dividendas. Parochiam praedictae Ecclesiae Sanctae Mariae, quae quasi in medio aliarum Parochialium Ecclesiarum consistit, certis limitibus et signis ab aliis Parochiis designando, quae limitatio et divisio talis erit. Intrando Civitatem Cracoviensem per portam Sancti Floriani ab ipsa porta per plateam

eundo a sinistro latere usque ad muros Civitatis iuxta domum fratrum de Mogila, similiter a sinistro latere medietas plate.. arum earundem cum omnibus habitantibus in illis pro Pa.. rochia Ecclesiae Sanctae Crucis assignamus, praefatae plateae et contratae praedicto modo eundo ex dextro latere cum omnibus habitantibus in illis ad Parochiam Sanctae Mariae pertinebunt. Item cum Parochia Ecclesiae Omnium Sanctorum limitatio talis erit, eundo a muro Civitatis per Caemiterium Fratrum Praedicatorum ex sinistro latere et a porta fratrum eorundem eundo ad Ecclesiam Om.. nium Sanctorum ex dextro et sinistro latere, et a domo Raczkonis per Plateam fabrorum ad praedictam Eccle.. siam Omnium Sanctorum eundo ex utroque latere et per plateam iuxta Caemiterium Ecclesiae eiusdem eun.. do circa Caemiterium Fratrum Minorum ad portam pri.. mam, quae ducit ad aquam ex utroque latere, et a porta praedicta usque ad aliam portam vicinam circa murum eundo ex utroque latere, a qua porta ad Civitatem eun.. do usque ad primam aciem contra domum Michaelis dicti

Gralt ex utroque latere, a qua acie eundo ad murum circa domum Martini Cauercyani (sic) ex sinistro latere omnes habitatores cum Incolis omnibus Novae Civitatis ad Parochiam Ecclesiae Omnium Sanctorum iuxta Nostram et Fratrum Nostrorum limitationem et ordinationem pertinebunt. Ad quos limites Parochia Ecclesiae Sanctae Mariae suis limitibus se extendet. Item cum Parochia Ecclesiae Sancti Stephani distinctio talis erit. eundo a porta Sutorum usque ad primam aciem a sinistro latere, a qua acie eundo ad aciem Caemitery Ecclesiae Beati Stephani similiter a sinistro latere eundo circa Caemiterium ex dextro latere domus introitum habentes versus dictum Caemiterium usque ad aliam aciem Caemitery, a qua acie eundo per plateam ad muros usque ad balneum Hennusonis ex sinistro latere et ab ipso balneo usque ad muros Civitatis similiter ex sinistro latere domus

(*) et habitatores earundem ad Parochiam Beati Stephani pertinebunt caeteri quoque a limitibus eisdem de Parochia Ecclesiae Sanctae Mariae fore censebuntur. In

(*) W kopii wyraz ten opuszczony.

cuius rei testimonium nostrorum et Ecclesiae nostrae Cracoviensis Sigilla praesentibus sunt appensa. Actum Cracoviae in vigilia Beatorum Simonis et Judae Apostolorum Anno Domini Millesimo. CCC XXVIJ.° praesentibus Honorabilibus et Dilectis Dominis Andrea de Verulis Nuntio Sedis Apostolicae, Joanne Gneznensi, Mathia Cracoviensi Officialibus, Engelberto, Adam, Henrico de Sancto Nicolao et Prandota Praeposito Sancti Floriani Canonicis Ecclesiae nostrae Cracoviensis et aliis pluribus testibus fide dignis.





Wyjęte z księgi rękopiśmiennej pod tytułem: „Varia Privilegia et Decreta Ecclesiae Archipresbyteralis B^mae V^is Mariae" karta 31 i nast. w Archiwum tegoż kościoła znajdującej się.

[Kod. Kat. Kr. nr. 188.] 318

1349. d. 7. Sierpnia.

In nomine domini Amen. Quod magnifica regum auctoritas facere decrevit, debet esse firmum et stabile, roburque perpetue firmitatis obtinere. Proinde nos Casimirus dei gratia Rex Poloniae notum facimus universis tam praesentibus quam futuris hanc literam inspecturis, quod cupientes utilitates Regni mei ~~[illegible]~~ per amplius ampliare et augere, discretis viris Johanni et alteri Johanni damus villam in Olpyna in fluvio dicto Swepychnycza et ex utraque parte dicti fluvii, jure Theutunico quod Maydburgense dicitur, quae villa seu hereditas habebit Centum mansos in circumferentiis suis, locandi disponendi, perpetuo duraturam omnimodam potestatem. Quibus Johanni et alteri Johanni in praedicta villa damus perpetuo et jure hereditario et successoribus ipsorum sculthetiam habendam tenendam possidendam vendendam donandam commutandam pro sua et suorum posterum voluntate convertendam. Qui sculteti ante omnia debent mensurare duos mansos pro ecclesia ibidem in Olpyny, quos nos eidem ecclesiae perpetuo damus possidendos. Duos etiam mansos pro pellendo grege quod Scothnycza wlgariter nuncupatur. Racione locacionis dicte ville damus predictis scultetis et ipsorum Successoribus perpetuo quatuor mansos liberos, et sextum mansum liberum, piscinam liberam ubicunque intra limites predicte hereditatis fieri potest, molendina libera cum quotcunque rotis fieri possunt, Macellum Carnium, sutorum ffabrorum, pistorum seu panum, quatuor ortos liberos, duas tabernas liberas, pratum ad quadraginta currus, licebitque praedictis scultetis Johanni et alteri Johanni ac posteritati ipsorum piscari libere intra limites dicte hereditatis, Mellificia facere in mericis tamen ipsorum sculletorum. Etiam damus iam ipsis Scultetis et suis posteris, perpetuo tercium denarium de judiciis in causis magnis vel parvis, duobus duntaxat pro nobis reservatis. Et ut dicta villa possit locari eo cicius, omnibus et singulis Cmethonibus dicte ville a data presencium ad viginti annos continue computandos damus et tribuimus ab omnibus solucionibus exactionibus collectis serviciis plenam libertatem. Qua elapsa, extunc kmethones quolibet anno semper in festo Beati Martini ratione census, nobis per octo scotos grossorum solvent, et pro decima cui debebitur per fertonem. Preterea excipimus elapsa libertate quod dicti Sculteti nobis et posteri ipsorum ad expedicionem generalem cum homine in galea, in equo valenti sex marcas, tenebuntur servire. Item ad tria judicia magna, ~~quae~~ que ter in anno fieri consueverunt, unum sculteti, et kmethones duo prandia dabunt, vel pro quolibet prandio nostro nuncio per sex scotos solvent. In causis autem capitalibus et criminalibus et aliis quibuscunque magnis vel parvis, sepedictis scultetis et posteris ipsorum, judicandi sentenciandi condemnandi et puniendi, juxta exigentiam ipsius juris Theutunici in villa praedicta vel extra villam damus plenam facultatem. Removemus namque a praedicta villa omnia jura polonicalia, angarias et perangarias, ita quod sculteti praefate ville et successores ipsorum coram nullo penitus debent respondere nisi judicio nostro Theutunicali, dum tamen per litteram nostram fuerint citati. Kmethones vero coram scultetis sepefate ville jure quo supra, respondere tenentur. In cujus rei testimonium nostrum sigillum presentibus duximus apponendum. Datum in Beycz, feria sexta ante diem Beati Laurencii Anno domini millesimo tricentesimo quadragesimo* nono. presentibus hys testibus: Hermanno procuratore generali Terrarum Cracoviensis et Sandomiriensis. Henrico Castellano Wisliciensi, Andrea Succamerario Cracoviensi. Lassotha de Sadip. Dobeslao Subdapifero et Czeslao de Sumsko, et aliis multis. —

---

* napisane tak: quadringentesimo, ale litery nt przekreślone linijką późniejszej ręki i innego atramentu, cieńszego —


Decima

Kap. I. 240.

Przywilej Lokacyi na prawie niemieckim wsi Olpyny — dany przez Kazimierza W. w Byczu r. 1349. —

Wypisałem niniejszy przywilej z ~~kopii~~ transsumpta jego, umieszczonego w oryginalnym Akcie Biskupa Krakowskiego Jana Rzeszowskiego z r. 1479. z którego widać że wówczas wieś Olpyny w Ziemi Bieckiej — (Terra Beczensi) leżąca, należała do Spytka z Mielsztyna, i że tenże na niej 600 czerw. złot. węgierskich długu, na wyderkaffową opłatę 14tu grzywien rocznie zaciągnął, a to na rzecz kościoła wszystkich Świętych w Krakowie, gdzie Jakub Krupowski za tę summę 600 czerw. złoty. Karat, Spytkowi jako Exekutorowi Testamentu, ołtarz Matki Boskiej i apostołów Piotra Pawła i Jakuba erygować i uposażyć — co Biskup zatwierdza. —

Akt. Biskupa oryginalny ma wisz. [illegible] widzieć [illegible]



Nos Nicolaus Judex, Johannes Subjudex Cracovienses notum facimus omnibus et singulis presentem literam inspecturis, quod cum Helka mulier soror uterina Rynerij condam (quondam) de Rynerzowicz, honorabilem virum dominum Petrum Cantorem et Canonicum Cracoviensem citasset ad iudicium nostrum pro media parte hereditatis in Rynerzowicz, iuxta Luborziczam villam domini Epi Cracoviensis site, quam dudum predictus Petrus Cantor emerat a prefato Rynerio, pro quadraginta una marcis et octo scotis grossorum pragensium: asserens prefata Helka, ipsam partem hereditatis per Rynerium fratrem suum venditam, sibi fuisse dudum adiudicatam ad redimendum; super quo exhibuit literam Przibconis quondam Judicis, predecessoris nostri, et Johannis Subiudicis Cracoviensis. Quam relegi pluries mandantes, et diligenter auscultantes, reperimus ipsam fuisse scriptam, et predicte Helcze redempcionem ipsius hereditatis medie per Rynerium vendite adiudicatam, anno domini M°CCC°XLVIII in die Sancti Kalixti pape et martiris, a quo tempore usque ad presentem diem iam fluxerant sex anni minus quatuor diebus: Nos igitur attendentes, quod cuilibet mora et negligencia sua est nociva, et considerantes statutum domini nostri Regis et Baronum suorum generale, quo cavetur, quod cuicunque adiudicatur redempcio alicuius hereditatis, illam precise redimere debet infra annum et sex septimanas, et quia sepedicta mulier Helka prefatam mediam partem hereditatis ~~condam (quondam)~~ in Rynerzowicze ~~fratris sui~~ per Rynerium ut predictum est venditam, non redemit infra tempus statutum ut debuit, — Nos eidem mulieri Helcze super prenominata parte hereditatis condam (quondam) Rynerij fratris sui, perpetuum silencium imponentes, ipsam cum omnibus utilitatibus, pertinencijs suis supradicto Petro Cantori et Canonico Cracoviensi adiudicamus perpetuo possidendam et habendam, donandam, permutandam vel vendendam pro sue libito voluntatis. Preterea, quia idem Petrus Cantor aliam partem hereditatis predicte in Rynerzowicz emit a Clemente fratre dicti Rynerij, pro quadraginta marcis grossorum pragensium, quam partem sepedicta Helka aquisivit iuxta Jus terrestre coram nobis ad redimendum Nos sibi exnunc statuimus ad huiusmodi redempcionem faciendam terminus Juris predicti; videlicet annum continuum et sex septimanas ut superius est expressum; quod si non fecerit, extunc perdet Jus omnino, sibi in eadem parte hereditatis quondam Clementis fratris sui acquisitum, quam de cetero prefatus Cantor sicut emit Jure hereditario libere possidebit. In cuius rei testimonium et evidenciam clariorem, nostra sigilla presentibus duximus appendenda. Actum et datum Cracovie in Cimiterio fratrum predicatorum V° Idus octobris, id est in octava Sancti Francisci, Sub anno domini M°CCCLIIII (1354.) presentibus hijs testibus. Paskone de Ulnia, Nicolao de Lsczyna et alio Nicolao de Jwanowicz, Thomkone de Wanczslawicz, Blaskone de Sweborowicz heredibus, Negoslao et Markone Kamerarijs nostris, Simcone Gyl ministeriali et alijs quam pluribus personis fidedignis.

(Lib. antiquo privill. Cap. Crac. — fol. 74.)

Camerarie Sędziego
ministerialis woźnego

NB. Wyrok ten odwołuje się do rozporządzenia Statutów Kazimierza W.go, lecz rzecz dziwna, iż w żadnym ~~[illegible]~~ z tychże Statutów nie ma mowy o przedawnieniu przez rok i sześć niedziel prawa do poszukiwania na kim swego dziedzictwa. W takim jak tu wyrażonym przypadku, nigdzie Statuta owe nie zakładają krótszego terminu praeskrypcyi, jak trzy lata i trzy miesiące (Vid. Stat. Casim. M. w Jus Polon. Bandtkiego Art. 45, 46, 112, 115, 125) osobliwie też w Art. 125 (albo 126), do którego obecny przypadek najwłaściwiej stosowai się może. Co większa, Art. 115 wyraźnie pod względem kobiet nawet dłuższy termin przedawnienia oznacza. Trudno przypuścić, aby we wszystkich kopiomach Statutów, po Kazimierzu dopiero taką zmianę umieścili pisarze, lub iż w Art 125 może jest omyłka; bo takąż samą treść temuż Artykułowi przypisuje i Art. XII. późniejszych Statutów Warteńskich Władysława Jag. z r. 1420. — Zdaje się więc, że ci powyżsi Sędziowie pamiętając tylko w ogólności o Artykule zapewne naszym 125tym, nie przypomnieli sobie w szczególności oznaczonych w nim lat przedawnienia; a natomiast uwiedli się może panującym (i dawniejszym od Artykułu) zwyczajem przedawnienia roku i sześciu niedziel, o którym, iż był istotnie, są ślady w Stat. Kazim. Art. 113, i w Constitutt. terrae Lanciciensis" Art. X; 23. — Z tego wyroku to się jednak potwierdzać zdaje, iż Art. 126 i inne podobniejsze redakcyi, nie są z przed Kazimierzowskiego prawodawstwa [illegible] chyba że Sędzia tutaj miał na uwadze Art. 115 tylko, prawdziwie Wiślicki, albo też Artykuły 40, 41, 42 i 43: stanowiące artykuł XV. Statutu czysto-Wiślickiego, co także być bardzo może, z powodu podobieństwa motywu niniejszego wyroku o Negligencyi, do motywu artykułu. Vertatur!

Rzeczywiście atoli według treści tego wyroku, akuratnie zachować się zwyczaj w ziemi Krakowskiej, o dawności roku i 6 niedziel, w razie jeśli Powód nie kontynuował sprawy swojej; — ~~więc~~ Vid. Consuetud. terr. Cracov. Vol. I. f. 330. de actore. — Być więc może, że ten zwyczaj mieli na myśli Sędziowie ci. — Ale czyż był na to Statut Króla?

In nomine domini Amen. Quum ea que in iudicijs relicto tramite racionabiliter disponuntur solent scripturis autenticis et testimonio fidedigno roborari, Igitur Nos Nicolaus Iudex et Johannes Subjudex Cracoviensis, Notum facimus quibus expedit universis. Quod cum honesta femina Halka relicta, venerabilem in Chro patrem dominum Bodzantham divina providencia Epum Cracoviensem et magistrum petrum Cantorem Cracoviensem, super hereditate Rynerzowicze coram nobis traxisset in causam, jus sibi in eadem hereditate Rynerzowicze iudicialiter vendicando, Quocirca comparentibus partibus videlicet Halka pro se, Spithko Archidiaconus Curzeloviensis ac Blasius de Sweborowicze, dicti domini Epi procuratores, ad id speciale mandatum habentes, in terminis ipsis per nos assignatis, et iusticiam sibi reddi postulantibus, — predicta Halka in ultimo et peremptorio termino liti cedens, confessa est publice et expresse, nullam porcionem, neque ius aliquod in hereditate Rynerzowicze predicta, quomodolibet habere, renuncians eciam omnino et in toto dominij (ex) Iuri et actioni, si quod vel que eidem in predicta hereditate competere videbatur, et contingere posset quoquomodo in futurum. Nos vero confessioni predicte Helce attendentes atente, consilio assessorum nostrorum habito saniori, invocato dei nomine pronunciamus et pronunciando declaramus, decernentes prefatam hereditatem Rynerzowicze sitam prope villam Luborzicza, ad ipsum dominum Epum, et Ecclie sue Cracoviensi, jure sibi recto? (rito) efficaciter pertinere, et eidem domino Epo possessionem dicte hereditatis Rynerzowicze pacificam, uti possidentis, adiudicamus, silencium predicte Helce in hac parte perpetuum finaliter imponentes. In cuius rei testimonium nostra sigilla presentibus censuimus appendenda. Actum et datum in Slomniky in crastino cathedre Sancti Petri Anno domini M.CCCLVI. presentibus hijs, Wilczkone de Wroczimovicze, Andrea de Rogova, Cristino de Grabinicz, Derzkone de Janovicze, Nicolao de Topola, Borzislao de Stradow, — Conrado, Mathia, Camerarijs nostris, Swantoslao dicto Baran ministeriale et alijs multis.

(Lib. antiquo privill. Cap. Crac. fol. 62. — Cathalogo Nro 136)

Assessores judicij
Camerarij Sędziego Podsędka
Ministeriales osobno, m. Zky

1363 [13. I.]

[kod. m. Krak. nr. 35.]

ad No. 6530.

Privilegium Casimiri Regis!

Super Ius extra Valvam Sutorum, ad quod pertinent omnes Suburbani de Nigra Villa, de Nigra Platea, de Podbrzezie. Etiam ubi Plaustrarii judicari debent. Item Depositorium super Pilas Caprarum. Item de Gierarda et Successione Conjugum de Anno Domini 1363. —

In Nomine Domini Amen. — Noverint, quibus expedit universi, tam praesentes quam futuri. — Quod nos Casimirus Dei gratia Rex Poloniae, nec non Terrarum, Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae Lanciciae, Cujaviae, Pomeraniae, Russiaeque Dominus et Haeres. Diversitatem Jurium Temporalium, quae inter Incolas Civitatis Nostrae Cracoviensis, et ipsius Suburbia specialiter ante portam Sutorum hactenus viguerunt, et multum discrepare videbantur, sub potestate unius Juris et Judicii, ponere et perpetuo conservare valentes; ut ex eo, ipsi Civitati, et utrisque Incolis perpetuus honor et Potestas constanter crescat, et augeatur: — Ex nunc Villas et Possessiones Nostras infrascriptas, videlicet Czarna Wieś, czarna Ulica, et Podbrzezie eidem Civitati Cracoviensi ante dictam Portam Sutorum adjacentes, prout dictae Villae seu Possessiones in suis circumferentialibus insigniis distinctae noscuntur ab antiquo, cum omnibus et singulis Incolis ipsarum, prout ad Judicium Castri Nostri Cracoviensis retroactis Temporibus noscebantur pertinere, Judicio Theutonicali, et potestati honestorum virorum Consulum ipsius Civitatis Cracoviensis vendidimus pro Centum Marcis Grassorum Pragensium numeri Polonicalis, quadraginta octo grassos pro Marca qualibet computando, et tenore praesentium, ratione hujusmodi Judicii Jurisdictionis et Potestatis perpetuis Temporibus vendendo subjicimus, adscribimus, annectimus et incorporamus. Itaque iidem Incolae Villarum praedictarum, pro Causis magnis et parvis non coram aliquo, alio, nisi coram

Consulibus saepedictae Civitatis Cracaviensis, qui pro Tempore fuerint, aut
coram Advocato ipsius, per eosdem deputato, eo Jure quo gaudent In-
colae ipsius Civitatis Cracoviensis respondere teneantur. – De quibus e-
tiam Incolis, ipsi Consules, omnes poenas Magnas et parvas pro se
recipiendi, plenam habent potestatem. Censum vero annuum in eis-
dem Villis, prout aliàs tollebantur, pro Nobis et Nostro Thesauro
perpetuis Temporibus complete reservamus. – Circa quam venditió-
nem et emptiónem Jurisdictionis supradictae specialiter fuit expres-
sum, quod super omnibus discordiis et controversiis Judicialibus, quae
inter ductores Lignorum seu Plaustrarios, eorumque Socios vulgari
Theutonica Flossör nominatos, quocumque modo inter limites dicta-
rum Villarum emersae fuerint, in quantum in fluvio Vislae, ad
Judicium Castri Cracoviensis, seu ad Procuratorem qui pro Tempore
fuerit, in quantum autem in Littore sive in Terra fuerint exortae,
ad Judicium, et Jurisdictiónem Consulum Civitatis Cracoviensis sae-
pedictae, sententiandi et puniendi plena potestas eorundem, perpe-
tuo debet pertinere. Praeterea in Publicum deducimus per prae-
sentes, ut effectualiter appareat, quià Civitatem Cracoviensem et
Incolas, in ea degentes saepedictos, gratia prosequimur et favore
speciàli. Ex nunc de benignitate Nostra Regia damus Depositum,
quod vulgariter dicitur Niderlage, ipsi Civitati ad honorem et
omnibus ipsius Incolis ad utilitatem, commodum et profectum de
omnibus Pilis Caprarum, vulgariter dictis Cygenhor, veniéntibus
de Terra Nostra Russiae et praesertim de Civitate Nostra Lembur-
gense, omnibus et singulis Nostri Regni Incolis de quibuscunque
Civitatibus seu locis fuerint, dictos Pilos emendi, et in Cracavia depo-
nendi, vel Incolis dictae Civitatis vendendi plenam tradimus facultatem.
Ita, quod hujusmodi Pili, non aliàs, nisi in ipsa Civitate Cracoviensi, no-
mine veri depositi, per quemlibet Mercatorem debent deponi, et ab inde
sub privatióne omnium Bonorum, publice vel occulte per quempiam
non abduci, sed ibidem omnes, tam divites quam pauperes, inter Muros Civi-
tatis Cracaviae, duntaxat et extra ad Gremium ipsius Civitatis pertinentes,

qui laborare cum eisdem Pilis voluerint, pilea seu alia quaeque Negotia conficiendo, in quibus ipsorum investigare poterint meliorationem, ex nunc laborandi et conficiendi perpetuis Temporibus plenam habeant potestatem. – Ceterum perpetuae Memoriae omnium et Singulorum praesentibus declaramus: Quia laudabiles Viri Consules Civitatis Cracoviensis saepedictae ipsorum innata prudentia, praesentia et futura sane praetendentes, ad tollendas dubietates de remanentiis morticinarum Suppellectilium, quae vulgariter Rade nominantur, super quibus saepissimis altercationibus, dispendiose taedio occupabantur, ob laudabilem consuetudinem quae pro jure poterit observari, quosdam articulos infrascriptos pro se et suis Successoribus, ac Communitate Civium ipsius Civitatis Cracoviensis perpetuis Temporibus observandos dictaverunt. – Petentes humiliter eosdem Articulos per Nostram Majestatem approbari et confirmari: Quorum Articulorum Sententia dignoscitur esse talis: Quod quandocunque Uxor alicujus Civis Cracoviensis decesserit ab hac luce, tunc omnia Suppellectilia non ad aliquem alium, nisi ad Maritum et ad pueros ipsius, cujuscunque Sexus fuerint, debent pertinere, aliis omnibus propinquis penitus exclusis: Si vero pueri non fuerint extunc omnia Suppellectilia, quae praedicta uxor mortua ad Maritum ejus adportaverat, vel etiam dictorum Suppellectiliorum remanentiae Sorori, dictae mortuae, aut cognatae ipsius, in linea Consanguinitatis propinquiori, de Jure praesententur. – Si autem aliquis Virorum prima Uxore sua et secunda defuncta, et contraxerit cum tertia, idemque Vir praecedat ab hac vita, ex tunc omnia Suppellectilia, quae ipsarum Tempore per eas conquisita sunt parte ab utraque, non ad alium, nisi ad solam relictam devolventur, – et pertinebunt contradictione cujuslibet penitus quiescente. – Nos vero considerantes supradictos Articulos multum bene fore dictatos, et Communitati Civitatis Cracoviensis praedictae congrue et necessarie approbatos, ad instantes petitiones Consulum praedictorum, de Benignitate Nostra Regia ipsos Articulos una cum omnibus aliis praemissis approbamus, perpetuamus et praesentium per tenorem confirmamus. Harum quibus Sigillum Nostrum est appensum Testimonio Litera.

rum. Actum Cracoviae in Octava Epiphaniae Dñi sub Anno Domi-
ni Millesimo Trecentesimo, Sexagesimo Tertio. Praesentibus his Te-
stibus: Ioanne Castellano Cracoviense, Ioanne Palatino Sandomi-
riense, Ioanne Cancellario Cracoviense, Petro Woynicense, Zawissa
Sandecense Castellanis. – et Bodzatha Procuratore generali ac
aliis quam pluribus Testibus fide dignis. Datum per Manus Dñi
Ioannis Cancellarii Cracoviensis supradicti. Scriptum autem per Ni-
colaum Bohemum Notarium Curiae Nostrae Canonicum Ecclesiae
Visliciensis. Locus Sigilli pensilis Majestativi in pixide Laminea Ce-
ra alba expressi.–

Zgodność z Oryginałem w Archiwum Głównem Senatu znajdują-
cym się poświadczam w Krakowie dnia 17. Października 1823 Mar-
kiewicz mp. Arch: Sen: L. S. ~.

1392. [12. IX.]

[Kod. Kat. Krak. nr. 388.]

Hedwigis Dei gracia regina Polonie principesque Litwanie suprema et heres Russie etc. significamus, quibus expedit, tenore presencium, vniuersis, quod veniens nostre celsitudinis ad presenciam personaliterque constituta honesta domina Anna relicta Koleczconis, domum suam sitam in platea porte Kazimiriensis sub castro Cracouiensi ab vna parte aree, ad ecclesiam sancti Egidij pertinentis, et ab alia aree Prandothe dicti Laska contiguam, iuxta fluuium ibidem sub castro Cracouiensi fluentem, residentem, cum omni iure, dominio hereditario ad dictam domum et ad ipsam pertinentem, pro se nichil et suis affinibus reseruando, fideli nostro Petro vicecustodi ecclesie Cracouiensis, pro triginta marcis numeri et pagamenti Polonicalis vendidit, omnemque hereditatem ac ius dicte domus coram nobis resignauit, dans et concedens eidem domino Petro vicecustodi plenam et omnimodam facultatem et potestatem, dictam domum vendendi, arrendandi, donandi et in vsus suos ac aliorum, quibus donauerit, conuertendi, ad libitum et placitum ipsius voluntatis. In cuius rei testimonium presentibus (s) scribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Datum et actum Cracouie feria quinta ante festum exaltacionis sancte Crucis, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo secundo. Presentibus nobilibus viris: Paschone de Bogoria, tunc Magistro curie locumtenente nostre, Petrassio subdapifero de Sczecoczin, Iacussio de Bolurzin subcamerario et magistro coquine nostre, Krzeslao Lopussinsky, Nicolao filio Drogossij ac Nicolao Falcowski, familiaribus nostris, testibus ad premissa fidedignis.

Potwierdził powyższy przywilej król Władysław Jagiełło w Krakowie feria sexta post diem sancti Mathie apostoli 1393, presentibus: Spitkone Cracouiensi, Iohanne Sandomiriensi pallatinis, Petro Kmite Lublinensi, Cristino de

/.

./.

Ostrow Sandomiriensi, Teschcone de Gorlicze Wisliciensi et Cristino de Koszeglowi Sandecensi castellanis.

Potwierdzenie to pargaminowe opatrzone było pieczęcią królewską, po której tylko sznurek z pąsowego jedwabiu pozostał.

1418 [1.V.]   324

[Kod. Kat. Krak. nr. 581.]

In Nomine domini Amen Per presens publicum instrumentum cunctis pateat euidenter Quod sub Anno a Natiuitate domini Millesimo quadringentesimo decimo octauo Indictione Undecima die dominica prima mensis Maij pontificatus sanctissimi in christo patris et domini nostri domini Martini diuina prouidencia pape quinti Anno primo Constancie prouincie Maguntine vbi Concilium generale pro reformacione ecclesie dei extirpatione heresium et errorum ac electione vnici pontificis in ecclesia predicta extitit celebratum / in ecclesia fratrum minorum penes altare sancte Catherine virginis situm in corpore ipsius ecclesie hora quarta uel quasi et modicum post decantatione vesperorum In nostrum nost notariorum publicorum et testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum et Rogatorum presencia personaliter Constituti Reuerendissimus Reuerendus patres domini Nicolaus Archiepiscopus Gneznensis / Iacobus Episcopus Plocensis / Petrus Boleste prothonotarius sedis apostolice prepositus ecclesie sancte marie lanciciensis Gneznensis diocesis Magister

Custos et canonicus ecclesie Cracouiensis Iohannes de Tholischaw Castellanus Kalisiensis et Zauissius niger de Garbaw Capitaneus

Cruswicensis milites oratores Serenissimi principis
domini Wladislai Regis polonie et Illustrissimi
principis domini alexandri alias Wytoldi ma-
gni ducis lithwanie et dictorum dominorum
Regis et ducis ipsorum dominorum nominibus
proposuerunt per organum domini pauli Wla-
dimiri predictorum college qualiter in vltima
sessione per dictum Dominum nostrum papam
et Concilium Constanciense super absolucione pre-
latorum veniencium ad ipsum Concilium et dis-
soluencium eiusdem Concilij et alijs tunc ibidem
peractis videlicet die Veneris Vicesimasecunda
mensis Aprilis proxime preterita solempniter ce-
lebrata protestati fuerunt de certis grauami-
nibus dictis eorum dominis et ipsis oratoribus
in personas eorundem dominorum suorum tunc
illatis et presertim in causa fidei mota per
ipsos oratores contra magistrum Iohannem
falkenberg fratrem ordinis predicatorum et
eius doctrinam per quam dixerunt fore dictos
suos dominos Iniuriatos / et ipsos in eorum
personas et ne tempus interponendi ab huius-
modi grauaminibus ipsis et eorum dominis
tunc illatis appellacionem ijdem domini ora-
tores   prouocandi et appellandi a dicto
domino nostro papa alijsque quorum id inter-
erat interest et quomodolibet interesse posset
[inferius] in scriptis prouocarunt et appella-
runt et protestati sunt prout et quemadmo-
dum in quadam prouocationis appellationis
et protestationis papiri cedula per organum
Venerabilis et Religiosi viri domini Nicolai pre-

positi sancte Hedewigis de cracouia ordinis sepulcri
dominici Therosolimitani publice alta et intelligibili
voce et de verbo ad verbum lecta plenius continetur
huiusmodi sub tenore Quoniam generale Constan-
ciense Concilium proxime preteritum propter tria
principaliter in spiritu sancto extitit legittime
congregatum videlicet propter vnionem sancte ma-
tris ecclesie faciendam ac propter extirpacionem
heresum et errorum necnon pro reformacione ipsius
ecclesie in capite et in membris propter que tria
prosequenda Realiter Nos Nicolaus Archiepiscopus
Gneznensis Jacobus Episcopus Plocensis Petrus
Bolesle prothonotarius sedis apostolice prepoși-
tus sancte Marie Lanciciensis ecclesie Gneznensis
diocesis Magister Paulus Wladimiri Custos et
canonicus ecclesie Cracouiensis Johannes de Tho-
lischaw Castellanus Kalisiensis et Zawissius
Niger de Garbow Capitaneus Crusviciensis Mi-
lites oratores serenissimorum et christianissi-
morum principum dominorum Wladislai Re-
gis Polonie et Alexandri alias Witoldi Ma-
gni ducis Lithwanie fuerimus cum summa
deuotione ad ipsum predictum Concilium desti-
nati in quo per triennium et amplius continue
persistentes cum magnis laboribus et expensis feci-
mus iuxta vires nostras et presertim in nobis
fuit omnia felicem predictorum consumma-
tionem concernentia specialiter vero quantum
licuit pro heresum errorum falsorumque dog-
matum extirpacione cum in nulla Reo deo ac-
ceptius ac cetui christiano fructuosius necnon
prefatis nostris serenissimis principibus Regnis

et dominijs eorum Iocundius complacere credere-
mus; nichil de contingentibus enitendo opre-
ramque dedimus eficacem nec per nos stetit,
quominus nonnulle detestabiles hereses pies
prochdolor in dei ecclesia nunc pululant et in-
surgunt quibus inficitur in plerisque mundi
partibus populus christianus et fides
gratanter vulneratur
tanquam celebri Concilio Radicitus ex-
tirparentur ne imposterum iuxta doctrinam
uelut cancer; Inter quas here-
ses errores et dogmata vnum libel-
lum per quendam fratrem Iohannem Falcem-
berg editum in diuersis partibus, et preserdim
in preclara vniuersitate parisiensi publicatum
doctrinam pestiferam hereses periculosissimas
grauissimas insuper continet et Iniurias detrac-
tiones falso respersas et intollerabiles in pre-
fatos illustrissimos principes Inque illorum re-
gna et dominia illorum celeberrima mora se
continentem in eodem sacrosancta synodo
denunciauimus condemnandum; ipseque
libellus sic denunciatus per solennissimos
viros vnus exceptione maiores in magno
numero videlicet; Iudices in causis fidei per
eandem synodum deputatos; prefato Iohanne
ad hoc debite vocato visus inspectus recogni-
tus et diligentissime examinatus; conuocatis
ad hoc specialiter viris peritissimis et solenni-
bus tam sacre theologie professoribus quam
vtriusque Iuris doctoribus de omni nacione,
votisque et consilijs super hoc petitis et acceptis

cum omni maturitate grauitate et solennitate debitis Rite et Recte quantum in ipsis Iudicibus fuit vt falsus Iniuriosus et scandalosus mani-festam heresim sapiens et tamquam heretica-lis condempnatus seu condempnari declaratus prout ex tenore sententie eorundem Iudicum de verbo ad verbum inferius posite clarius poterit ap-parere Licet etiam ipsis dominis Iudicibus ipsam dampnacionis sentenciam singulis nacionibus om-nium fidelium in proxime preterito sacro gene-rali Concilio Constanciensi Referentibus naciones ipse omnes et singule numero et viro-rum solennium tunc plenissime zelo optimo prop-ter fidem orthodoxam premissis maturissima et exactissima discussione ac deliberacione necnon sacrum Collegium Reuerendissimorum patrum do-minorum sancte Romane ecclesie cardinalium solenniter approbauerint atque decreuerint i-psam sententiam esse omnino proferendam prout inferius annotatur effeceruntque quantum in eis fuit vt in publica sessione proferretur in qua more solito cetera fidem catholicam concernencia expediri solenniter consueuerunt nec stetit per prefatos Iudices collegium et na-ciones [quominus] prolata fuisset sicut euiden-ter constat ex auctenticis documentis ad que nos oratores predicti nos referrimus et eorum tenores habere volumus ad Iustificacionem hu-ius presentis appellacionis pro insertis, et quam-quam eciam Beatissimus pater cum debita Re-uerencia pluries et sepissime satis et plusquam satis per nos oratores sepe

/dictos fueritis tam in secreto quam in publico multis astantibus cum debita Reuerencia et humilitate solenniter requisitus vt cunctarum fidelium nationum de quibus supra Iudicium ac dominorum cardinalium huiusmodi ac
fe. S. v. confirmaret ut fides catholica detrimentum aliquod pateretur, quin ymo tam apostolice sedis quam sacre synodi auctoritate Robur maius assumeret, atque eiusdem. S. V. pronunciacio atque hoc saluberrimum negocium finem acciperit peroptatam quoniam hoc Restabat faciendum
dicte sentencie vt ad vestram sanctitatem pertinebat videlicet execucio debita et pronunciacio in sessione celebranda quod tamen o neglectum penitus extitit ut videmus atque prefatorum omnium Iudicum nacionum sacrique collegij Cardinalium et per consequens tocius sacri Concilij deliberatis et conclusis non modice derogatum Cum etiam Iura testantur. S. V. maxime in causis fidei episcoporum consilia sequi debere ipsorumque episcoporum necnon omnium christifidelium nationaliter in dicto concilio congregatorum Iudicia de et super heresibus in dicto
et illarum condempnacione reddita, itaque. V. S. exhibita et ostensa tenebatur eciam. e. s. iuxta formam huius sacri Concilij Constanciensis deliberata et conclusa per nationes legittime representatas concludere diffinire et approbare debere cum papa in cultu christiane professionis longe plus ceteris fidei

[Kod. m. Krak. nr. 204.] (Z oryginału na pergaminie, bez pieczęci, bardzo w kilku miejscach podziurawionego, a będącego w Archiwum głównem Miasta Krakowa między przywilejami miejskiemi.) 330

1493. [22. II.]

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Celebris ac diuturna principum consuetudo hoc instituisse cernitur a seculo, ut quidquid vel coram fit vel ipsa confirmacionis robore perpetuatur, id propter sempiternam rei geste memoriam literarum perhennius tenoribus comendetur. Nos Johannes Albertus dei gracia Rex Polonie, nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cujawye, supremus Dux Lithwanie, ac Culmensis et Elbingensis Pomeranieque dominus et heres etc. Significamus tenore presencium, quibus expedit universis presentibus et futuris harum noticiam habituris, Quomodo licet spectabilibus et famosis Preconsuli et Consulibus universisque civibus Civitatis nostre Cracoviensis, communi decreto nostro ad omnia jura, privilegia, libertates, prerogativas et munimenta a divis olim Regibus, principibus et Ducibus Regni Polonie predecessoribus nostris ipsis civitatique predicte suc[cess]ive concessa concessasque apposito, generale confirmacionis privilegium confirmacionum par terrestrium concessimus, per quod eciam ~~xxx~~ advocacie Cracoviensis privilegium superiori tempore ipsis concessum censetur procul dubio confirmatum esse, — verum cum cives ipsi, ut coram nobis ....arunt [pro? quadam?] cuiuslibet [civium?] equitate et iusticia ac conservando rerum ordine ....../. } .... † - - - [constitutorum .... utantur privilegio huiusmodi supplicarunt, ut illud ipsis speciali confirmacionis serie(?) confirmare dignaremur. Cuius quidem privilegii .... ~~T~~

[1306] [Kod. m. Krak. nr. 3] In nomine domini amen. Ne quod a viris prudentibus racionabiliter agitur in tempore, simul cum tractu ~~ipsius~~ temporis ab hominum memoria dilabatur, sed pocius inconcussum et inviolabile perseveret, — necesse est, ut ~~illud ipsi periculi~~ subscripcione testium et literarum testimonio perpetuum recipiat munimentum. Nos igitur ....us dei gracia Dux Cracovie, Sandomirie, Siradie, Cujawye et Lancicie, notum esse volumus universis et singulis presentibus et futuris tenorem presencium habituris, quod fide pura, deliberacione matura prehabita, mediante affectu simul et assensu venerabilis in Cristo patris [Joannis] dei gracia Episcopi Cracoviensis et aliorum nostre terre baronum, attendentes constanciam et grata obsequia fidelium nostrorum Cracoviensis civitatis Advocatorum, Alberti videlicet et Henrici fratris sui, que nobis specialius et evidencius pre ceteris impenderunt et imposterum (sic) sunt dante domino impensuri fideliter, — omnia jura civitatis nostre Cracovie et omnia jura advocacie ~~de novo ipsis decrevimus confirmare. Que civitas videlicet Cracovia sita et locata est eodem jure, quo et Wratislaviensis civitas est locata~~ ibidem et omnes libertates ad eam spectantes cum omnibus hereditatibus et utilitatibus suis, prout ipsa civitas Cracovia jure theutonico exposita est et locata, in nullo penitus ipsi civitati Cracoviensi neque Advocacie ibidem detrahentes aut minuentes, sed potius augentes, de novo ipsis decrevimus confirmare. Que civitas videlicet Cracovia sita et locata est eodem jure, quo et Wratislaviensis civitas est locata, ut non tamen (tn) quod ibi fit, sed quod ad Maydeburgensis civitatis jus et formam fieri debent (sic), advertatur, ut quando de hoc jure dubitatum fuerit, ad ius scriptum a dubitantibus recurratur. Inprimis igitur donamus et firmiter observari volumus fidelibus Advocatis nostris Alberto et Henrico fratri suo et eorum posteris

omnia jura et libertates de omnibus hereditatibus et utilitatibus ad ipsam Advocaciam pertinentibus, sicut eandem advocaciam habuit pater ipsorum Henricus advocatus pluribus annis ab illustrissimis principibus predecessoribus nostris domino Duce Boleslao et domino Duce Lestkone jure hereditario perpetuali possidenda. Adicientes eidem civitati nostre Cracoviensi et civibus nostris ibidem duodecim annorum libertatem. In quibus duodecim annis, cives iam dicte civitatis ab omni censu et solucionibus a nobis sint liberi et exempti. Postquam vero duodecim anni transacti fuerint, cives predicte civitatis de qualibet area integra ibidem unum scottum argenti usualis in festo beati Martini nobis et nostris successoribus in censu singulis annis solvere tenebuntur; de carnificum autem et pistorum et calciparIorum stacionibus, fidelibus Advocatis nostris iam dictis Alberto et Henrico fratri suo et eorum posteris donamus jus et potestatem liberam sibi retinendi vel alijs per ipsorum libitum perpetualiter conferendi, ita quod possessores dictarum stacionum a nobis de omni censu sint perpetuo absoluti; finita vero civitatis libertate sepedicti Advocati nostri et eorum posteri censum de sexta curia predicte civitatis accipient et libere perpetualiter obtinebunt. Similiter et aliam curiam extra civitatem, ubi peccora mactantur libere et jure hereditario possidebunt. Concedimus et promittimus inviolabiliter observare, quod supradicti Advocati nostri et eorum posteri libere et sine omni exaccione et theloneo nostro perpetualiter merces suas devehent et transibunt per universum nostrum dominium et ducatum. Alios vero cives predicte civitatis a tributo et solucione passagij, pedagij et cuiuslibet generis thelonei tam in Sandecz, quam in omni principatus nostri dominio super aquas et in terra, sive ad nos pertineat, sive ad quemcunque dominum pallatinum, Castellanum, Judicem vel quamcunque personam secularem vel religiosam reddimus inviolabiliter absolutos. Ceterum prohibemus, ne aliquis civium Cracovie intra civitatem vel extra civitatem ad pallatini, Castellani, Camerarii, Judicis aut alicuius prefecti nostri audienciam evocetur. Verumtamen, si per aliquem potentem, nobilem, mediocrem, vel simplicem querimonia coram nobis deposita fuerit de aliquo advocatorum nostrorum predictorum, non nisi per literam nostro sigillo consignatam debeat citari; cum autem comparuerit, judicem nostrum ad civitatem predictam destinemus, qui causas contra ipsum motas, qualescumque fuerint, in ipsa civitate, et sub jure civili debeat iudicare. Amplius promittimus Advocatos nostros sepedictos et cives eosdem absolvere ab omnibus oppressionibus Domini Archiepiscopi nostre interposicione persone. Insuper predia iam dicte civitatis et omnes incolas et accolas intrantes eam et exeuntes ab abstacione equitature, que podwoda dicitur, reddimus absolutos, absolventes eos nichilominus ab expedicione qualibet extra muros civitatis prenotate. Insuper eisdem advocatis nostris et eorum posteris damus sextum denarium de cameris pannicidarum et de cameris institorum, que Crame wlgariter nuncupantur, et omnem censum, qui nobis et successoribus nostris de eisdem cameris pannicidarum et institorum perpetue di i....eretur, predictis Advocatis nostris et eorum posteris, pro ipsorum serviciis nobis fideliter impensis donamus (et) in hysscriptis (sic) inviolabiliter confirmamus. Excepto, quod ipso censu, qui de predictis Cramis cedit, duodecim marcas et octo scottos argenti usualis ad Scolasticum Gneznensem ~~simpliciter~~ singulis annis solvere tenebuntur. Concedimus eciam eisdem Advocatis nostris et eorum posteris usum fluvij

331

Creslaus Cancell sst

podpis Mikołaja
Leona [illegible]

podpis Krzesława z Kurozwęk na przywileju Jana Alberta z r. 1493 dla miasta Krakowa.

Kanclerz i Kanonik Dziekan gnieźnieński i krakowski.

334

Craslaus Cancell Rt

podpis Krzesława z Kurozwęk na przywileju Jana Olbrachta
z r. 1493 dla miasta Krakowa.
kanclerz i Kanonik [Dziekan] przemyski i Krakowski.

[illegible]

Vysle cum utraque ripa, a terminis Swierzinne usque ad terminos claustri de Mogyla. Quod nullus piscatorum in ipso fluvio intra predictos terminos sine licencia ~~p~~ Advocatorum predictorum piscari debeat aut presumat. Et iam dicti Advocati nostri vel eorum posteri tria molendina in ipso fluvio Wysle construere debeant, et ea ab omni solucione libera jure hereditario perpetuo possidere; si autem ceterj in spacio iam dicti fluvii plura molendina edificare voluerint, de voluntate ipsorum advocatorum aut posterum ipsorum eis liceat et assensu. Volumus eciam et damus Civitati nostre Cracoviensi, ut pro aratura et pascuis et alijs usibus habeant jure hereditario villam que communiter Rybytffy appellatur, cum omnibus eiusdem ville pertinencijs et cum toto territorio, quod est ~~inter~~ inter civitatem jam dictam et fluvium Prondnik per girum a villa supradicta Rybytffi usque ad villam nomine Crowodra, ita quod ipsa villa Crowodrsa cum omnibus suis pertinencijs includatur. In eodem eciam fluvio Prondnik damus sepedictis Advocatis nostris et eorum posteris, vel quibus ipsi contulerint, duo molendina nostra, et tercium quod olim fuit fratrum de Mechowia, nec non et quartum, quod fuit de Andrzeow monachorum. Et si plura molendina in eodem fluvio edificare voluerint, liberam eis et jure hereditario concedimus potestatem. Applicamus eciam perpetuo usibus eiusdem civitatis silvam totam in superiori parte ville que Qwacimech wlgariter appellatur. Donamus eciam Advocatis nostris et eorum posteris sextum denarium de omnibus mansis ad ipsam civitatem pertinentibus, de quibus censum nobis singulis annis solvere sunt astricti, et sextam partem tocius utilitatis in ipsa civitate ad nos vel ad civitatem iam dictam pertinentis perpetuo recipiendam. Item donamus eisdem advocatis nostris et ipsorum posteris, ut in fluvio Rudawa ad spacium dimidij miliaris a civitate, nullus molendina construere presumat, nisi tunc de ipsorum fuerit voluntate advocatorum, exceptis illis, qui molendina in ipso fluvio habuerunt, dum predicta civitas jure teutonico locabatur, illi eadem molendina adhuc pacifice possideant et quiete. Insuper sepedictis Advocatis nostris et eorum posteris et civibus prefate civitatis conferimus: si aliquis potens, nobilis mediocris aut simplex expensam in ipsa civitate fecerit, vel pannos aut res alias quascunque ad credenciam acceperit, et si ea ad terminum sibi prefixum non solverit, iure civili coram Advocato iam dicte Civitatis et non alias tenebitur respondere. Item si aliquis potens sublimis, nobilis, mediocris aut simplex intra septa aut muros civitatis aliquem wlneraverit vel occiderit, et si deprehensus fuerit in ipsa civitate, coram advocato civitatis et jure civili causa huiusmodi erit iudicanda. Si vero aliquis alium inter civitatem sepedictam et fluvium Prondnig wlneraverit seu occiderit, et si detentus fuerit simili modo ut dictum est, coram Advocato civitatis predicte et sub jure civili adversarijs sibi opponentibus respondebit. Insuper sepedictis advocatis nostris Cracoviensis civitatis et eorum posteris et civibus ibidem donamus jus in toto ducatus nostri dominio, ut si aliquis potens, nobilis, mediocris vel simplex aliquem de ipsis causis judicialibus occupare seu angariare voluerit pro quacumque causa, in nullo penitus jure polonico, sed jure teutonico debeat respondere. Sed et omnes causas quascumque dicti Advocati nostri et eorum posteri

vel cives predicte civitatis, in toto ducatus nostri dominio adversus aliquem habuerint, jure teutonico prosequantur. Ut autem hec omnia perpetuo inviolabiliter permaneant, et ut robur perpetuum obtineant, presentibus nostrum sigillum duximus apponendum, nec non et venerabilis in Xpo patris Johannis dei gracia Cracoviensis Episcopi sigillum duximus appendendum. Testes vero huius donacionis et confirmacionis sunt viri nobiles terre nostre Barones, Comes Castellanus Cracoviensis, Comes Woycech palatinus Sandomiriensis, Comes Nicolaus pallatinus Cracoviensis, Comes prandotha Castellanus Sandomiriensis, Comes Alexander (Spicimiensis)7 Castellanus ~~[...]~~ Wisliciensis, Comes Smil Judex Sandomiriensis, Comes pacoslaus Judex Cracoviensis, Comes petrus Castellanus de Malogoscz, quorum sigillis in confirmacionem ~~in confirmacionem~~ testimonij presens carta fruitur et roboratur. Datum Cracovie per manus honorabilis viri Clementis Canonici Cracoviensis nec non et curie nostre Cancellarii. Sub anno domini Millesimo trecentesimo sexto. —

7 Kasztelanem Krakowskim r. 1387.

Itaque Nos eorundem Civium nostrorum supplicacionibus inclinati, de consilio consiliariorum nostrorum, ac de mera sciencia, benignitate et favore nostris, presens iurium advocacie Cracoviensis privilegium ipsis specialiter confirmandum duximus, confirmamusque presentibus, volentes, statuentes et decernentes illud in omnibus eius punctis, modis, passibus, condicionibus et articulis, ut illos et illas ab olim domino Wladislao originali auctore privilegij scriptos scriptasque cernimus, vere, perpetue inviolabilisque firmitatis robur obtinere, temporibus evi=terne duraturis, harum serie mediante. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Actum in Convencione pyotrkowensi generali, feria sexta die festi Sancti petri ad Cathedram. Anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo tercio. presentibus ibidem Illustrissimo principe Reverendissimoque et Reverendis in Christo patribus Dominis ac magnificis venerabilibus et generosis Ffrederico Electo confirmato Cracoviensi, Andrea Roza Archiepo Theomoviensi et Coadiutore Leopoliensi, petro W[ladislaviensi, Uriele Po]znaniensi, Mathia Chelmensi Episcopis, Nicolao primus premisliensi, Petro Cameneczensi postulatis, Magnificis Johanne Amor de Tharnow Castellano, Spithcone de Jaroslaw pallatino Cracoviensi, Johanne Swidwa Calischiensi, Nicol[ao de C]zuthno Lanci[ciensi et Capitaneo Maioris polonie] generali, Johanne de Oporow Brestensi, Mathia de Sluzew ~~Juni~~ Inowladislaviensi, Johanne de pyloza Russie generali, Dobeslao de Curozwanki Lublinensi, Andrea de Kostcz[ielec........]ensi Pallatinis, Johanne de O[stror]og posnaniensi ....! - - - - - - - - - - - - - - alis in...... Cracoviensi Cancellario, Petro Thezaurario de Curozwanki et Capitaneo Cracoviensi generali, Gregorio de Ludbrancz Skarbimiriensi et Sancti Floriani Preposito Vicecancellario Regni nostri, Andrea de Schamothuly Calischiensi - - - - - - - - - - - - - - - - - . de Curozwanki Siradiensi, Andrea de [~~Tharczin...~~ [Wroczymino] Lanciciensi, Andrea de Olyeschnycza Sandecensi, Andrea de Tharczyn Woyniczensi, Nicolao de Ostrow Byeczensi, Stanislao de Schidlowyecz Radomiensi, Ambrozio Pampowski Rospiriensi, Dobrogostio de Ostrorog Myedzireczensi, Stanislao Kmytha de Wyssnycze Premisliensi, Slawyecz de Nyemyglow Castellano et Capitaneo Sochaczoviensi, Johanne Podlodowski de przythyk Żarnowiensi et Petro Myskowski Welunensi Castellanis, ceterisque Prelatis, Baronibus, Curiensibus et subditis nostris ad premissa testibus, sincere devote et fidelibus nostris dilectis. Datum per manus eiusdem Venerabilis Creslaj de Curozwanki Regni nostri Cancellarii sincere nobis dilecti. — Relacio prefati Veni Creslai de Curozwanki R. S. Pol. Cancell. (Propria Creslaus Cancell. sst.)

Ex Manuscripto Univ. Jagellon. Sign. DD. IV. 42. fol. 111. —

[Prawa, przyw. T. 1, nr. 284.]

Stephanus D. G. Rex Poloniae, M. D. Lithvaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae,
Livoniaeque &. Princeps Transsylvaniae &c. —

Significamus praesentibus literis nris quorum interest universis et singulis, Quia Nos
bonum ordinem Civitatis nrae Crac. promovere volentes, praesertim quod animadverteremus (sic.) rationem
judittiorum et offitiorum civitatis ejusdem talem esse, ut abusus quidam irrepsisse in ea viderен-
tur, Consiliariorum nrorum consilio communicato, evocatoque ad se Magistratu Civili, ordinationem
praesentem in eadem Civitate nra Cracoviensi perpetuo observandam, statuendam et promulgandam
esse duximus, quemadmodum per praesentes statuimus et promulgamus. Primum, Cum videa-
mus plerosque homines ex levissimis causis, mandatorias litteras a nobis impetrare, eaque (inter-
dum poenalia) offitiis Civilibus obtrudere, et sic perficere velle, ut potius instantiae ipsorum (aliquando
importune) quam juri aequitatique satisfiat, Ideo Mandata e Cancellaria nra posthac nulla edi mandabimus
quemadmodum praesentibus mandamus, quibus legittimus juris et instantiarum ordo et usitatus juditii
processus in quibuscunque causis et actionibus ad civitatensem jurisditionem pertinentibus suspendatur
vel impediatur. Quod si tamen pro causae vel actionis qualitate, Magistratus vel partium informatio-
ne res desiderare videbitur, tota causa quemadmodum ab eo qui mandatum aliquod petierit, narrata
fuerit, eodem comprehendetur. Ad quam narrationem si quid respondendum vel aliter informan-
dum Nos successoresve Nros Magistratus censuerit per eum qui cum eo mandato se appellaverit,
clausis literis inter bimestre tempus a die exhibitionis mandati id faciant. Quod si praetermise-
rint, et is qui Mandatum attulerat protestatus eo nomine legittime fuerit, ejusque rei instrumentum
indubitatum protulerit, aut vero fecerint quidem, sed tamen non satis causae fuisse, quominus
prius mandatum exequuti sint, Nos successoresve Nri censuerint, tum demum ad poenalia mandata
procedetur. Cum autem vigore privilegii Serenissimi Wladislai Regis Antecessoris Nri ad causas
quae civibus Cracoviensibus sive inter se, sive cum aliis extraneis personis intercedunt, Commissarios de-
putandi facultatem nobis reliquissemus, Volumus et decernimus, ut commissiones ad eas omnes
causas quaecumque vigore declarationis nostrae ad Commissariorum nostrorum judicium deducen-
tur, in personas juratas et in offitio constitutas dentur, ita ut contra personam non juratam,
nec in aliquo offitio constitutam excipere, eiusque judicium parti contra quam Commissio impetrata
fuerit, declinare integrum sit. — Quum etiam animadverteremus de aperiendis et occludendis portis
plerumque rixas et contentiones excitari, atque eo nomine difficultates et odia Magistratui civili
comparari, statuimus et decernimus, ut portae ejusmodi statim post pulsum campanae juxta anti-
quam consuetudinem occludantur, nec cuiquam ante ortum solis aperiantur, ita tamen, ut personarum
insigniorum et in senatoria dignitate constitutarum ratio habeatur. Deinde cum compertum
haberemus bonorum jure caduco ad nos devolutorum eam esse rationem, ut nonnulla suppri-
mantur, nonnulla etiam quamvis ad jus caduci non pertineant deferantur, Volentes ea in re prospi-
cere, ne vel homines frustra molestentur, vel nobis etiam et fisco nostro aliquid decedat, statui-
mus et ordinamus, ut in consulatu sit unus nobis et fisco nostro juramento obstrictus, qui pro
fide et conscientia sua videat, ne vel ea quae nobis et fisco nostro debentur supprimantur, ne vel
homines praetextu juris caduci litibus involvantur. — Edocti etiam sumus ex causis et
actionibus quae hactenus ad judicium nostrum deducebantur, esse nonnullos Consules Craco-
vienses, qui ad juditium civile in causis privatis et ratione privatarum injuriarum citati
contra competentiam judicii dicunt et forum declinant, asserentes, se non nisi coram nobis re-
spondere debere, deinde vero, postquam litteris citationis Nrae ad juditium nostrum vocati
fuerint, iterum ad forum competens, judicium videlicet Civile provocant, — Itaque ne id in posterum
aliquam judicii perturbationem pariat, vel tergiversationem promoveat, volumus et decernimus
ut quandocunque sive omnes consules, sive aliquis ex illis convenitur, ratione offitii sui
consularis pro excessu in eodem offitio commisso, non alibi nisi coram nobis vel Commissa-
riis nris in arce nostra Cracov. juxta declarationem nostram respondere teneantur; — quoties
vero Consules vel aliquis illorum, occasione debiti, successionis, contractus, vel alicuius pri-
vatae injuriae in jus vocabitur, teneatur coram juditio civili respondere, et se cuivis jure me-
diante justificare. In rotulis vero cum errores et negligentias saepius experti essemus,

statuimus, ordinamus, et decernimus, ut deinceps roteli omnes quicumque
civili Crac. ad jus supremum transmittentur, nonnisi in praesentia partium earumve pro
ratorum occludantur, atque processus omnis qui in Rotulum imponendus est, in eorum prae
sentia legatur, vel illis ad legendum communicetur; munimenta item omnia per partes
producta suo ordine in illorum praesentia reponantur, et in rotulum includantur. Si vero
aliqua partium vel procurator ipsius existens ad occlusionem rotuli per Bedellum judicii
personaliter vocatus, non venerit, extunc illius absentia non obstante, offitium rotulum alte-
ri parti ostendat, et sic demum occludat, et cui pertinet extradat. Postremo, Cum plu-
rimum intersit ut procuratores apud judicia jurati sint, volumus et decernimus, ut quolibet
Anno juxta antiquam consuetudinem juramentum a procuratoribus qui in judicio civili causas
agunt exigatur; illudque fiat non juxta novam formulam per magistratum civilem non
ita pridem conscriptam et Decreto nostro sublatam, sed ex praescripto antiquas formulas in
ordinatione Serenissimi olim Sigismundi Regis contentam, juxta Decreta tam antecesso-
rum nostrorum, quam etiam nostra de juramentis ejusmodi prolata. – Quam quidem Ordi-
nationem nostram in omnibus punctis et clausulis vim et robur habere perpetuoque observari
debere decernimus; Harum quibus Sigillum Nrum est appensum testimonio literarum. –
Datum Cracoviae feria 4ta ipso die Exaltationis S. Crucis, Anno Domini 1583. Regni vero
Nri Anno octavo. – Stephanus Rex. –

1626 [3. VI.] 334

[Prawa, przyw., T-2, z. 1, nr. 936.] ~~de Hrodomira~~

Sigismundus III D. G. Rex Polon. Magnus Dux Lith., Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae Livoniaeque, nec non Suecorum Gotorum, Vandalorumque Haereditarius Rex &

Significamus praesentibus literis nostris quorum interest universis et singulis, Adcitatos fuisse ad nos judiciumque Nostrum seorsivis adcitationum nostrarum litteris, Venerabiles et Generosos Joannem Foxium Archidiaconum, Lucam Doctorium, Lucam Dąmoski Canonicos Cracovienses, Martinum Kloczynski Praepositum Sacratissimi Corporis Christi Casimiriae ad Cracoviam, Maximilianum Jarzyna Judicem Terrestrem Sochaczoviensem, Nicolaum Koryciński Capitaneum Oycoviensem, Joannem Wielzynski et Hieronimum Mielowski Secretarios nostros, uti Commissarios Nostros de officiis eorundem; nec non Honoratos Jacobum Cizniowicz Seniorem, Gasparum Polner, Sebastianum Kłosowicz, Stanislaum Hippolit, Venceslaum Stawgnozky aliosque litis uniparticipes in adcitatione specificatos, atque totam Communitatem Civitatis nostrae Cracoviensis, ad prosequendas jureque continuandas appellationes suas a decretis quibusdam praedictorum Commissariorum Nostrorum, ad nos et judicium Nostrum interpositas non tamen admissas, idque in causa et actione modernis Actoribus Magistratui Consulari Cracoviensi, per praedictos adcitatos, videlicet Communitatem Cracoviensem, ratione degradationis ex officio Scabinali et officio Senioratus Quadraginta virorum, aliarumque injuriarum per adcitatos praefatos videlicet Communitatem Civitatis Cracoviensis praetensarum, prius ad judicium Nostrum instituta, ac propter Nostram ad praesens a Cracovia absentiam, Commissariis nostris suprascriptis ad decidendum commissa et demandata, — in qua causa cum Actores moderni citationem contra se editam tum et Commissionem ipsam quae positionem citationis antecessit inordinatam esse assererent, ac se a termino illo liberos pronunciari peterent; praefati Commissarii autem post fundatam jurisdictionem commissorialem, citatione a commissione ordinata adinventa, modernis Actoribus super citationem originalem procedere, ac postmodum respondere injunxerant, nec a singulis hujusmodi decretis eidem Magistratui Consulari Cracoviensi ad Nos et judicium Nostrum provocantem ~~...~~ appellationem admiserant; Quin imo, in ulteriori processu quantum attinebat Scabinos, eo attento, quod citati tempore litis pendentiae personas in Scabinatu existentes et causam conjunctam, bonum totius Civitatis concernentem contra ~~..~~ promoventes, officiis ipsis privaverunt, cujus privationis causam nullam justam dederunt, ideo quatenus praefati citati videlicet Magistratus Consulum Cracoviensium personas depositas in citatione specificatas ad idem officium illorum Scabinale extunc restituerent sub poena taxae in citatione positae, nimirum Duorum Millium Ungaricalium, injunxerant, — quod vero attinebat damna ex hujusmodi depositione perpessa, causam eandem pro cognitione et liquidatione eorundem ad Nos et judicium Nostrum remiserant; — quantum denique Quadragintaviros deposuisse negabant, ideo eosdem in eodem officio suo et loco permanere, et juribus ac praerogativis suis gaudere debere decreverant, — a qua sententia pars utraque ad Nos et judicium Nostrum provocaverat; —

Nihilominus tamen idem Magistratus Consulum Cracoviensium ad prosequen=
das illas priores appellationes per memoratos Commissarios nostros a decretis
procedendi et respondendi ad Nos et Judicium Nostrum interpositas non tamen admissas,
tam praefatos Commissarios nostros quam ejusdem partem adhaerentem videlicet cives
et personas suprascriptas totamque Communitatem Cracoviensem modo superius prae=
misso ad Nos et judicium Nostrum adcitaverant; prout adcitationes et processus cau=
sae ipsius latius de praemissis testantur; — In termino ~~ergo~~ itaque hodierno
Judicij Relationum Nostrarum propriarum, tam ex eisdem adcitationibus, quam
receptione causae per Assessores praefatae, per Commissarios Nostros a supradictis de-
cretis procendendi et respondendi denegatae admissibiles non fuerint nec prosequibiles sint,
ad nos facto incidente et hucusque continuato, Partibus Praefatis Actorea principalis
causae, videlicet praefata Communitate Civitatis Nostrae Cracoviensis, per honoratos
et Famatos Erasmum Hippolit, Venceslaum Stawencky, Sebastianum Ktossowicz, atque
Joannem Zyßkowic plenipotentes et internumeros suos, — Citatis autem Magistratu Con=
sulari Cracoviensi per Excellentem et Spectabilem Georgium Pipan Phiae et Med. Docto=
rem, Christophorum Stowikowski Consules, atque Nobilem Andream Betza Secreta=
rium et Notarium Civitatis ejusdem itidem plenipotentes suos coram nobis comparen=
tibus: Cumque terminum attentarent et controversias suas coram Commissariis Nostris
agitatas repeterent, — Nos cum Consiliariis Nostris, lateri nostro assiden=
tibus, partium controversiis exauditis, — eoque attento, quod citati Magistratus videli=
cet Consularis Cracoviensis in usu eligendorum Scabinorum Cracoviensium, ab imme=
morabili tempore semper fuerit, eandemque electionem certis et statis diebus quotan=
nis expedient, decretaque eo nomine aliquot, praesertim autem Domini olim Sigismun=
di Primi Regis et avi nostri materni in vim perpetuae legis, unum quidem in An=
no Millesimo Quingentesimo Trigesimo secundo inter Communitatem et Magistratum Cra=
coviensem latum, novissime vero etiam decretum Commissariorum Nostrorum inter Consula=
tum et Scabinos illius temporis Cracovienses Anno D. 1599 a quo neutra partium
appellavit, — quibus libera electio Scabinorum Magistratui Consulari adjudicata est,
intercesseritnt, neque Citati eosdem quos Communitas officio Scabinatus motos
esse conqueritur, degradaverint, sed interveniente electione annua, ipsimet ab offi=
ciis suis supersedere ex antiquissimo usu ac consuetudine tenebantur, — proinde sen=
tentia praefata Commissariorum nostrorum retractata et annihilata, actioneque
eadem incompetenti adinventa, citatos eosdem Magistratum videlicet Consularem Cracovien=
sem, ab eadem causa et impetitione Actorum ratione ejusdem degradationis
liberos et absolutos pronunciandos esse duximus, uti quidem absolvimus liberosque
pronunciamus. — In cujus rei fidem Sigillum Regni Nri praesentibus est appres=
sum. Datum Varsaviae feria quarta ante festum Sacratissimae et individuae Trinitatis
proxima. Anno Domini 1626 Regnorum Nostrorum Poloniae Trigesimo nono, Sueciae vero
33tio anno. Relatio Rndi in Chro Patris Domini Stanislai Lubienscky Epi Luceoriensis,
R.-P. ViceCancellarii — Stanislaus Lubienscky Eps Luceoriensis R.-P. Vice Cancellarius
— Joannes Gumowsky